rr *Mont. Zabothi.*

Gottfried Heinrich Burghart.

Pflanzen des Zottenberges. — (In sein. Itin. Sabothico oder ausführliche Beschreibung seiner auf den Zothenberg gethanen Reisen. Breslau, 1736. p. 121 – 137.)

Johann Carl Christian Löwe.

Reise auf den Zobtenberg. — (Abhandl. d. Hallisch. Naturf. Gesellsch. 1. B. p. 132. 133.)

**** *Princip. Iauraviensis.*

Johann Adam Valentin Weigel.

Verzeichniss der seltnern Pflanzen, die im Fürstenthum Jauer wachsen. — (In sein. Beschreib. d. Herzogth. Schlesien. 2. Th. p. 65 – 99.)

Casparus Schwenckfelt.

Tractat von Kräutern so um Hirschberg wachsen. Görlitz, 1607. et Lignitz, 1619. 8. (Annex. Tract. vom Hirschberger Bade.)

***** *Princip. Lignicensis.*

Johann Adam Valentin Weigel.
Verzeichniſs der ſeltnern Pflanzen des Fürſtenthums Liegnitz. — (In ſein. Beſchreib. d. Herzogth. Schleſien. 5. Th. p. 24 – 26.)

****** *Princip. Wolaviensis.*

Johann Adam Valentin Weigel.
Verzeichniſs einiger ſeltenen, in dem Fürſtenthum Wohlau vorkommenden, Pflanzen. — (In ſein. Beſchreib. d. Herzogth. Schleſ. 5. Th. p. 101 - 103.)

******* *Princip. Glogaviensis.*

Johann Adam Valentin Weigel.
Verzeichniſs der ſeltnern Pflanzen, die in dem Fürſtenthum Glogau wachſen. — (In ſein. Beſchreib. d. Herzogth. Schleſien. 5. Th. p. 161 – 179.)

******** *Princip. Münſterbergensis.*

Johann Adam Valentin Weigel.
Verzeichniſs der ſeltnern Pflanzen des Fürſtenthums Münſterberg. — (In ſein. Beſchreib. d. Herzogth. Schleſien. 3. Th. p. 14 – 18.)

********* *Comit. Glatiensis.*

Johann Adam Valentin Weigel.
Verzeichniſs der ſeltnern Pflanzen der Grafſchaft Glatz. — (In ſein. Beſchreib. d. Herzogth. Schleſien. 4. Th. p. 91 – 121.)

Ignaz Seliger.
Elenchus plantarum in Circulo Habelſchwerdenſi Comitatus Glaceni ſponte creſcentium. (Mſpt.)

Johann Adam Valentin Weigel.
Flora der Seefelder. — (In ſein. Beſchreib. d. Herzogth. Schleſien. 4. Th. p. 40. 41.)

Anon.
Verzeichniſs der Pflanzen die auf den Seefeldern wachſen. — (Glätziſch. Monatſchrift J. 1797. p. 127 – 134.)

********** *Sudetorum* ſ. *mont. giganteorum.*

Johann Carl Chriſtian Löwe.

Einige phyſikaliſche und ökonomiſche Bemerkungen bey einer Reiſe auf die Schneekoppe. — (Abhandl. d. Halliſch. Naturf. Geſellſch. 1. B. p. 139 – 186.)

Phyſikaliſche ökonomiſche Bemerkungen ſeiner zweyten Reiſe aufs Rieſengebirge im Sommer 1785. — (In ſeinen ökonom. kameraliſt. Schriften. 1. Th. p. 83 – 125. 2. Th. p. 147 – 168.)

(Cf. quoque Thadd. Haenke botaniſche Beobachtungen auf der Reiſe nach dem Rieſengebirge etc. ſub Bohemia p. 77.)

O. LVSATIAE.

Ioannes Francus.

Hortus Luſatiae, das iſt: lateiniſche, deutſche und etzliche wendiſche Nahmen derer Gewechſe, welche in Ober- und Niederlauſitz, entweder in Gerten werden gezeuget oder ſonſten in wälden, auff den Bergen, Eckern, Wieſen, und in Waſſern von ſich ſelber wachſen. Budiſſin, 1594. et 1619. 4.

Johann Caſpar Gemeinhardt.

Catalogus plantarum circa Laubam naſcentium, tam indigenarum, quam exoticarum culturae mangonio ibidem prognatarum, ſecundum characterem naturalem in ſuos ordines et claſſes diſpoſitarum, addito natali loco et florendi tempore, in vſum Botanophilorum methodo botanico conſcriptus. Budiſſae, 1724. et 1725. 8.

Nathanael Gottfried Leske.

Bemerkungen über verſchiedene in der Oberlauſiz wachſende Pflanzen. — (In ſein. Reiſe durch Sachſen. Leipzig, 1784. p. 52 – 62 et alibi.)

Franz Wilibald Schmidt.

Merkwürdige Naturprodukte der Weinlache am Neiſsfluſſe bey Görlitz. — (Lauſiziſche Monatsſchrift, 1795. p. 77 – 97.)

Carl Christian Oettel.

Verzeichniſs der in der Oberlauſiz wildwachſenden Pflanzen. Görliz, 1799. 8.

Berichtigungen und Zuſätze zu meinem 1799. herausgegebenen Verzeichniſſe der in der Oberlauſiz wachſenden Pflanzen. — (Schrad. Journal der Botanik. 1801. 1. B. p. 53 – 65.)

Carl Gottlob Mosig.

Bemerkungen über mehrere ſeltene Gewächſe, die bisher in der Lauſiz noch nicht gefunden worden. (Mſpt.)

I. B. de *Albertini* et *F. Curie.*

Beytrag zur Flora der Lauſiz und einiger angrenzenden Gegenden. (Mſpt.)

I. B. de *Albertini* et *L. D.* de *Schweiniz.*

Conſpectus fungorum in Luſatiae Superioris Agro Niskienſi creſcentium e methodo Perſooniana. Lipſiae, 1805. 8. c. tabb. 12. aen. color.

FLORAE GERMANICAE

GENERVM, SPECIERVM ET VARIETATVM CONSPECTVS.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPVRIS Linn.
   1. vulgaris Linn. — — 1.
      α. caule ſtricto, foliis verticillatis patentibus.
      β. caule fluitante, foliis ſubmerſis reflexis, emerſis ſaepe in ſpiram tortis.
2. ZOSTERA Linn.
   1. marina Linn. — — 2.

DIGYNIA.

3. BLITVM Linn.
   1. capitatum Linn. — — 3.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

4. LIGVSTRVM Linn.
   1. vulgare Linn. — — 4.

5. PHILLYREA Linn.
 1. media Linn. — — 5.
 2. latifolia Linn. — — 6.
  α. ſpinoſa.
  β. obliqua.

6. OLEA Tournef.
 1. europaea Linn. — — 7.

7. SYRINGA Linn.
 1. vulgaris Linn. — — 8.

8. FRAXINVS Tournef.
 1. Ornus Linn. — — 9.
 2. excelſior Linn. — — 10.

9. CIRCAEA Tournef.
 1. lutetiana Linn. — — 11.
 2. alpina Linn. — — 12.
  α. minor, caule minori adſcendente, foliis pallide viridibus.
  β. maior, caule maiori erecto, foliis obſcure viridibus.

10. VERONICA Tournef.
 1. ſpicata Linn. — — 13.
  α. ſpica ſolitaria.
  β. ſpicis pluribus.
 2. hybrida Linn. — — 14.
 3. media Schrad. — — 15.
 4. longifolia Linn. — — 16.
  α. foliis oppoſitis.
  β. — ternis.
  γ. — quaternis.
 5. foliosa Waldſt. et Kit. — 17.
 6. ſerpyllifolia Linn. — — 18.
  α. foliis ouatis.
  β. — ouato-ſubrotundis.

7. fruticuloſa Linn. — — 19.

8. ſaxatilis Linn. fil. — — 20.

9. alpina Linn. — — 21.

α. foliis elliptico-ouatis acutiuſculis integerrimis.
β. foliis elliptico-ouatis acutiuſculis ſerratis.
γ. foliis elliptico-ouatis obtuſis ſubintegerrimis.
δ. foliis elliptico-ouatis obtuſis integerrimis.
ε. foliis ſubintegerrimis: inferioribus ſubrotundis; ſuperioribus ouatis.
ζ. foliis ſerratis: inferioribus ouato-ſubrotundis; ſuperioribus ouatis.

10. bellidioides Linn. — — 22.

11. aphylla Linn. — — 23.

12. ſcutellata Linn. — — 24.

α. foliis lineari-lanceolatis.
β. — ouato-lanceolatis.

13. Anagallis Linn. — — 25.

14. Beccabunga Linn. — — 26.

15. officinalis Linn. — — 27.

α. foliis ouatis vel obouatis pubeſcentibus.
β. foliis obouato-ſubrotundis pubeſcentibus.
γ. foliis obouatis vel obouato-ſubrotundis glabriuſculis.

16. montana Linn. — — 28.

17. Chamaedrys Linn. — — 29.

18. vrticaefolia Jacq. — — 30.

19. latifolia Linn. — — 31.

α. maior.
β. minor.

20. dentata Schmidt. — — 32.

21. proſtrata Linn. — — 33.

22. auſtriaca Linn. — — 34.
23. acinifolia Linn. — — 35.
24. praecox Allion. — — 36.
25. aruenſis Linn. — — 37.
26. agreſtis Linn. — — 38.
27. hederaefolia Linn. — — 39.
28. triphyllos Linn. — — 40.
29. verna Linn. — — 41.
β. foliis ſubintegerrimis.
30. peregrina Linn. — — 42.

11. WVLFENIA Smith.
1. carinthiaca Jacq. — — 43.
2. Ageria Smith. — — 44.
3. Buonarota Smith. — — 45.

12. GRATIOLA Linn.
1. officinalis Linn. — — 46.

13. PINGVICVLA Tournef.
1. vulgaris Linn. — — 47.
2. flaueſcens Flörk. — — 48.

14. VTRICVLARIA Linn.
1. vulgaris Linn. — — 49.
2. intermedia Hayn. — — 50.
3. minor Linn. — — 51.

15. LYCOPVS Linn.
1. europaeus Linn. — — 52.
2. exaltatus Linn. fil. — — 53.

16. ROSMARINVS Linn.
1. officinalis Linn. — — 54.

17. SALVIA Linn.
1. officinalis Linn. — — 55.
2. ſilueſtris Linn. — — 56.

3. pratensis Linn. — — 57.
α. caerulea.
β. alba.
4. austriaca Jacq. — — 58.
5. verticillata Linn. — — 59.
6. glutinosa Linn. — — 60.
7. Sclärea Linn. — — 61.
8. Aethiopis Linn. — — 62.

18. SALICORNIA Tournef.
1. herbacea Linn. — — 63.
2. fruticosa Linn. — — 64.

19. LEMNA Linn.
1. trisulca Linn. — — 65.
2. minor. Linn. — — 66.
3. gibba Linn. — — 67.
4. polyrrhiza Linn. — — 68.

20. CLADIVM Brown.
1. germanicum Schrad. — 69.

DIGYNIA.

21. ANTHOXANTHVM Linn.
1. odoratum Linn. — — 70.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

22. VALERIANA Gaertn.
1. dioica Linn. — — 71.
2. officinalis Linn. — — 72.
α. foliis latioribus.
β. — angustioribus.

3. Phu Linn. — — 73.
4. tripteris Linn. — — 74.
5. montana Linn. — — 75.
6. ſaxatilis Linn. — — 76.
7. celtica Linn. — — 77.
8. elongata Jacq. — — 78.
9. ſupina Arduin. — — 79.

23. FEDIA. Gaertn.

1. echinata Schrad. — — 80.
2. olitoria Gaertn. — — 81.
3. dentata G.M.S. — — 82.
4. coronata Schrad. — — 83.

24. POLYCNEMVM Linn.

1. aruenſe Linn. — — 84.
α. caule erecto.
β. — procumbente.

25. CROCVS Tournef.

1. vernus Wulf. — — 85.

26. IXIA Linn.

1. Bulbocodium Linn. — — 86.

27. GLADIOLVS Linn.

1. communis Linn. — — 87.

28. IRIS Linn.

1. pumila Linn. — — 88.
2. variegata Linn. — — 89.
3. germanica Linn. — — 90.
4. Pſeud-Acorus Linn. — — 91.
5. ſibirica Linn. — — 92.
6. ſpuria Linn. — — 93.
7. graminea Linn. — — 94.

29. SCHOENVS Linn.

1. fuscus Linn. — — 95.
2. albus Linn. — — 96.
3. mucronatus Linn. — — 97.
4. nigricans Linn. — — 98.
5. ferrugineus Linn. — — 99.

30. CYPERVS Linn.

1. auſtralis Schrad. — — 100.
2. flaueſcens Linn. — — 101.
3. fuſcus Linn. — — 102.
   α. vulgaris.
   β. vireſcens.
4. eſculentus Linn. — — 103.
5. longus Linn. — — 104.
6. Monti Linn. fil. — — 105.

31. SCIRPVS Linn.

1. ceſpitoſus Linn. — — 106.
   α. vulgaris.
   β. nemoroſus.
2. Baeothryon Ehrh. — 107.
   α. maior.
   β. minor.
3. paluſtris Linn. — — 108.
   α. maior.
   β. minor.
4. ouatus Roth. — — 109.
5. acicularis Linn. — — 110.
6. fluitans Linn. — — 111.
7. caricinus Schrad. — — 112.
8. rufus Flügg. — — 113.
9. lacuſtris Linn. — — 114.
   α. maior.
   β. medius.
   γ. minor.

DIGYNIA.

42. PHLEVM.

1. pratenſe Linn. — — 151.

α. culmis altioribus, racemo ſpicato longiori.

β. culmis humilioribus, racemo ſpicato breuiori.

2. alpinum Linn. — — 152.

3. aſperum Jacq. — — 153.

4. Boehmeri Wib. — — 154.

5. Michelii Allion. — — 155.

6. arenarium Linn. — — 156.

7. Gerardi Allion. — — 157.

8. tenue Schrad. — — 158.

43. POLYPOGON Desfont.

1. monſpelienſis Desf. — 159.

α. panicula maiori.

β. — minori, minus diuiſa.

44. MILIVM Linn.

1. lendigerum Linn. — 160.

2. multiflorum Cavan. — 161.

3. paradoxum Linn. — — 162.

4. effuſum Linn. — — 163.

45. TRICHODIVM Michaux.

1. caninum Schrad. — — 164.

α. floribus purpuraſcentibus, ariſta calicem excedente.

β. floribus e purpuraſcente et viridi variis, ariſta calicem excedente.

γ. floribus ſtramineis, ariſta calicem excedente.

δ. floribus purpuraſcentibus, ariſta calicem vix excedente.

ε. floribus ſtramineis vel pallide flaveſcentibus, ariſta calicem vix excedente.

ζ. floribus omnibus muticis.

48. SACHARVM Linn.

1. cilindricum Lamarck. — 186.
(2. Ravennae Linn. — cf. Addend.) — 187.

49. LAGVRVS Linn.

1. ouatus Linn. — — 188.

50. STIPA Linn.

1. pennata Linn. — — 189.
2. capillata Linn. — — 190.

51. ANDROPOGON Swartz.

1. diſtachyos Linn. — — 191.
2. Iſchaemum Linn. — — 192.
3. Gryllus Linn. — — 193.
4. arundinaceus Scop. — 194.

52. PANICVM.

1. verticillatum Linn. — 195.
2. viride Linn. — — 196.
3. glaucum Linn. — — 197.
4. hirtellum Linn. — — 198.
5. Crus galli Linn. — — 199.
   α. ſpiculis ſubmuticis.
   β. — ariſtatis.
6. miliaceum Linn. — — 200.

53. HOLCVS Swartz.

1. auenaceus Scop. — — 201.
2. bulboſus Schrad. — — 202.
3. mollis Linn. — — 203.
4. lanatus Linn. — — 204.
5. borealis Schrad. — — 205.
6. auſtralis Schrad. — — 206.

54. AIRA Linn.

1. criſtata Linn. — — 207.

2. glauca Spreng. — — 208.
3. aquatica Linn. — — 209.
4. cefpitofa Linn. — — 210.
α. minor.
β. maior.
5. flexuofa Linn. — — 211.
6. caryophyllea Linn. — — 212.
7. praecox Linn. — — 213.
8. canefcens Linn. — — 214.
9. fubfpicata Linn. — — 215.

55. MELICA Linn.
1. ciliata Linn. — — 216.
2. nutans Linn. — — 217.
3. vniflora Retz. — — 218.
4. caerulea Linn. — — 219.
α. minor.
β. maior.

56. SESLERIA Scop.
1. elongata Hoft. — — 220.
2. tenuifolia Schrad. — — 221.
3. caerulea Arduin. — — 222.
4. tenella Hoft. — — 223.
5. fphaerocephala Hoft. — 224.
α. caerulefcens.
β. albida.
6. echinata Hoft. — — 225.

57. POA Linn.
1. aquatica Linn. — — 226.
2. fluitans Scop. — — 227.
3. maritima Hudf. — — 228.
4. diftans Linn. — — 229.
5. rigida Linn. — — 230.
6. dura Scop. — — 231.

7. piloſa Linn. — — 232.
8. Eragroſtis Linn. — — 233.
9. megaſtachya Koel. — 234.
10. ſupina Schrad. — — 235.
11. laxa Haenk. — — 236.
(11. b. cenifia Allion. — cf. Addend.) — 237.
12. alpina Linn. — — 238.
β. floribus viuiparis.
13. bulboſa Linn. — — 239.
β. floribus viuiparis.
14. ſudetica Haenk. — — 240.
15. triuialis Linn. — — 241.
16. pratenſis Linn. — — 242.
17. ſerotina Ehrh. — — 243.
18. nemoralis Linn. — — 244.
β. culmis ex inferioribus geniculis fibras numeroſas, glomeratim arcte implexas, producentibus.
19. compreſſa Linn. — — 245.
20. annua Linn. — — 246.
21. decumbens Scop. — 247.
22. diſticha Wulf. — — 248.

58. BRIZA Linn.
1. minor Linn. — — 249.
2. media Linn. — — 250.
3. maxima Linn. — — 251.

59. DACTYLIS Linn.
1. glomerata Linn. — — 252.
2. maritima Schrad. — — 253.

60. CYNOSVRVS Gaertn.
1. criſtatus Linn. — — 254.
2. echinatus Linn. — — 255.
3. aureus Linn. — — 256.

68. HORDEVM Linn.

1. murinum Linn. — — 323.

2. pratenſe Hudſ. — — 324.

α. ſpiculis nudis.

β. — pubeſcentibus.

3. maritimum With. — — 325.

69. AEGILOPS Linn.

1. ouata Linn. — — 326.

2. triuncialis Linn. — — 327.

70. ROTTBOELLIA Linn. fil.

1. incuruata Linn. fil. — — 328.

2. monandra Cavan. — — 329.

71. LAPPAGO Schreb.

1. racemoſa Schreb. — — 330.

TRIGYNIA.

72. MONTIA Mich.

1. fontana Linn. — — 331.

α. minor.

β. maior.

73. HOLOSTEVM Linn.

1. vmbellatum Linn. — — 332.

74. POLYCARPON Linn.

1. tetraphyllum Linn. — — 333.



CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPVRIS. *Cal.* margo bilobus. *Cor.* nulla. *Nux.*
2. ZOSTERA. *Spadix* multiflorus. *Nux.*

* *Salicornia; Alchemilla Aphanes; Eriophorum alpinum.*

DIGYNIA.

3. BLITVM. *Cal.* 3fidus. *Cor.* nulla. *Sem.* 1.

* *Festuca bromoides* et *Myurus; Rottboellia monandra; Callitriche.*

I. MONANDRIA.

I. MONOGYNIA.

1. HIPPURIS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 15. Iuff. Gen. p. 18. Vent. Tabl. 2. p. 218. Gaertn. Fruct. 2. p 24. t. 84.

Cal. margo bilobus. *Cor.* nulla. *Nux* monofperma.

1. HIPPURIS *vulgaris*, foliis verticillatis linearibus.

α. caule ftricto, foliis verticillatis patentibus.

Hippuris vulgaris. *Spec. Plant. ed Willd.* 1. p. 26. *Smith. Britan.* 1. p. 4. *Hellen. Diff. in Vfter. Delect.* 1. p 10. *Roth. Germ. T.* 2. *P.* 1. p. 3. α. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 5. *Pollich. Palat.* n. 1. — *Engl. Bot. Drev. et Hayn. Ic. Curt. Lond. Hopp. Herb. Ehrh. Herb.*

Limnopeuce vulgaris. *Scop. Carn.* n. 2.

Limnopeuce. *Vaill. in Act. Par.* 1791. p 14. *Hall. Helv.* n. 1572.

Equifeti facie Polygonum foemina. *I. Bauh. Hift.* 3. p. 724. c. ic.

Equifetum paluftre breuioribus foliis polyfpermon. *C. Bauh. Theatr.* p. 243. c. ic.

Ic. *Engl. Bot.* t. 763.	*Flor. Dan.* t. 87.
Drev. et Hayn. l. c. t. 21.	*Vaill. l. c.* t. 1. *f.* 3.
Curt. l. c. fafc. 48.	*I. Bauh. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 1.	*C. Bauh. l. c.*

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 3. n. 1. *Ehrh. l. c.* n. 61.

β. caule fluitante, foliis fubmerfis reflexis, emerfis faepe in fpiram tortis.

Hippuris vulgaris. *Web. Holf.* n. 2. β.

Germ. Gemeiner Tannenwedel.

In foffis, fontibus, lacubus; β. in aquis fluentibus.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix repens. Caulis fimpliciffimus, fefquipedalis, bipedalis, ftrictus, teres, articulatus, ad medium faepe immerfus atque defoliatus; fuperne foliofus. Folia verticillata, 8 - 12, linearia, acuta, integerrima, enervia, vt reliquae partes glabra. Flores axillares, feffiles, hermaphroditi, fubinde polygami. Calix germen coronans, bilobus, obfoletus. Stamen intra lobum anteriorem; ftilus e pofteriori lobo calicis. Nux vnilocularis, monofperma, apice perforata. —

β. praeter notas allatas, *α.* in reliquis ſimilis eſt. Singularem varietatem, in piſcina haud procul a Gottinga ſita lectam, deſcripſit *Murrayus* (*Prod. Gotting.* p. 39), cuius folia non verticillatim ad quoduis geniculum inſerta, ſed in ſpiram contorta, caulem adſcendunt. — Variat quoque, quamuis rariſſime, caule ramoſo. Cf. *Schrank. Bavar.* 1. p. 203.

2. ZOSTERA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 1390. Iuſſ. Gen. p. 34. Vent. Tabl. 2. p. 84. Gaertn. Fruct. 1. p. 78. t. 19.

Spadix linearis intra foliorum vaginam, altero latere florifer. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Anthera* ſeſſilis, germini oppoſita. *Nux* monoſperma.

1. ZOSTERA *marina*, fructibus ſeſſilibus.

Zoſtera marina. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 77. *Smith. Britan.* 1. p. 7. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 414. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 216. — *Engl. Bot.*
Alga ad mare. *Flor. Dan.*
Ic. *Engl. Bot. t.* 467. *Flor. Dan. t.* 15.
Schkuhr. l. c. t. 279.

Germ. Gemeiner Waſſerriemen.

Ad litora maris adriatici (*Scopoli*), baltici (*Timm*, *Weber*) et ſeptentrionalis (*Roth*).

Perennis. Flor. Auguſto, Septembri.

Tota glabra. Caules longitudine varii, teretes, articulati, inferne radicantes, ſuperne ramoſi et folioſi. Folia alterna, linearia, longiſſima, obtuſiuscula, integerrima, baſi vaginantia, parum ſupra baſin longitudinaliter fiſſa et ſpadicem e fiſſura emittentia. Spadix linearis, planus, altero latere florifer. Calix et corolla nulla. Anthera ſeſſilis, ouato-oblonga, paulo curuata, ad latus germinis poſita, ſed cum proxima ſuperiori alternans. Germen ſeſſile, oblongum. Stigmata duo. Nux pendula, oblonga, roſtrata, vnilocularis, monoſperma.

Zoſtera oceanica *Web. Holſ.* n. 700. eſt ſola varietas maior *Z. marinae.* *Z. oceanica* vera *Linn.*, ex *Cavolini* obſeruatione proprium genus conſtituens, in Germaniae marinis, quantum ſcio, nondum obſeruata eſt.

II. D I G Y N I A.

3. BLITVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n 18. Iuff. Gen. p. 86. Vent. Tabl. 2. p. 260. Gaertn. Fruct. 2. p. 200. t 126.

Cal. trifidus. *Cor.* nulla. *Sem.* vnicum, calici carnofo immerfum.

1. BLITVM *capitatum*, glomerulis terminalibus aphyllis.

Blitum capitatum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 30. — *Knorr. Thef.* 1.

Morocarpus capitatus. *Scop. Carn.* n. 3.

Blitum foliis femitrilobis, rariter dentatis. *Hall. Helv.* n. 1571.

Atriplex maiori fructu maior. *Moris. Hift.* 2.

Ic. *Knorr. l. c. t. E.* 3. *Moris. l. c. fect.* 5. *t.* 32. *f.* 9.

Germ. Aehrenblütiger Erdbeerfpinat.

In Litorali, Foriiulio Tyrolique calidiori (*Scopoli, Hoft*) — quafi fponte locis incultis prope Salisburgum (*Funk*), Francofurtum ad Moenum (*G. M. S.*) inque Silefia (*Krocker*); in arenofis prope Neowidam ad Rhenum (*Röntgen*).

Annua. Flor. aeftate.

Radix parua. Caulis pedalis circiter, erectus, fubangulatus, fimplex aut fuperne ramofus. Folia longe petiolata, alterna, haftata, dentata, vt reliquae partes glabra. Flores verfus apicem caulis in glomerulos feffiles, fubrotundos, per maturitatem rubros congefti. Glomeruli inferiores foliis fulfulti: fuperiores f. terminales aphylli et confertiores. Semen fubrotundum, atrum, calici demum carnofo immerfum.

Blitum virgatum, in Germania non fponte prouenieus, differt foliis breuius petiolatis et glomerulis omnibus foliofis.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi, inferi, monopetali, regulares.*

6. OLEA. *Cor.* 4partita. *Drupa* monofperma.

5. PHILLYREA. *Cor.* 4partita. *Bacca* bilocularis: loculis monofpermis.

4. LIGVSTRVM. *Cor.* 4fida. *Bacca* bilocularis: loculis bifpermis.

7. SYRINGA. *Cor.* 4fida. *Capf.* bilocularis.

** *Flores completi, inferi, monopetali, irregulares. Fructus angiofpermi.*

10. VERONICA. *Cor.* 4fida: lacinia infima anguftiori. *Capf.* 2locularis.

12. GRATIOLA. *Cor.* 4fida, bilabiata: labio fuperiori reflexo. *Stam.* 2 fterilia. *Capf.* 2locularis. *Cal.* 5phyllus.

11. WVLFENIA. *Cor.* ringens, ecalcarata. *Capf.* 2locularis. *Cal.* 5partitus.

13. PINGVICVLA. *Cor.* ringens, calcarata. *Capf.* 1locularis. *Cal.* 5fidus.

14. VTRICVLARIA. *Cor.* perfonata, rarius ringens, calcarata. *Capf.* circumfciffa. *Cal.* 2phyllus.

*** *Flores completi, inferi, monopetali, irregulares. Fructus gymnofpermi.*

15. LYCOPVS. *Cor.* fubaequalis. *Stam.* diftantia.

16. ROSMARINVS. *Cor.* ringens. *Filam.* bafi cum dente.

17. SALVIA. *Cor.* ringens. *Filam.* transuerfe pedicello affixa.

**** *Flores completi, inferi, tetrapetali.*

* *Fraxinus Ornus; Lepidium Iberis.*

***** *Flores completi, ſuperi.*

9. CIRCAEA. *Cor.* 2petala. *Nux.*

****** *Flores incompleti.*

8. FRAXINVS. *Cal.* o. vel 4partitus. *Cor.* o. vel 4petala. *Nux* 2locularis.

18. SALICORNIA. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1., calice tectum.

19. LEMNA. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-2locularis.

20. CLADIVM. *Cal.* multiualuis, 1florus, valuis glumaceis, imbricatis. *Cor.* o. *Nux* putamine duplici.

* *Schoenus albus; Scirpus ouatus, Michelianus; Eriophorum alpinum; Lepidium ruderale.*

DIGYNIA.

21. ANTHOXANTHVM. *Cal.* 2valuis, 1florus. *Cor.* duplex, vtraque 2valuis: exteriori ariſtata; interiori minima, mutica.

* *Crypſis aculeata; Saccharum cilindricum; Feſtuca diſtachyos; Bromus madritenſis et rigidus.*

II. DIANDRIA.

I. MONOGYNIA.

4. LIGVSTRVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 23. Iuff. Gen. p. 106. Vent. Tabl. p. 313. Gaertn. Fruct. 2. p. 72. t. 92.

Cal. quadridentatus. *Cor.* quadrifida. ***Bacca*** fupera, bilocularis: loculis difpermis.

1. LIGVSTRVM *vulgare*, foliis elliptico-lanceolatis.

Liguftrum vulgare. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 41. *Smith. Britan.* 1. p. 12. *Schmidt. Arb. Auftr.* 3. *Willd. Arb. Berol.* p. 169. *Du Roi Harbk. ed. Pott.* 1. p. 523. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 4. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 7. *Pollich. Palat.* n. 4. *Scop. Carn.* n. 4. — *Curt. Lond. Reitter. et Abel. Ic. Flor. Dan. Blackw. Herb. Ehrh. Arb.*

Liguftrum. *Hall. Helv.* n. 530. *I. Bauh. Hift.* 1. p. 328. c. ic. *Dalech. Hift.* p. 252. c. ic.

Ic. *Curt. l. c. fafc.* 51.
Schmidt. l. c. t. 147.
Reitter. et Abel. l. c. t. 44.
Flor. Dan. t. 1141.
Schkuhr. l. c. t. 2. a.
Blackw. t. 140.
I. Bauh. l. c.
Dalech. l. c.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 1.

Germ. Gemeiner Liguster, (Hartriegel, Rheinweide).

In dumetis, ad fepes.

Frutex. Flor. Iunio, Iulio.

Truncus 6-8-pedalis, ramofiffimus, ramis oppofitis, teretibus, fufcefcentibus, verrucis fparfis exiguis obfeffis. Folia oppofita, breuiter petiolata, lanceolata vel elliptica, integerrima, mucronulata, fubcoriacea, glabra. Thyrfi terminales, pedunculis pubefcentibus. Bracteae paruae, oppofitae. Flores lactei, odorati. Calices obtufi, quadridentati. Corollae infundibuliformes, quadrifidae, laciniis ouatis, patentibus. Baccae fubglobofae, biloculares, purpureo-atrae. Loculamenta membrana propria, tenuiffima veftita.

Folia quandoque terna.

5. PHILLYREA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 24. Iuff. Gen. p. 106. Vent. Tabl. 2. p. 313. Gaertn. Fruct. 2. p. 71. t. 92.

Cal. quadridentatus. *Cor.* quadripartita. *Bacca* ſupera, bilocularis; loculis monoſpermis: altero ſaepe abortante.

1. PHILLYREA *media*, foliis oblongo-ouatis ſubintegerrimis ſerratisue.

Phillyrea media (liguſtrifolia). *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 42 *Desfont. Atlant.* 1. p. 8.

Phillyrea latiuſculo folio. *I. Bauh. Hiſt.* 1. *lib.* 5. p. 539. c. ic.

Phillyrea tertia. *Cluſ. Hiſt.* p. 52. c. ic.

Phyllirea Cluſii III. *Tabern. Kräuterb.* p. 1455. c. ic.

Phillyrea latiore folio. *Ger. Hiſt.* p. 1209. c. ic.

Phillyrea narbonenſis florida. *Lob. Hiſt.* p. 564. c. ic.

Ic. *I. Bauh. l. c.* *Tabern. l. c.*
Cluſ. l. c. *Lob. l. c.*
Ger. l. c.

Germ. Mittlere Steinlinde.

In Litorali in rupeſtribus ad mare, in agro Fluminenſi, in Rezzine quoque ad torrentem (*Hoſt*).

Frutex. Flor. Martio, Aprili.

Truncus a quatuor ad octo pedes altus, ramoſiſſimus. Rami oppoſiti, erecto-patentes, teretes, cortice cinereo. Ramuli ſubangulati, pubeſcentes. Folia oppoſita, breuiſſime petiolata, oblongo-ouata, ſubinde elliptico-lanceolata, acutiuscula, plus minus ſerrata, rigida, perennantia, glabra, nitida, facie laeuia, dorſo punctis minutis inſperſa. Petioli pubeſcentes. Pedunculi numeroſi, axillares, breues, vniflori et corymboſi. Flores parui, pallide flaui. Calix vrceolatus, quadridentatus. Corolla quadripartita, laciniis aequalibus, patentibus. Bacca ouato-ſubrotunda, nigra, bilocularis, loculis monoſpermis: altero ſaepe abortante.

2. PHILLYREA *latifolia*, foliis ouato-cordatis ſerratis.

Phillyrea latifolia. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 43.

α. spinosa.

Phillyrea latifolia. *Spec. Plant. l. c. β. Desfont. Atlant.* 1. p. 8. *Lamarck. Illustr.* n. 71.

Phillyrea folio Ilicis. *I. Bauh. Hist.* 1. lib. 5. p. 532. c. ic.

Phillyrea prima. *Clus. Hist.* p. 51. c. ic.

Ic. *Lamarck. l. c. t.* 8. *f.* 2. *Clus. l. c.*
I. Bauh. l. c.

β. obliqua.

Phillyrea latifolia. *Spec. Plant. l. c. γ.*

Phillyrea latifolia laeuis. *Desfont. l. c.* A.

Phillyrea folio Alaterni. *I. Bauh. Hist.* 1. lib. 5. p. 532. c. ic.

Phillyrea secunda. *Clus. Hist.* p. 52. c. ic.

Phillyrea secunda serrata Clusii. *Ger. Hist.* p. 1210. c. ic.

Phyllerea Clusii II. *Tabern. Krauterb.* p. 1454. c. ic.

Ic. *I. Bauh. l. c.* *Ger. l. c.*
Clus. l. c. *Tabern. l. c.*

Germ. Breitblättrige Steinlinde.

In iisdem cum priori locis (*Host*).

Frutex. Flor. Martio, Aprili.

A priori, cui nimis affinis, praecipue differt foliis latioribus, breuioribus, obtusioribus, euidentius serratis. Cl. vero *Desfontaines* sibi persuasum habet, *Ph. mediam* et *latifoliam* vix specie a se inuicem distingui posse.

6. OLEA Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 25. Iuss. Gen. p. 103. Vent. Tabl. 2. p. 312. Gaertn. Fruct. 2. p. 75. t. 93.

Cal. quadridentatus. *Cor.* quadripartita. *Drupa* supera, submonosperma.

1. OLEA *europaea*, foliis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus compositis.

Olea europaea. *Spec. Plant. ed. Willd.* p. 44. *Lehr. de Olea europaea.* c. ic. *Host. Austr.* p. 3. *Scop. Carn.* n. 5. — *Plenk. Ic. Med. Regn. Bot. Blackw. Herb.*

Olea ſatiua. *Weinm. Phytanthoz.* 3. p. 467. c. ic. *I. Bauh. Hiſt.* 1. lib. 6. p. 1. c. ic. *Cluſ. Hiſt.* p. 26. c. ic. *Tabern. Kräuterb.* p. 1450. c. ic. *Dalech. Hiſt.* p. 342. 343. c. ic.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 11.	*I. Bauh. l. c.*
Lehr. l. c.	*Cluſ. l. c.*
Regn. l. c.	*Tabern. l. c.*
Blackw. l. c. t. 199.	*Dalech. l. c.* p. 343.
Weinm. l. c.	

Germ. Gemeiner Oelbaum.

In collibus et rupeſtribus maritimis Litoralis et agri Gorizienſis (*Scopoli*) — frequentior culta obſeruatur.

Frutex. Flor. primo vere.

Truncus ad arboris altitudinem adſcendens, ramis oppoſitis, teretibus, e cinereo vireſcentibus. Ramuli ſubtetragoni. Folia oppoſita, ſubſeſſilia, lanceolata, quandoque oblongo-elliptica, acuta, mucronata, integerrima, coriacea, perennantia, glabra, nitida; facie viridia, dorſo argentea. Racemi axillares, ſolitarii, compoſiti. Pedunculus communis compreſſus, albidus; pedicelli concolores, oppoſiti, teretes: inferioribus longioribus, bi-trifloris. Bracteae deciduae. Flores parui, ex albido virides. Calix cyathiformis, quadridentatus. Corolla quadripartita, laciniis concauis. Drupa ſupera, elliptico-ſubrotunda, nigra, bilocularis: loculamento altero plerumque obliterato.

In olinetis vineisque neglectis ſecundum Cl. *Hostium* fruticis forma creſcit, ramos habet ſpineſcentes et nunquam fere floret.

7. SYRINGA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 26. Gaertn. Fruct. 1. p. 224. t. 49. — Juſſ. Gen. p. 105. et Vent. Tabl. 2. p. 307. ſub Lilac.

Cal. quadridentatus. *Cor.* quadrifida. *Capſ.* ſupera, bilocularis.

1. SYRINGA *vulgaris*, foliis cordato-ouatis.

Syringa vulgaris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 48. *Willd. Arb. Berol.* p. 378. *Schmidt. Arb. Auſtr.* 2. p. 26. *Roth.*

Germ. T. 2. P. 1. p. 4. *Schkuhr Handb.* 1. p. 8. *Du Roi Harbk.* 2. p. 443. *Hall. Helv.* n. 531. — *Curt. Magaz. Bull. Herb. Ehrh. Arb.*

Syringa flore albo et caeruleo. *I. Bauh. Hiſt.* 1. lib. 8. p. 203. 204. c. ic.

Syringa flore caeruleo. *Cluſ. Hiſt.* p. 58. c. ic.

Io. *Schmidt. l. c. t.* 77. *Schkuhr. l. c. t.* 2. a.
Bull. l. c. t. 265. *I. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. t. 183. *Cluſ. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 61.

Germ. Gemeine Syrenen, (Flieder, Lilac).

In ſepibus et ſiluis quaſi ſponte.

Frutex. Flor. Maio.

Frutex altitudine duodecim ad viginti pedum. Rami adultiores teretes, fuſco-griſei; iuniores obtuſe tetragoni, dilutiores. Folia oppoſita, petiolata, cordato-ouata, acuminata, integerrima, glabra. Paniculae ex apice ramulorum praecedentis anni prouenientes, ſaepius geminae. Flores ſuaueolentes, violacei vel albi. Calix paruus, tubuloſus, quadridentatus. Corolla infundibuliformis, quadrifida, laciniis linearibus, obtuſis, patenti-reuolutis. Capſula ouato-lanceolata, lenticulari-compreſſa, bilocularis, biualvis. Diſſepimentum contrarium, dehiſcendo bipartitum. Semina in quouis loculamento gemina, compreſſa, membranaceo margine cincta.

8. FRAXINVS Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 1597. Iuſſ. Gen. p. 105. Vent. Tabl. 2. p. 309. Gaertn. Fruct. 1. p. 222. t. 49.

Cal. nullus vel quadripartitus. *Cor.* nulla vel tetrapetala. *Nux* ſupera, bilocularis, ſuperne foliacea, compreſſa. *Sem.* ſolitaria, pendula. Flor. polygami.

1. FRAXINVS *Ornus*, foliolis oblongo-ouatis petiolatis, floribus corollatis.

Fraxinus Ornus. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 356. *Du Roi Harbk. ed. Pott.* 1. p. 392. *Willd. Arb. Berol.* p. 115.

Lamarck. Encycl. 2. p. 541. *Medic. in Act. Soc. Lutr.* 1774. p. 200. et 1777. p. 37. — *Mill. Illuſtr.*

Fraxinus florifera. *Scop. Carn.* n. 1250.

Fraxinus tenuiori et minori folio. *I. Bauh. Hiſt.* 1. lib. 8. p. 177. c. ic.

Ic. *Mill. l. c.* *I. Bauh. l. c.*

Germ. Blühende Eſche.

In Iſtria, Litorali (*Scopoli*).

Arbor. Flor. Maio.

Truncus 20-25 pedes altus, gemmis puluerulentis. Folia oppoſita, impari-pinnata, foliolis 7 aut 9, oppoſitis, petiolatis, ouatis vel oblongo-ouatis, acutis, ſerratis, glabris. Paniculae in axillis ſuperioribus et ramulorum apice confertae, ramoſae, nutantes. Calix paruus, quadripartitus. Corolla tetrapetala, petalis linearibus, albis.

Flores, vt in ſequenti, plerumque hermaphroditi intermixtis nonnullis femineis, rariſſime omnes feminei vel maſculi.

2. FRAXINVS *excelſior*, foliolis lanceolato-acuminatis ſubſeſſilibus, floribus apetalis.

Fraxinus excelſior. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 356. *Smith. Britan.* 1. p. 13. *Du Roi Harbk. ed. Pott.* 1. p. 384. *Willd. Arb. Berol.* p. 123. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 559. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 557. *Lamarck. Encycl.* 2. p. 539. *Medic. in Act. Soc. Lutr.* 1777. p. 31. *Pollich. Palat.* n. 1509. — *Reitter. et Abel. Ic. Flor. Dan. Blackw. Herb. Ehrh. Arb.*

Fraxinus Ornus. *Scop. Carn.* n. 1249.

Fraxinus apetala, foliis pinnatis ſerratis. *Hall. Helv.* n. 528.

Fraxinus vulgatior. *I. Bauh. Hiſt.* 1. lib. 8. p. 174. c. ic.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 557. *Blackw. l. c. t.* 328.
Reitter. et Abel. l. c. t. 5. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 969.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 100.

Germ. Gemeine Eſche.

In ſiluis et ſepibus.

Arbor. Flor. Aprili, Maio.

Speciosa et inter altiores nostratium numeranda arbor. Truncus rectus, cortice cinereo-fusco, laeviusculo, adultiori aetate magis rugoso. Gemmae magnae, nigrae, quarum laterales flores, terminales folia promunt. Foliola 11, 13 vel 15, opposita, subsessilia ex ouato plus minus lanceolata, argute serrata, apice acuminata, basi cuneata non serrata, subtus ad neruos subinde pubescentia, ceterum vtrinque nuda. Paniculae laxae, confertae, sub ramulorum apice prouenientes, floribus nudis s. calice corollaque destitutis. Nux ouato-oblonga, subcoriacea. Semen vnicum in fructu maturo, nucis cauitati conforme.

9. CIRCAEA Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 31. Iuss. Gen. p. 319. Vent. Tabl. 3 p 310. Gaertn. Fruct. 1. p. 114. t. 24.

Cal. diphyllus, superus. *Cor.* dipetala. *Nux* bilocularis: loculis monospermis.

1. CIRCAEA *lutetiana*, caule pubescente, foliis ouatis acutis denticulatis.

Circaea lutetiana *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 53. *Smith. Britan.* 1. p. 13. *Roth. Germ.* T 2. P. 1. p. 34. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 8. *Web. Holsat.* n. 7. *Retz. Obs.* 1. p. 8. *Pollich. Palat.* n. 5. *Scop. Carn.* n. 6. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Kniph. Orig. ed. Trampe Hopp. Herb.*

Circaea foliis subcordatis, subserratis. *Hall. Helv.* n 813.

Ocimastrum verrucarium. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 977. c. ic.

Circaea lutetiana. *Lob. Ic.* 1. p. 266.

Ic. *Engl. Bot.* *t.* 1056. *Schkuhr. l. c. t.* 2. a.
Curt. l. c. fasc. 34. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 210. *Lob. l. c.*

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 10.

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 26.

Germ. Gemeines Hexenkraut.

In vmbrosis humidis, ad sepes.

Perennis. Flor. Iulio, Augusto.

Caulis erectus, pubescens. Folia acuta, denticulata, margine et secundum neruos, imprimis prona facie,

pubefcentia, obfcure viridia, opaca, ouata; inferiora quandoque cordato-ouata. Petioli aequales, pubefcentes, folio duplo vel triplo breuiores. Petala bafi lata feffilia. Fructus obouato-fubrotundus.

2. CIRCAEA *alpina*, caule glaberrimo, foliis cordatis acuminatis dentatis.

α. *minor*, caule minori adfcendente, foliis pallide viridibus.

Circaea alpina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 53. *Smith. Britan.* 1. p. 14. *Krock. Silef.* 1. n. 9. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 34. *Grimm. Ifen. in Nov. Act. N. C.* III. App. p. 256. *Scop. Carn.* n. 7. — *Engl. Bot. Hopp. Herb. Ehrh. Herb.*

Circaea foliis cordatis, acute dentatis. *Hall. Helv.* n. 814.

Solanifolia Circaea alpina. *Morif. Hift.* 2.

Circaea minima. *Columm. Ecphraf.* 2. p. 79.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1057. *Moris. l. c. fect.* 5. *t.* 34. f. vlt.
Krock. l. c. t. 1. *Columm. l. c. t.* 80.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 77. *Ehrh. l. c.* n. 111.

β. *maior*, caule maiori erecto, foliis obfcure viridibus.

Circaea alpina. *Spec. Pl. l. c.* β. *Smith. Britan. l. c.* β.

Circaea intermedia. *Ehrh. Beitr.* 4. p. 42. *Ejusd. Herb.*

Circaea lutetiana. *Villars. Delph.* 1. p. 20. B.

Circaea alpina. *Flor. Dan.*

Ic. *Flor. Dan. t.* 256. mala.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 101.

Germ. Alpen-Hexenkraut.

In fubalpinis et depreffis, praefertim in cauis arborum putridarum; β. in vmbrofis humidis.

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Caulis glaberrimus, pellucidus, geniculis tumidiusculis. Folia cordata, acuminata, dentata, margine pubefcentia, pellucida. Petioli membranaceo-angulati, obfolete pubefcentes; inferiores folia aequantes vel iis paulo longiores. Petala bafi attenuata. Fructus obouatus, loculo altero faepe abortante. Conuenit cum priori radice repente, caule tereti, foliis oppofitis, racemis pubefcentibus etc. — In vtraque fpecie,

pro loci diuerſitate, caulis modo ſimplex modo plus minus ramoſus, et racemi vel ſolitarii vel plures.

Var. β. caule erecto, omnium partium magnitudine et foliorum colore ſaturatiori *C. lutetianae* omnino ſimilis; ſed hae notae nonniſi ſolo adſcribendae ſunt. In reliquis omnibus characteribus cum α. conuenit.

Icon *Flor. Dan.* t. 256. cum SMITHIO ob caulem laeuem ad β. refero; petioli vero nimis breues depinguntur.

10. VERONICA Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 32. Iuff. Gen. p. 99. Vent. Tabl. 2. p. 297. Gaertn. Fruct 1. p. 257. t. 54.

Cor. quadrifida: lacinia infima anguſtiori. *Capſ.* ſupera, bilocularis.

† *Flores terminales.*

* *racemoſi.* (*)

1 *caule herbaceo.*

1. VERONICA *ſpicata*, foliis oppoſitis crenatis cauleque pubeſcentibus: radicalibus oblongo-obouatis in petiolum decurrentibus; caulinis oblongis baſi attenuatis. *Schrad. Veron. Spic.* p. 20.

α. Spica ſolitaria.

Veronica ſpicata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 56. *Smith. Britan.* 1. p. 15. *Schmidt. Bohem.* n. 7. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 7. *Pollich. Palat.* n. 7. *Gmel. Sibir.* 3. p. 221. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Kniph. Origin. ed. Tramp. Hopp. Herb.*

Veronica orchidea. *Crantz. Auſtr.* p. 333. (auctoritate literarum Wulfenii).

Veronica foliis ellipticis, ſerratis, coniugatis, floribus ſpicatis. *Hall. Helv.* n. 542.

Veronica ſpicata; foliis Veronicae officinarum. *Dill. in Act. Nat. Cur. Cent.* 5. 6. *obſ.* 38.

Veronica ſpicata, minor. *Vaill. Par. Moris. Hiſt.* 2.

(*) Praeter *Ver. virginicam* et nonnullas alias, ſeſſilibus vel breviſſime pedicellatis floribus inſtructas, reliquas omnes, in Commentatione ſupra citata ſpicatis adnumeratas, ſpecies melius ſub racemoſis comprehendi poſſe puto.

Veronica ſpicata recta minor. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 284. c. ic.

Veronica recta minima. *Cluſ. Hiſt.* p. 347. c. ic. *Lob. Hiſt.* p. 256 c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 471.

Ic. *Engl. Bot. t.* 2. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 52. *Cluſ. l. c.*
Dill. l. c. t. 11. *Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
Vaill. l. c. t. 33. *f.* 4.
Moris. l. c. ſect. 3. *t.* 22. *f.* 4.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 4.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1. *n.* 51.

β. Spicis pluribus.

Veronica hybrida. *Schmidt. Bohem.* n. 8. *Krock. Sileſ.* n. 14. et reliquorum ſcriptorum Flor. Germ.

Germ. Aehrenblütiger Ehrenpreis.

In ſubalpinis, montoſis, apricis, collibus, pascuis editioribus.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix obliqua, teretiuſcula, ligneſcens, fibris plurimis aucta. Caules ſemipedales, pedales, baſi procumbentes, dein erecti, teretes, ſimplices. Folia oppoſita, oblonga, baſi attenuata, ſuperne obtuſa, ſubinde acutiuſcula, inaequaliter crenata, apice integerrima, craſſiuſcula, patentia, ſubcarinata, pallide viridia: radicalia et inferiora oblongo-obouata, in petiolum decurrentia, ſaepius ſpatulata. Racemus plerumque ſolitarius, erectus, floribus imbricatis, breuius pedicellatis, caeruleis. Bracteae lanceolatae, acutae, calice (inferioribus exceptis) breuiores. Calix quadripartitus, laciniis lanceolatis, obtuſiuſculis: duabus minoribus. Capſulae calicem aequantes, ſubrotundae, ſubcompreſſae, emarginatae. Superficies totius plantae, corolla excepta, plus minus pubeſcit.

β. Differt nonniſi ſpicis pluribus.

Variat in locis ſterilioribus caule humiliori et omnibus partibus minoribus.

KNIPHOFII *Ectyp.* citat. ſuperiorem cultae plantae partem refert.

2. VERONICA *hybrida*, foliis oppofitis crenatis cauleque pubefcentibus: radicalibus petiolatis ouatis; caulinis fubfeffilibus oblongis. *Schrad. Veron. Spic.* p. 22.

Veronica hybrida. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 55. *Smith. Britan.* 1. p. 16. *Willd. in Schrad. Diar. Bot.* 1799. 1. p. 388. — *Engl. Bot.*

Veronica fpicata cambrobritannica, Bugulae fubhirfuto folio. *Raj. Syn.* p. 278.

Veronica mas recta latifolia fpica caerulea. *Barrel. Ic.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 673. *Raj. l. c. t.* 11.
Willd. l. c. t. 3. *Barrel. l. c. t.* 682.

Germ. Baftard-Ehrenpreis.

In fubalpinis et montofis, imprimis locis afperis et collibus; fed rarius quam *fpicata* occurrit.

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Habitus praecedentis; at differt foliis inferioribus petiolatis, ouatis, nec, vt in *fpicata*, oblongo-obouatis, in petiolum decurrentibus. Folia caulina in praecedente oblonga et bafin verfus attenuata, in hac magis elliptico-oblonga apparent; fumma tamen fuperne paulo latiora obferuantur. Quibus characteribus adhuc addi poteft, quod fubinde omnes partes (etiam in humiliori planta) maiores, et folia latius ferrata occurrant. — Variat, vt in praecedente, pro foli diuerfitate, fpicarum numero et fuperficie plus minus pubescente.

Icon in *Engl. Bot.*, a Smithio l. c. data, optima. Willdenowii figura nonnifi fuperiorem plantae partem, cultura paululum mutatae, repraefentat.

3. VERONICA *media*, foliis oppofitis ternisue lanceolatis acutis ferratis cauleque pubefcenti-tomentofis, ferraturis approximatis inaequalibus. *Schrad. Veron. Spic.* p. 23.

Veronica longifolia. *Flor. Wetter.* n. 13. *Moench. Meth.* p. 433. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 7.

Ic. *Schrad. l. c. t.* 1. *f.* 2.

Germ. Mittler Ehrenpreis.

Ad ſepes, in pratis humidis Carnioliae (*Wulfen*), Wetterauiae prope Francofurtum ad Moenum (*G. M. S.*) et Gronau (*Moench*), Sileſiae (*Starke*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Media quaſi inter *V. argutam* et *auſtralem* (*Comm. ſup. Veron. Spic.* p. 22 et 24). A priori, cui altitudine et foliorum forma proxima, differt foliis inaequaliter ſerratis, ſerraturis approximatis; a poſteriori caule altiori, foliis exacte lanceolatis, nec ouato-lanceolatis, duplo longioribus, acutioribus. Ab vtraque diſtinguitur foliis ſaepe ternis (quod nunquam in illis locum habet) et apicem vsque ſerratis, nec apice integerrimis.

Superficies, imprimis ſuperioris caulis partis, magis vel minus pubeſcenti-tomentoſa; bracteae calicem plerumque aequant, ſubinde ſuperant; laciniae calicinae in aliis ouato-lanceolatae, acutae, capſula breuiores, in quibusdam lineari-lanceolatae, acutiores, capſulam aequantes. Culta planta variat inſuper pro ſoli diuerſitate et expoſitione, caule a bi- ad quadripedalem altitudinem adſcendente, foliis plus minus acuminatis, nec non foliorum ſubſtantia tenuiori et craſſiori.

4. VERONICA *longifolia*, foliis oppoſitis ternis quaternisue cordato-lanceolatis acuminatis duplicato-ſerratis cauleque pubeſcenti-tomentoſis. *Schrad. Veron. Spic.* p. 26.

α. Foliis oppoſitis.

Veronica longifolia. *Linn. Spec. Plant. ed.* 2. p. 13. *Ejusd. Suec. ed.* 2. n. 9. *Schmidt. Bohem.* n. 6. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 10.

Veronica maritima. *Hoffm. in Comm. Gotting.* 1800-1803. p. 118 (excl. ſynon.)

Veronica Schreberi. *Baumg. Lipſ.* n. 12.

Ic. *Schrad. l. c. t.* 2. *f.* 1. *Baumg. l. c. t.* 1. (ſuperiorem caulis partem referens.) *Hoffm. l. c. t.* 3.

β. Foliis ternis.

Veronica ciliaris. *Hoffm. in Comm. Gotting.* 1800-1803. p. 121.

Veronica elatior. *Ehrh. Plant. Hort. Propr.*

Veronica longifolia. *Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Veronica maritima. *Rebent. Neomarch.* n. 34. *Brückn. Neobrand.* n. 5. *Schmidt. Bohem.* n. 5. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 9. *Roth. Beytr.* 1. p. 6. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 6. et plurimor. fcriptorum Flor. German. — *Flor. Dan.*

Veronica fpuria. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 9. *Pollich. Palat.* n. 6. — *Hopp. Herb.*

Veronica mas furrecta elatior feu Lyfimachia fpicata caerulea. *Barrel. Ic.* (perperam a Linnaeo ad V. fpuriam relata.)

Veronica fpicata caerulea. *Moris. Hift.* 2.

Veronica fpicata recta, profunde ferrata, quam Lyfimachiam caeruleam quidam vocant. *I. Bauh. Hift.* 3. p 284. c. ic.

Veronica recta caerulea. *Befsl. Vern.*

Lyfimachia caeruleo flore. *Cluf. Hift.* p. LII. c. ic.

Lyfimachia caerulea hortenfis. *Lob. Hift.* p. 186. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 344.

Ic. *Hoffm. l. c. t.* 5.	*I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 374. mala.	*Befsl. l. c. O. V. t.* 10. *f.* 2.
Barrel. l. c. t. 891.	*Cluf. l. c.*
Moris. l. c. fect. 3. *t.* 22. *fig.* 1.	*Lob. Hift. et Ic. l. c.*
Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 4.	
Exf. *Ehrh. l. c.* n. 31.	*Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 52.

γ. Foliis quaternis.

Veronica quadrifolia. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 9.

Germ. Langblättriger Ehrenpreis.

Ad ripas fluuiorum, in pratis humidis, paluftribus Litoralis, Carnioliae circa Labacum, Auftriae (*Hoft*), Bauariae (*Schrank*, *Hoppe*), Franconiae pr. Swinefurtum (*Wolff*), Palatinatus (*Pollich*) — prope Francof. ad Moenum (*G. M. S.*), Gieffam (*Rupp*, *Dillenius*), Dulfeldorpium (*Delavigne*), Blankenburgum (*Sr.*), Helmftadium (*Cappel*) — Duc. Oldenburgenfis (*Roth*, *Trentepohl*) et Bremenfis (*Rohde*), Holfatiae (*Weber*) — prope Neobrandenburgum (*Brückner*), ad Havelam pr. Havelberg (*Ioachimi*) — Neomarchiae (*Rebentifch*) — pr. Berolinum (*Willdenow*), Francof. ad Viadrum (*Bergen*) — Saxoniae pr. Barby (*Scholler*), Wittebergam (*Schkuhr*), Halam

(*Leyſſer*), Lipſiam (*Schreber*), Torgaviam (*Löber*) — Luſatiae (*Oettel*), Sileſiae (*Mattuſchka*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix craſſa, fibris copioſis, tenacibus inſtructa. Caules ſesquipedales, bipedales, ſubinde paulo altiores, erecti, teretes, ſuperne plerumque in ramos floriferos diuiſi. Folia petiolata, deflexa, plana, tenuia, pallide viridia, oppoſita, (V. *longifolia* Herb. Linn.), terna, rarius quaterna, ex cordata baſi longe lanceolata, acuminata, duplicato-ſerrata, ſerraturis inaequalibus, acutis: infimis profundioribus; ſuperiora ouato-lanceolata, acuta, anguſtiora; ſumma alterna, minora. Racemi erecti, laxi. Flores caerulei, quandoque incarnati vel albi. Bracteae lineari-acuminatae, pedicello longiores. Laciniae calicinae quatuor, lanceolatae, acutae. Corollae laciniae nudae, ſubinde, vt in conſimilibus, pilis ſparſis ciliatae. Capſulae calicem aequantes, ſubrotundo-obcordatae vel ſubrotundo-ouatae, ſubcompreſſae, apice emarginatae. Superficies, imprimis caulis, petiolorum et pedunculorum pubeſcenti-tomentoſa. — Praeter foliorum numerum etiam latitudo in diuerſis diuerſa inuenitur; in omni vero varietate baſis plus minus cordata eſt, qua nota haud difficile a vera *maritima* Linn. (*V. longifolia* Hoffm. in *Comm. Gotting.* l. c. p. 120. t. 4.) in Germania non occurrente, dignoſcitur.

De reliquis ſynonymis, quae huc pertinent, videri poteſt *Comment. ſuper Veron. Spic.* l. c.

5. VERONICA *folioſa*, foliis ternis quaternisue ouatis vel ouato-lanceolatis ſubbiſerratis, ſerraturis inaequalibus. *Schrad. Veron. Spic.* p. 35.

Veronica folioſa. *Waldſt. et Kit. Plant. Hung.* 2. p. 206. Ic. *Waldſt. et Kit. l. c. t.* 102.

Germ. Vielblättriger Ehrenpreis.

In nemoroſis prope Halam Saxonum (*Kohl*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens, teres, albida, ſquamis concoloribus obtecta et fibris nonnullis per interualla aucta. Caules

ſeſquipedales, bipedales, erecti, ſaepius ſtricti, teretes, ſuperne in ramos floriferos diuiſi, vt folia et pedunculi magis vel minus pubeſcentes. Folia breviter petiolata, erecto-patentia, plana, craſſiuſcula, terna, ſubinde quaterna; ſubbiſerrata, ſerraturis inaequalibus, modo latioribus obtuſis (vt icon Fl. Hungar. eas repraeſentat), modo anguſtioribus acutioribusue: inferiora plerumque ouata; media ouato-lanceolata; ſumma ſenſim minora, magis ad lanceolatam formam accedentia. Racemi erecti, quandoque flexuoſi, elongati, laxi, floribus caeruleis aut violaceo-caeruleſcentibus. Bracteae lanceolatae, pedicellis floriferis duplo, fructiferis triplo fere minores. Calix quadrifidus, laciniis oblongo-ouatis, obtuſis: duabus paullo minoribus. Capſulae calice maiores, ſubrotundae, ſubcompreſſae, leniter emarginatae. — In culta planta, ab *Ehrharto* (*Plant. Exſ. Hort. Prop.* n. 21.) *nitida* dicta, caules altiores, rigidiores, folia plerumque quaterna et ſuperficies, imprimis foliorum, magis glabra.

Veronica ſpuria Linn., in Germania, quantum ſcio, adhuc non obſeruata, a *folioſa*, cui proxima, differt habitu tenuiori; foliis lanceolatis, acutioribus; ſerraturis ſimplicibus, aequalibus, remotioribus, minoribus; bracteis pedicellos aequantibus, nec duplo triplone minoribus. Cfr. *Comment. ſuper Veron. Spic.* p. 37.

6. VERONICA *ſerpyllifolia*, foliis oppoſitis ouatis ſubcrenatis, caule adſcendente.

α. Foliis ouatis.

Veronica ſerpyllifolia. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 64. *Smith. Britan.* 1. p. 19. *Schmidt. Bohem.* n. 19. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p 9. *Krock. Sileſ.* n. 18. *Pollich. Palat.* n. 9. *Crantz. Auſtr.* p. 342. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan.*

Veronica caule erecto, foliis ouatis, glabris, crenatis, petiolis ex alis vnifloris, breuiſſimis. *Hall. Helv.* n. 546.

Veronica minima repens. *Riv. Monop.*

Veronica pratenſis ſerpillifolio. *Moris. Hiſt.* 2.

Veronica foemina quibusdam. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 285. c ic.

Veronica minor ſerpillifolia. *Lob. Hiſt.* p. 250. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 472.

Veronica pratenſis. *Dodon. Hiſt.* p. 41. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1075. *Moris. l. c. ſect.* 3. *t.* 22. *f.* 8.
Curt. l. c. faſc. 5. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 492. *Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
Krock. l. c. t. 4. B. *Dodon. l. c.*
Riv. l. c.

β. Foliis ouato - ſubrotundis.

Veronica tenella. *Flor. Wetter.* n. 17.

Veronica ſerpyllifolia. *Roth. Germ. l. c.* β. *Web. Holſ.* n. 10. β.

Veronica *Hall. l. c.* β.

Veronica repens Nummulariae folio. *Dill. Gieſſ. App.* p. 67. (perperam in Spec. Plant. ſub V. tenella Allion. allata).

Germ. Quendelblättriger Ehrenpreis.

In pratis, agris, ſiluis ad foſſas.

Perennis. Flor. a vere vsque in autumnum.

Radix ſubrepens. Caules ſesquidigitales et vltra, procumbentes, inferne plerumque radicantes et ramoſi, apice adſcendentes, teretes, leuiter pubeſcentes. Folia oppoſita, breuiter petiolata, ex ouato plus minus ſubrotunda, in aliis obſolete in aliis euidentius crenata, ſubcarnoſa, glabra, lucida; ſuperiora remotiora, ſenſim minora. Pedicelli erecti, bracteis breuiores. Calicis laciniae oblongo - obouatae, glabriuſculae. Corolla caerulescens vel incarnato - albida, ſtriis ſaturatioribus. Capſula obcordata, ſubdidyma, compreſſa.

In locis humidis caules altiores, erectiores, magis glabri, et folia paulo longiora.

Veronica neglecta et *tenella.* Schmidt. *Bohem.* n. 20. et 21. vix ſpecie a *ſerpyllifolia* diſtingui merentur.

Veronica alpina, imprimis quoad foliorum formam, cum *ſerpyllifolia* conueniens, facile diſtinguitur foliis ſeſſilibus, floribus corymboſo - racemoſis, ſuperficie magis villoſa etc.

†† *caule fruticuloſo.*

7. VERONICA *fruticuloſa*, foliis ſuperioribus oblongis ſubſerratis, capſulis ſubrotundo - ouatis calicem vix ſuperantibus.

Veronica fruticulosa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 61. *Smith. Britan.* 1. p. 18. *Host. Austr.* p. 6. *Wulf. in Iacq. Collect.* 4. p. 229. (excl. syn. Clus.) — *Engl. Bot.*

Veronica frutescens. *Scop. Carn.* n. 20. (excl. Moris. syn.)

Veronica caulibus fruticosis, declinatis, foliis glabris ellipticis dentatis, floribus in summitate confertis petiolatis. *Hall. in Comm. Noric.* 1734. p. 243. *Ejusd. Helv.* n. 545. *s.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 1028. *Hall. l. c. t.* 16. *Wulf. l. c. t.* 5.

Germ. Stauden-Ehrenpreis.

In rupestribus alpium Carnioliae ad radices montium *in der Wochein* et *Gariutsche* (*Scopoli*) inque alpibus Zemae vallis Cillarae Princip. Salisburgensis (*Schrank*).

Fruticulus. Flor. Iunio, Iulio.

Radix obliqua, teres, ramosa, lignescens, fibris copiosis, longis firmata. Caules plures, fruticulosi, implexi, procumbentes, hinc inde ad genicula radicantes, teretes, ramosi, ramis annuis, erectis, simplicibus, spithamaeis, obsolete pubescentibus. Folia opposita, crassiuscula, pallide viridia, margine pubescentia, ceterum glabra: inferiora et ramorum sterilium minora, conferta, obouata, in petiolum breuem attenuata, obtusa, subconcaua, margine plerumque integerrima; superiora maiora, remotiora, sessilia, elliptica vel oblonga, obtusiuscula, rarius oblongo-lanceolata (vt icon in *Engl. Bot.* data ea exhibet), versus medium leuiter serrata, subcarinata. Racemus terminalis, multiflorus, post anthesin elongatus, floribus (exceptis tamen saepe duobus inferioribus) alternis, nec, vt in sequente, oppositis. Pedicelli floriferi bracteam aequantes, fructiferi paulo superantes. Calix, aeque ac pedicelli, pube breui adspersus, quadripartitus, laciniis subaequalibus, oblongo-obouatis. Corolla incarnata, venis purpureis variegata. Capsula calice vix longior, subrotundo-ouata, pubescens, apice compressa.

Hanc cum sequente VV. Cl. SCHRANK (*Primit. Flor. Salisb.* p. 19.) et BRAUNE (*Salisb.* 1. p. 12. 13.) confundunt. Illorum *fruticulosa* ad *saxatilem*, *frutescens* vero ad nostram *fruticulosam* potius pertinere videtur.

*** corymboſo - racemoſi.*

r caule fruticuloſo.

8. VERONICA *ſaxatilis*, foliis ſuperioribus oblongo-obouatis ſubſerratis, capſulis ouatis calice maioribus.

Veronica ſaxatilis. *Linn. Suppl.* p. 83. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 62. (excl. var. β. et γ.) *Hoſt. Auſtr.* p. 7. *Wulf. in Iacq. Collect.* 3. p. 25. (excl. ſyn. Hall. et Scop. n. 20.) *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 284. c. ic.

Veronica fruticuloſa. *Schreckenſt. in Hopp. Taſchenb.* 1798. p. 84. (quoad ſpecimen a Dr. Petif miſſum). — *Flor. Dan.*

Veronica caulibus fruticoſis, declinatis, foliis glabris ellipticis dentatis, floribus in ſummitate confertis petiolatis. *Hall. Helv.* n. 545 β.

Veronica alpina fruteſcens. *Moris. Hiſt.* 2.

Veronica tertia fruticans. *Cluſ. Hiſt.* p. 347. c. ic.

Veronica minor alpina ſerpilli folio. *Pon. Bald.* p. CCCXXXVII. c. ic.

Ic. *Flor. Dan. t.* 342. — *I. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 3. *t.* 22. *fig.* 5. — *Cluſ. l. c.*
Pon. l. c.

Germ. Stein - Ehrenpreis.

In rupeſtribus ſaxoſisque alpium Circuli Auſtriaci (*Scopoli*, *Iacquin*, *Wulfen*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenſis, Bavariae (*Schrank*) — in montoſis Sueuiae (*Schreckenſtein*) inque Sudetis (*Blottner*).

Fruticulus. Flor. Iunio, Iulio.

Habitus *V. fruticuloſae*, at multis notis diuerſa. Caules magis diffuſi, ramis minoribus, adſcendentibus. Folia etiam medium verſus ſubſerrata, ſed minora, planiuscula et laete viridia: inferioribus quidem, vt in praecedente, obouatis; ſuperioribus vero oblongo-obouatis et obtuſis. Corymbus pauciflorus, (floribus 5 - 7 circiter), poſt antheſin in racemum breuem productus. Pedicelli oppoſiti, bracteis, praeſertim inferioribus, duplo triploue longiores. Laciniae calicinae paulo obtuſiores. Corollae maiores, ſemper caeruleae. Capſulae exacte ouatae, nec ſubrotundo-ouatae, et calicem excedentes, neque calicem ſubaequantes. — Vtraque planta ſaepe inuicem creſcit, ſed notandum, *fruticuloſam* nonniſi in ſummis alpi-

bus prouenire, *ſaxatilem* vero haud raro in ſubalpina deſcendere. Illa quoque (ſaltem in Horto botanico Gottingenſi, vbi iam per plures annos eodem ſolo coluntur) ſerius, haec praecocius floret.

Veron. ſaxatilis SMITH. l. c. eſt procul dubio eadem planta cum Veronica hic deſcripta; icon vero in *Engl. Bot.* (t. 1027.) data, non conuenit ob folia caulina ſuperiora ouata, quae in omnibus, quotquot vidi, ſpeciminibus, magis vel minus ex oblongo obouata ſunt.

Veron. Nummularia GOUAN. non eſt huius varietas, ſed diſtincta ſpecies, vt apparet ex ſpeciminibus ſiccis a Cl. FLÜGGIO mecum communicatis. *Ver. pygmaea* SCHRANK., quam etiam huius varietatem facit Cl. WILLDENOW (*Spec. Plant.* l. c.), ad *alpinam* pertinet.

†† *caule herbaceo.*

9. VERONICA *alpina*, foliis elliptico-ouatis integerrimis ſerratisue, capſulis obouatis, caulibus ceſpitoſis.

Veronica alpina. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 15. *Ejusd. Lapp.* ed. 2. n. 7. *Smith. Britan.* 1. p. 18. *Haenk. in Iacq. Collect.* 2. p. 48. *Scop. Carn.* n. 19.

α. Foliis elliptico-ouatis acutiuſculis integerrimis.

Veronica alpina. *Flor. Dan.* t. 16.

β. Foliis elliptico-ouatis acutiuſculis ſerratis.

Veronica alpina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 63. *Braun. Salisb.* n. 11. *Schrank. Salisb.* n. 16. *Ejusd. Bavar.* n. 9.

Veronica pumila. *Allion. Spec.* p. 19. *Ejusd. Pedem.* n. 270.

Ic. *Flor. Lapp. l. c. t.* 9. *f.* 4. *Allion. Pedem. l. c. t.* 22. *f.* 5. *Allion. Spec. l. c. t.* 13. *f.* 3.

γ. Foliis elliptico-ouatis obtuſis ſubintegerrimis.

Veronica alpina. *Engl. Bot.*

Veronica caule ſimplici, foliis ouatis glabris, ſubſerratis, ſpica pauciflora. *Hall. Helv.* n. 544.

Ic. *Engl. Bot. t.* 484. *Hall. l. c. t.* 15. *f.* 2.

δ. Foliis elliptico-ouatis obtuſis integerrimis.

Veronica integrifolia. *Schrank. Salisb.* n. 10. *Braun. Salisb.* n. 12. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 63. — *Hopp. Plant. Alp.*

Veronica alpina. *Krock. Silef.* n. 28.

Ic. *Krock. l. c. t.* 3.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

ε. Foliis fubintegerrimis: inferioribus fubrotundis; fuperioribus ouatis.

ζ. Foliis ferratis: inferioribus ouato-fubrotundis; fuperioribus ouatis. (Secundum fpecimina a Cl. Braune mecum communicata.)

Veronica rotundifolia. *Schrank. Salisb.* n. 13. *Braun. Salisb.* n. 15.

Ic. *Schrank. l. c. t.* 1. *f.* 2. / *Braun. l. c. t.* 2. } icon vtraque plantam duplo vel triplo maiorem et naturae minus conuenientem refert.

Germ. Alpen-Ehrenpreis.

α-δ vbique in faxofis et rupeftribus alpium inque Sudetis, ε et ζ in fummis alpibus Zemae Princip. Salisburgenfis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix oblique horizontalis, ramofa, lignefcens, fibris plurimis obfeffa. Caules digitales, fefquidigitales, adfcendentes, teretes, fimplices aut bafi ramofi, vt reliquae partes, imprimis pedicelli et calices, pilis albis, articulatis villofi. Folia (exceptis radicalibus) feffilia, tenuiora quam duarum praecedentium, laete viridia, per aetatem glabra, vel tantum ad oras pilis fparfis obfeffa; forma et margine admodum varia, inferiora et media tamen ex elliptico plus minus ouata et obtufa, fuperiora fenfim minora et acutiora. Corymbus paruus, e floribus circiter octo aut decem, exiguis, caerulefcentibus, fenefcendo in racemum breuem elongatis. Bracteae oblongo-obouatae, pedicello paulo longiores. Calix quadripartitus, laciniis oblongis, inaequalibus. Capfula obouata, emarginata, fubcompreffa, ftilo perfiftente terminata. — Siccitate tota nigrefcit.

Folia omnia plerumque oppofita, fumma tamen fubinde in plantis, digitalem altitudinem fuperantibus, alterna reperiuntur.

Veronica pygmaea Schrank. *Salisb.* n. 11. f. 1. huius fola eft varietas, e loco natali orta, cui caulis humilior, folia confertiora et flores pauciores.

10. VERONICA *bellidioides*, foliis caulinis remotis capſulisque obouatis, caule ſimpliciſſimo.

Veronica bellidioides. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 60. *Schrank. Salisb.* n. 6. *Haenk. Sudet.* p. 116. *Wulf. in Iacq. Collect.* 3. p. 23. *Krock. Sileſ.* n. 17 *Mattuſ. Sileſ.* n. 11. *Scop. Ann.* 2. p. 42. — *Hopp. Plant. Alp.*

Veronica caule ſimplici paucifloro, foliis ſcabris, ouatis, ſerratis, ſpica pauciflora. *Hall. Helv.* n. 543.

Ic. *Hall. l. c. t.* 15. *f.* 1. *Krock. l. c. t.* 2. A.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Maſsliebenblättriger Ehrenpreis.

In alpibus Carinthiae (*Wulfen*), Styriae ſuperioris, Tyrolis (*Scopoli*, *Hoſt*), Princip. Salisburgenſis (*Schrank*) — in Sudetis (*Mattuſchka*, *Haenke*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Tota planta, excepta corolla, pilis articulatis pubeſcit. Radix obliqua, teres, ligneſcens, fuſca, fibris copioſis, concoloribus aucta. Caulis adſcendens, ſimpliciſſimus, teres, firmus, aetate ſubligneſcens, pro longitudine duobus vel tribus foliorum paribus per interualla interſtinctus. Folia omnia oppoſita, craſſiuſcula, a medio ad apicem crenulata: radicalia conferta, maiora, oblongo-obouata, in petiolum breuem decurrentia; caulina exacte obouata, ſemiamplexicaulia, minora. Flores nonniſi prima aetate corymboſi, dein racemoſi, pedicellis breuibus, erectis, bractea paulo minoribus. Calix quadripartitus, laciniis ſubaequalibus, oblongo-obouatis. Corolla ſaturate caerulea, fauce alba. Capſulae obouatae, leuiter emarginatae, tumidiuſculae, apicem verſus nonnihil compreſſae.

Variat caule a digitali ad ſpithamae altitudinem adſcendente.

*** *corymboſi.*

11. VERONICA *aphylla*, caule nudo.

Veronica aphylla. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 60. *Schrank. Salisb.* n. 12. *Ejusd. Bavar.* n. 14. *Schmidt. Bohem.* n. 13. *Wulf. in Iacq. Coll.* 3. p. 28. *Crantz. Auſtr.* p. 336. *Scop. Carn.* n. 8.

Veronica caule nudo, foliis ouatis, ferratis, racemo pauci- floro. *Hall. Helv.* n. 541.

Veronica parua faxatilis, cauliculis nudis. *Seguier. Veron.* 1. p. 241.

Veronica faxatilis parua caulibus nudis. *Pluk. Phyt.*

Veronica alpina pumila, caule aphyllo. *Bocc. Muf.*

Teucrium minimum. *Cluf. Hift.* p. 350.

Ic. *Seguier. l. c. t.* 3. *f.* 2. *Bocc. l. c. t.* 1. *et* 9. *Pluk. l. c. t.* 114. *f.* 3.

Germ. Blattlofer Ehrenpreis.

In fummis alpium iugis Circuli Auftriaci et Bavarici.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguftum.

Radix tenuis, multiceps, foliorum cefpites emittit, e quorum medio exfurgunt caules plerumque fo- litarii, adfcendentes, graciles, teretes, nudi, ab vncia ad fefquiunciam longi. Folia rofularum, oppofita, obouata, in petiolum breuem attenuata, modo obfolete, modo euidentius crenata, vtrinque, vt reliquae partes, pilis articulatis villofa. Corym- bus paruus, e floribus 2-4, maiusculis, caeruleis aut caerulefcentibus. Pedicelli tenerrimi, bractea lon- giores. Calix quadripartitus, laciniis fubaequalibus, oblongo-obouatis. Capfula pro ratione magna, obo- vata, emarginata, apicem verfus compreffa.

Varietatem caule ad dimidium foliofo, in Helvetiae alpibus lectam, mifit Cl. SCHLEICHER.

†† *Flores axillares.*

* *pedunculi elongati f. flores racemofi.*

12. VERONICA *fcutellata*, foliis lineari-lanceola- tis denticulatis, calicibus quadripartitis, caule ere- ctiusculo.

α. Foliis lineari-lanceolatis.

Veronica fcutellata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 65. *Smith. Britan.* 1. p. 21. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 12. *Pollich. Palat.* n. 12. *Leers. Herborn.* n. 11. *Crantz Auftr.* p. 343. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Kniph. Origin. ed. Tramp. Hopp. Herb.*

Veronica foliis lineari-lanceolatis, racemis ex alis pauci- floris. *Hall. Helv.* n. 532.

Anagallis aquatica angustifolia. *I. Bauh. Hist.* 3. p. 780. c. ic.
Anagallis aquatica quarta. *Lob. Ic.* 1. p. 467.

Ic. *Engl. Bot. t.* 782. *I. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. fasc. 56. *Lob. l. c.*
Flor. Dan. t. 209.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 10.
Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 1.

β. Foliis ouato - lanceolatis.
Veronica scutellata. *Web. Hols.* n. 13. variet.

Germ. Schildsaamiger Ehrenpreis.

In fossis, humidis, vliginosis, paludosis.

Perennis. Flor. Iulio, Augusto.

Radix oblique vel horizontaliter repens, teres, demissis secundum omnem longitudinem fibris copiosis, capillaceis. Caulis pedalis circiter, ex procumbente erectus, debilis, teres, glaber, inferiori parte ramosus. Folia opposita, sessilia, linearia aut lineari - lanceolata, subinde ouato - lanceolata, acuta, remote denticulata, rarius integerrima, subcarnosa, glabra. Racemi axillares, alterni, rarius oppositi, laxi: inferioribus folia superantibus; superioribus plerumque minoribus. Pedicelli flexuosi, filiformes, bractea duplo longiores: floriferi patentes; fructiferi retrofracti. Flores parui, caerulescentes, venis saturatioribus picti. Calix quadripartitus, laciniis subaequalibus, acutiusculis. Capsula subdidyma, glabra.

13. VERONICA *Anagallis*, foliis lanceolatis serratis, calicibus quadripartitis, caule erecto.

Veronica Anagallis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 65. *Smith. Britan.* 1. p. 20. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 11. *Pollich. Palat.* n. 11. *Crantz. Austr.* p. 342. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Hopp. Herb.*

Veronica foliis lanceolatis, serratis glabris, ex alis racemosa. *Hall. Helv.* n. 535.

Anagallis aquatica flore caeruleo, folio oblongo maior. *I. Bauh. Hist.* 3. p. 780. c. ic.

Berula maior. *Tabern. Kräuterb.* p. 1094. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 781. *I. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. fasc. 56. *Tabern. l. c.*
Flor. Dan. t. 903.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. n. 1.

Germ. Waſſer-Ehrenpreis.

In foſſis, riuulis, fluuiis.

Perennis. Flor. a Iunio ad Septembrem.

Radix repens, teres, fibris plurimis aucta. Caulis erectus, ſubtetragonus, glaber, ſimplex aut ramoſus, ramis oppoſitis, conformibus. Folia oppoſita, ſeſſilia, lanceolata vel ouato-lanceolata, acuta, plus minus ſerrata, ſubcarnoſa, glaberrima. Racemi axillares, oppoſiti, ſolitarii, quandoque binati, adſcendentes, longiſſimi, multiflori. Flores dilute caerulei, venis ſaturatioribus. Pedicelli filiformes, pilis brevibus inſperſi, longitudine bractearum vel paulo longiores. Calix quadripartitus, laciniis ſubaequalibus, ouato-lanceolatis, acutis. Capſulae ſubrotundae, emarginatae, apice compreſſae. — Variat floribus albis.

Quo profundior aqua eſt, in qua creſcit, eo altior eſt caulis eoque maiores ſunt reliquae partes.

Veronica tenerrima Schmidt. *Bohem.* n. 23. ſecundum *Willdenowium* (*Spec. Pl.* l. c.) huius ſola varietas eſt foliis magis ouatis.

14. VERONICA *Beccabunga*, foliis ellipticis obtuſis ſerrulatis, calicibus quadripartitis, caule inferne radicante.

Veronica Beccabunga. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 64. *Smith. Britan.* 1. p. 20. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 10. *Pollich. Palat.* n. 10. *Crantz. Auſtr.* p. 341. — *Engl. Bot. Plenk. Ic. Med. Curt. Lond. Flor. Dan. Schleich. Plant. Rar.*

Veronica foliis ouatis, ſerratis, glabris, ex alis racemoſa. *Hall. Helv.* n. 534.

Anagallis aquatica. *Blackw. Herb.*

Beccabunga. *Riv. Monop.*

Anagallis aquatica. *Lob. Hiſt.* p. 243. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 466.

Sium. *Fuchs. Hiſt.* p. 725. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 655. *Blackw. l. c. t.* 48. *f.* 1.
Plenk. l. c. t. 14. *Riv. l. c.*
Curt. l. c. faſc 15. *Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
Flor. Dan. t. 511. *Fuchs. l. c.*

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 2. n. 1.

Germ. Quellen-Ehrenpreis, (*Bachbungen*).

Ad ſcaturigines, foſſas, in riuulis, aquis ſtagnantibus vulgaris.

Perennis. Flor. aeſtate.

Tota planta glaberrima, ſubcarnoſa. Caulis pedalis, ſeſquipedalis, baſi procumbens et ad genicula hinc inde radicans, a medio apicem verſus erectus, teres, ſaepius ramoſus. Folia oppoſita, breuiter petiolata, elliptica, rarius ouata, obtuſa, obſolete ſerrata, laete viridia. Racemi erecti, floribus caeruleis aut caeruleſcentibus. Pedicelli glabri, bractea plerumque longiores. Laciniae calicinae obtuſiuſculae. Reliqua praecedentis.

In foſſis exſiccatis et locis minus aquoſis omnes partes minores et caules toti fere procumbentes.

15. VERONICA *officinalis*, foliis obouatis vel obouato-ſubrotundis ſerratis, calicibus quadripartitis, caule inferne radicante.

α. Foliis ouatis vel obouatis pubeſcentibus.

Veronica officinalis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p 59. *Smith. Britan.* 1. p. 16. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 9. *Schkuhr. Handb.* 1. p 10. *Pollich. Palat.* n. 8. *Scop. Carn.* n. 21. — *Engl. Bot. Plenk. Ic. Med. Curt. Lond. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc.*

Veronica officinarum. *Crantz. Auſtr.* p. 336.

Veronica caule decumbente, foliis ſcabris, petiolatis, ouatis, ex alis racemoſa. *Hall. Helv.* n. 540.

Veronica mas. *Blackw. Herb.*

Veronica vulgatior folio rotundiore. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 284. c. ic

Veronica. *Tabern. Kräuterb.* p. 772. c. ic. *Riv. Monop.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 765. *Blackw. l. c. t.* 143.
Plenk. l. c. t. 12. *Riv. l. c.*
Curt. l. c. fasc. 33. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 248. *Tabern. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 3.

Exf. *Dicks. l. c. fasc.* 3. n. 13.

β. Foliis obouato - fubrotundis pubefcentibus.
Veronica Tournefortii. *Schmidt. Bohem.* n. 12.

γ. Foliis obouatis vel obouato - fubrotundis glabriufculis.
Veronica Allionii. *Schmidt. Bohem.* n. 11. (excl. fyn.)
Veronica officinalis. *Moench. Meth.* p. 434. β. (excl. fyn.)

Germ. Aechter Ehrenpreis.

In nemorofis, pafcuis et pratis ficcis, imprimis folo arenofo; β. et γ. in montanis et fubalpinis.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguftum.

Radix repens. Caules femipedales, pedales, rigidi, procumbentes, ad genicula terrae vicina radicantes, apicem verfus adfcendentes, teretes, vt reliquae partes, villo breui confiti. Folia oppofita, in petiolum breuem attenuata, plerumque obouata, rarius ouata vel obouato - fubrotunda, ferrata, craffiufcula, pallide viridia. in α. et β. fcabriufcula, in γ. magis glabra. Racemi oppofiti vel alterni, adfcendentes. Flores breuius pedicellati, quam in affinibus fpeciebus. Bracteae lineares, pedicellis longiores. Calix quadripartitus, laciniis ouato - lanceolatis, acutiufculis: duabus paulo minoribus. Corolla pallide caerulea, venis faturatioribus picta. Capfula obcordata, compreffa.

Flores fubinde pleni. Cfr. Reich. *Moeno - Francof.* n. 7. β. — Varietatem omnibus partibus triplo minorem et racemo vnico inftructam mifit Cl. Günther.

Veronica Allionii Villars. a var. γ. diuerfiffima, nec vllibi in Germania adhuc reperta.

16. VERONICA *montana*, foliis petiolatis cordato-ouatis ferratis, calicibus quadripartitis.

Veronica montana. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 68. *Smith. Britan.* 1. p. 21. *Schmidt. Bohem.* 29. *Roth. Germ.*

T. 2. P. 1. p. 15. *Pollich. Palat.* n. 14. *Leers. Herborn.* n. 13. *Jacq. Auſtr.* 2. p. 6. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Curt. Lond.*

Veronica ſubbiſcutata. *Crantz. Auſtr.* p. 343.

Veronica caule procumbente, foliis hirſutis, cordatis, retuſis, racemis paucifloris. *Hall. Helv.* n. 539.

Veronica procumbens, biſcutata hederae folio. *Moris. Hiſt.* 2.

Alyſſum Dioſcoridis montanum. *Colum. Ecphr.* 1. p. 286.

Ic. *Engl. Bot. t.* 766. *Jacq. l. c. t.* 109.
Flor. Dan. t. 1201. *Moris. l. c. ſect.* 3. *t.* 23. *f.* 15.
Curt. l. c. faſc. 37. *Colum. l. c. t.* 288.

Germ. Berg-Ehrenpreis.

In ſiluis et nemoroſis humidis, tam ſubalpinis quam montanis.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix repens, vnicum aut plures caules emittens. Caules ſemipedales, pedales, debiles, procumbentes, et ex geniculis terrae immerſis radices agentes, apicem verſus adſcendentes, teretes, villoſi, ſimplices. Folia oppoſita, petiolata, cordato-ouata, obtuſe et inaequaliter ſerrata, rugoſa, ſubuilloſa, facie viridia, dorſo plerumque cum petiolis et inferiori caulis parte plus minus purpuraſcentia; inferiora et ſumma minora, obtuſiora. Racemi filiformes, laxi, pauciflori, oppoſiti: inferioribus ſaepe ſolitariis. Flores aquoſe caerulei, venis purpuraſcentibus. Pedicelli bractea multo longiores. Calix cum bracteis et pedicellis pubeſcens, quadripartitus, laciniis oblongo-obouatis: duabus anguſtioribus et paulo minoribus. Capſula magna, orbiculato-didyma, compreſſa, ciliata.

Variat caulibus ramoſis.

17. VERONICA *Chamaedrys*, foliis ſeſſilibus inciſo-ſerratis: ſummis cordato-ouatis, calicibus quadripartitis, caule bifariam piloſo.

Veronica Chamaedrys. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 69. *Smith. Britan.* 1. p. 22. *Schmidt. Bohem.* n. 30. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 16. *Pollich. Palat.* n. 16. *Leers. Herborn.* n. 14. *Crantz. Auſtr.* p. 346. — *Mart. Flor. Ruſſ. Curt. Lond. Flor. Dan. Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Veronica foliis cordatis fubrotundis, hirfutis, neruofis, ex alis racemofa. *Hall. Helv.* n. 536.

Veronica pratenfis latifolia. *Riv. Monop.*

Veronica minor rotundifolia. *Moris. Hift.* 2.

Chamaedrys fpuria latifolia. *I. Bauh. Hift.* 3. p. 286. c. ic.

Chamaedrys quorundam fylueftris. *Clus. Hift.* p. 352. c. ic.

Teucrium tertium minus. *Tabern. Kräuterb.* p. 771. c. ic.

Teucrium pratenfe officinarum. *Lob. Hift.* p. 259. c. ic.

Teucrium pratenfe et Teucrium fpurium Chamaedryoides. *Lob. Ic.* 1. p. 490.

Ic. *Mart. l. c. t.* 66.
Curt. l. c. fafc. 4.
Flor. Dan. t. 448.
Riv. l. c.
Moris. l. c. fect. 3. *t.* 23.
I. Bauh. l. c.
Clus. l. c.
Tabern. l. c.
Lob. Ic. et Hift. l. c.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 11.

Germ. Wald-Ehrenpreis.

In pratis, pafcuis, pomariis, nemorofis et ad fepes vulgaris.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix repens. Caules pedales circiter, ex procumbente erecti, teretes, fimplices, linea vtrinque pilofa. Folia oppofita, incifo-ferrata, rugofa, vt pedunculi bracteae et calices, pilis albis mollibus villofa: inferiora ouata, fuperiora cordato-ouata; omnia feffilia, exceptis infimis, quae breuius petiolata, ouato-fubrotunda ac minora. Racemi in alis fuperioribus oppofiti, erecti, multiflori. Flores fpeciofi, laete caerulei, fubinde carnei aut albi. Bracteae lanceolatae, pedicello vix longiores. Calix quadripartitus, laciniis duabus minoribus. Capfula parua, obcordata, compreffa.

Huic proxima videtur *V. pilofa Spec. Plant.* 1. p. 66., planta adhuc dubia et a me non vifa.

18. VERONICA *vrticaefolia*, foliis feffilibus cordato-ouatis acutis ferratis, calicibus quadripartitis, caule ftricto.

Veronica vrticaefolia. *Jacq. Auſtr.* 1. p 37. *Linn. Suppl.* p 83. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 70. *Schrank. Salisb.* n. 8. *Ejusd. Bavar.* n. 24. *Ejusd. Berchtesg.* n. 10. — *Hopp. Plant. Alp.*

Veronica foliis hirſutis, neruoſis, ſeſſilibus, cordatis, lanceolatis, ſerratis, floribus racemoſis, longe petiolatis. *Hall. Helv.* n. 535.

Veronica pratenſis omnium maxima. *Buxb. Cent.* 1. p. 23?

Veronica magna foliis quercus. *Moris. Hiſt.* 2.

Veronica maxima. *Dalech. Hiſt.* p. 1165. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c.* t. 59. *Moris. l. c. ſect.* 3. *t.* 23. *f.* 18. *Buxb. l. c. t.* 34? *Dalech. l. c.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2.

Germ. Brenneſſelblättriger Ehrenpreis.

In ſiluis et nemoroſis montanis et ſubalpinis Circuli Auſtriaci (*Jacquin, Wulfen, Hoſt*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenſis, Bavariae (*Schrank*) — in pratis montoſis Bohemiae verſus Bavariam (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix craſſa,ligneſcens, plurimis fibris capillata. Caules pedales, ſesquipedales et ſubinde altiores, erecti, ſtricti, teretes, ſimpliciſſimi. Folia oppoſita, ſeſſilia, ouata vel cordato-ouata, acute ſerrata, rugoſa, vtrinque pilis breuibus obſeſſa: inferiora minora, obtuſa; media maiora, acuta; ſumma iterum minora, ſed anguſtiora. Racemi ex alis ſuperioribus, oppoſiti, longi, tenues, ſtricte patentes. Pedicelli bractea multo longiores, pubeſcentes. Calix quadripartitus, laciniis duabus paulo minoribus. Corolla pube tenuiſſima adſperſa, caerulei, caeruleſcentis et ſubinde carnei coloris. Capſula ſubrotunda, compreſſa, emarginata.

19. V. VERONICA *latifolia*, foliis ſeſſilibus ſubcordato-ouatis obtuſis ſerratis, calicibus quinquepartitis, caule adſcendente.

α. Maior.

Veronica latifolia. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 71. *Ait. Kew.* 1. p. 24. et plurium auctorum Flor. Germ.

Veronica Teucrium. *Pollich. Palat.* n. 13. et nonnullorum auctor. Flor. Germ. — *Hopp. Herb.*

Veronica pseudochamaedrys. *Jacq. Austr.* 1. p. 37.

Veronica maior frutescens seu Chamaedrys spuria latifolia. *Weinm. Phytathoz.*

Teucrium quartum. *Clus. Hist.* p. 349. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 60. *Clus. l. c.*
Weinm. l. c. t. 1005. *a.*

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 76.

β. Minor.

Veronica Teucrium. *Linn. Spec. Plant. ed.* 2. T. 1. p. 16. (excl. syn. Clus. aliorumque.)

Veronica montana. *Riv. Monop.* t. 95. } quoad
Chamaedrys vulgaris mas. *I. Bauh. Hist.* 3. p. 871. c. ic. } icones.

Germ. Breitblättriger Ehrenpreis.

Ad margines siluarum, in fruticetis, sepibus, pratis; β. in locis siccioribus.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix ramosa, fibris plurimis aucta. Caules sesquipedales, adscendentes, saepius flexuosi, teretes, pilis breuibus crispatis pubescentes; in fruticetis altiores et magis erecti. Folia opposita, sessilia, subcordato-ouata, obtusa, serrata, serraturis approximatis inaequalibus et obtusis, subinde inciso-serrata, rugosa, vtrinque, imprimis dorso, pilis breuibus inspersa; inferiora et ramorum sterilium paulo minora et plerumque ouata. Racemi ex alis superioribus oppositi, longi, erecti, dense floriferi. Flores speciosi, caerulei. Bracteae lineari-lanceolatae cum pedicellis pubescentes. Pedicelli inferiores bractea minores, superiores paulo maiores. Calix quinquepartitus, laciniis lineari-lanceolatis, inaequalibus: duabus paulo minoribus; quinta minima. Capsulae obcordatae, compressae.

β. rarius occurrens, ob solum, cui innascitur, caule humiliori et foliis minoribus, magis ouatis instructa. Primo aspectu haec varietas ab α., praecipue illa, quae folia magna et inciso-serrata habet, diuersa videtur, sed plures intermediae vnam ab altera disiungi vetant.

Collatis ſynonymis a *Linnaeo* ad *V. latifoliam* et *Teucrium* relatis, vix vllum dubium mihi ſupereſſe videtur, *Linnaeum* ſub varietate noſtra maiori *Ver. latifoliam*, ſub minori *V. Teucrium* intellexiſſe; quod adhuc reſpectu *V. latifoliae* magis probabile fit eo, quod in herbario *Jacquini* fil., vt Cl. *Schott* mihi per litteras mandauit, ſpecimen huius plantae aſſeruatur, cui *Linnaeus* manu propria notam adſcripſit: *Veronicam pſeudochamaedryn Jacq.* eandem eſſe cum ſua *latifolia.* Qua de re *Ver. vrticaefolia Jacq.*, *latifolia Linn.*, vt Cl. *Rothius* nuper (*N. Beytr.* p. 66-77.) aſſeruare conatus eſt, eſſe nequit; praeſertim quum ipſe *Linnaeus*, quocum *Jacquinus Veron. ſuam vrticaefoliam* communicauerat, expreſſis verbis declarauerit: "*hanc plantam inter ſuas Veronicas non reperiri.*" Conf. *Jacq. Flor. Auſtr.* 1. p. 37.

20. VERONICA *dentata*, foliis ouatis- vel oblongo-lanceolatis acutiuſculis remote ſerratis, calicibus quinquepartitis, caule adſcendente.

Veronica dentata. *Schmidt. Bohem.* p. 20.

Veronica Teucrium. *Hoſt. Auſtr.* p. 8. (excl. Linn. ſyn.) — fide ſpecim. a Cl. Hoſtio miſſi.

Veronica Teucrii facie. *Park. Theatr.* p. 551. c. ic.

Teucrii quarti tertia ſpecies. *Cluſ. Hiſt.* p. 349. c. ic.

Chamaedrys ſupina facie Teucrii pratenſis. *Lob. Ic.* 1. p. 473.

Ic. *Park. l. c.* *Lob. l. c.*
Cluſ. l. c.

Germ. Gezähnter Ehrenpreis.

In collibus aſperis, gramineis pratisque ſiccioribus Bohemiae (*Schmidt*), Auſtriae (*Cluſius*, *Hoſt*) et rarius prope Ienam (*Flügge*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Praecedenti, et quidem varietati *β.*, proxima; differt vero habitu paulo minori et inprimis foliis, quae ouato-lanceolata obtuſiuſcula, plerumque tamen oblongo-lanceolata, acutiora et ſerraturis paulo remo-

tioribus ac acutioribus praedita funt. Folia infuper plana, nec rugofa apparent. Reliqua omnia conveniunt. — Pro vario folo variat etiam, vt *latifolia*, caulibus plus minus procumbentibus, fubramofis, et pube nunc tenuiori nunc denfiori veftitis.

31. VERONICA *proftrata*, foliis feffilibus oblongis obtufis ferratis, calicibus quinquepartitis, caule florifero adfcendente.

Veronica proftrata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 67. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 69. *Ejusd. Germ.* T 2. P. 1. p. 14. *Hoft. Auftr.* p. 8. *Schmidt. Bohem.* n. 28 *Moench. Haff.* n. 11. *Pollich. Palat.* n. 11. — *Ehrh. Herb.*

Veronica foliis imis ellipticis dendatis, fupremis linearibus, ex alis racemofa. *Hall. Helv.* n. 538.

Veronica minor anguftifolia. *Moris. Hift.* 2.

Chamaedrys fpuria minor anguftifolia. *I. Bauh. Hift.* 3. p. 287. c. ic.

Teucrium quintum. *Clus. Hift.* p. 350. c. ic.

Ic. *Moench. l. c. t.* 1. *I. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. fect. 3. *t.* 23. *Clus. l. c.*
f. 16. *mala.*

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 71.

Germ. Geftreckter Ehrenpreis.

In collibus, locis apricis, ficcis, imprimis folo arenofo.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

In multis cum duabus praecedentibus conuenit, fed certe diftincta fpecies. A *latifolia* differt caulibus (etiam folo fertiliori) procumbentibus et nonnifi fub anthefi adfcendentibus, rigidioribus ac pube denfiori canefcente, aeque ac reliquae partes, obfeffis. Folia craffiufcula, oblonga: inferiora oblongo-obouata, breuiter petiolata, quum contra in *latifolia* folia tam inferiora quam fuperiora e bafi latiori attenuantur. A *dentata* eft diuerfa foliorum forma et ferraturis magis approximatis. Ab vtraque diftinguitur omnium partium habitu minori. — Calicem femper ac in *latifolia* et *dentata* inueni, nunquam vero vt MOENCHIUS eum delineari curauit.

11. VERONICA *austriaca*, foliis sessilibus pinnatifidis bipinnatifidisue, calicibus quinquepartitis, caule erectiusculo.

Veronica austriaca. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 70. *Host. Austr.* p. 9. *Schrank. Bavar.* n. 22.

Veronica multifida. *Scop. Carn.* n. 15. *Schmidt. Bohem.* n. 32.

Veronica austriaca et multifida. *Jacq. Austr.* 4. p. 16.

Veronica tenuissime laciniata. *Moris. Hist.* 2.

Chamaedrys spuria tenuissime laciniata. *I. Bauh. Hist.* 3. p. 287. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 329. *I. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. sect. 3. *t.* 23. *f.* 17.

Germ. Oestreichischer Ehrenpreis.

In collibus herbidis pratisque montanis Litoralis, Carnioliae calidioris (*Scopoli*, *Host*), Styriae, Austriae (*Jacquin*), Bavariae? (*Schrank*) — rarissime in dumetis ad pratorum margines circa Pudvicinum in Bohemia? (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

In aprico asperoque solo crescens planta *Veron. dentatae* tam proxima apparet, vt vix nisi foliis profundius serratis s. potius pinnatifidis distinguatur. In graminosis et fruticetis contra, ex Cl. *Hostii* obseruatione, caules altiores, magis erecti, folia maiora et bipinnatifida. — Priorem statum, quem *Morisoni* et *Bauhini* icones repraesentant, mihi etiam per plures annos in Horto botanico Gottingensi in planta, e seminibus enata, quae *Jacquinus* olim cum *Murrayo* communicauerat, obseruare licuit.

Caules steriles secundum *Jacquinum* subinde etiam foliis ternis variant.

A *Krockero* (*Siles.* n. 27.) Veronica nostra Florae Silesiacae adnumeratur, sed nec Rev. *Starke*, nec alii botanici eam vnquam in locis a *Krockero* indicatis obseruarunt. Vereor quoque, ne *Schrankius* et *Schmidtius* aliam plantam pro *austriaca* habuerint.

** *pedunculi vniflori.*

23. VERONICA *acinifolia*, floribus pedunculatis, foliis inferioribus petiolatis ouatis ſerratis: floralibus ſubſeſſilibus pedunculos aequantibus, capſula obcordata compreſſa, caule erectiuſculo.

Veronica acinifolia. *Linn. Spec. Plant. ed.* 2. p. 19.

Veronica romana. *Allion. Pedem.* n. 289.

Veronica minor, annua, Clinopodii minoris folio. *Vaill. Paris.*

Veronica minima erecta clinopodii minoris folio, glabra romana. *Bocc. Muſ.*

Ic. *Allion. l. c. t.* 85. *f.* 2. *Bocc. l. c. t.* 102. *Vaill. l. c. t.* 33. *f.* 3.

Germ. Thymianblättriger Ehrenpreis.

In aruis et agris, hinc inde cum ſequente, ſed rarior. Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix parua, fibroſa. Caulis digitalis altiorue, erectiuſculus, teres, modo baſi modo ſuperne ramoſus, rarius ſimplex. Folia oppoſita, petiolata, ouata, ſerrata, tenuia, aeque ac reliquae partes pubeſcentia; ſumma, vt in ſequentibus, alterna, ſenſim minora, ſeſſilia, integerrima. Pedunculi folia aequantes vel iis paulo longiores. Calicis laciniae oblongae. Corolla dilute caeruleſcens. Capſula longitudine calicis, obcordata, compreſſa.

Pauca tantum ſynonyma affero, quoniam plures, imprimis Flor. Germanic. autores, *V. acinifoliam* cum ſequente confudiſſe videntur.

24. VERONICA *praecox*, floribus pedunculatis, foliis inferioribus petiolatis cordato-ouatis ſerratis: floralibus ſubſeſſilibus pedunculo breuioribus, capſula obouata emarginata turgida, caule erectiuſculo.

Veronica praecox. *Allion. Auct.* p. 5. *Schmidt. Bohem.* n. 44. — *Schleich. Plant. Rar.*

Veronica ocymifolia. *Thuill. Paris.* p. 9.

Veronica ſegetalis. *Pers. in Uſter. Annal. Bot.* 14. p. 37.

Veronica acinifolia. *Schleich. Catal.* p. 53.

Ic. *Allion. l. c. t.* 1. *f.* 1.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 1.

Germ. Früher Ehrenpreis.

In agris et aruis, imprimis ſolo ſicco.

Annua. Flor. Martio, Aprili.

Radix obliqua. Caulis tri-quadriuncialis, rarius altior, erectiuſculus, a baſi ramoſus, rarius ſimplex, flexuoſus, teres. Folia oppoſita, petiolata, cordato-ouata, obtuſe ſerrata, craſſiuſcula, parum rugoſa, ſubtus cum inferiori caulis parte purpuraſcentia; ſuperiora ſenſim minora, ſubſeſſilia, integerrima. Pedunculi erecti, foliis longiores. Calix, vt in reliquis huius ſubdiuiſionis ſpeciebus, quadripartitus, laciniis duabus paulo minoribus. Corolla parua, caerulea. Capſula calicem aequans, obouata, leuiter emarginata, turgida, ex viridi caeruleſcens. Tota ſuperficies pilis glanduliferis pubeſcit.

In ſolo fertiliori caulis altior, magis ramoſus, folia craſſiora, ſubcarnoſa, inciſo-ſerrata.

25. VERONICA *aruenſis*, floribus ſubſeſſilibus, foliis inferioribus petiolatis cordato-ouatis ſerratis: floralibus ſeſſilibus pedunculo longioribus, capſula obcordata compreſſa.

Veronica aruenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 73. *Smith. Britan.* 1. p. 24. *Schmidt. Bohem.* n. 37. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 19. *Pollich. Palat.* n. 18. *Crantz. Auſtr.* p. 350. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan.*

Veronica acinifolia. *Willd. Berol.* n. 41.

Veronica caule erecto, foliis ouatis, ſubhirſutis dentatis, petiolis breuiſſimis. *Hall. Helv.* n. 548.

Alſine ſerrato folio hirſutiore, floribus et loculis cauliculis adhaerentibus. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 367. c. ic.

Alſine foliis Veronicae. *Tabern. Kräuterb.* p. 1089. c. ic.

Elatine polyſchides. *Dalech. Hiſt.* p. 1239. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 734. *I. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. faſc. 23. *Tabern. l. c.*
Flor. Dan. t. 515. *Dalech. l. c.*

Germ. Feld-Ehrenpreis.

In aruis, collibus herbidis, muris, ruderatis.

Annua. Flor. Aprili ad Iulium.

Affinis praecedenti; ſed differt pedunculis folio breuioribus, capſulis obcordatis, compreſſis, calice minoribus et ſuperficie pilis ſimplicibus, nec glanduliferis, veſtita. Folia quoque minus ſucculenta et pallide viridia. Ab *acinifolia* discrepat foliis cordato-ouatis, pedunculis pariter folio breuioribus et capſula calice minori, nec vt in illa calicem aequante.

Caulis directio caute adhibenda in hac ſpecie pro charactere. In ſolo enim fertili, e. g. in hortis, vbi *V. aruenſis* frequens ineunte vere obſeruatur, procumbens eſt, ramorum extremitatibus tantum adſcendentibus; ſolo ſicco contra innaſcenti plantae caules magis erecti et ſubinde etiam ſimplices.

Veronica romana Roth. *Germ.* T. 2. P. 1. p. 23, quoad ſpecimina Auctoris, huc pertinet.

26. VERONICA *agreſtis*, floribus pedunculatis, foliis petiolatis cordato-ouatis ſerratis, laciniis calicinis ouatis, caule procumbente.

Veronica agreſtis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 72. *Schmidt. Britan.* 1. p. 23. *Schmidt. Bohem.* n. 36. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 17. *Pollich. Palat.* n. 17. *Crantz. Auſtr.* p. 549. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan.*

Veronica caule procumbente, foliis petiolatis, ouatis, crenatis. *Hall. Helv.* n. 549.

Veronica folio chamaedryos. *Riv. Monop.*

Veronica chamaedryfolia floſculis oblongis pediculis inſidentibus. *Moris. Hiſt.* 2.

Alſine foliis Triſſaginis. *Tabern. Kräuterb.* p. 1089. c. ic.

Alſine ſpuria altera. *Dodon. Hiſt.* p. 31. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 783. *Moris. l. c. ſect.* 3. *t.* 24. *f.* 22.
Curt. l. c. faſc. 7. *Tabern. l. c.*
Flor. Dan. t. 449. *Dodon. l. c.*
Riv. l. c.

Germ. Acker-Ehrenpreis.

In aruis, hortis, ruderatis vbique.

Annua. Flor. Aprili et abhinc vsque in ſerum autumnum.

Radix parua. Caulis ſtatim ſupra baſin ramoſus, ramis procumbentibus, bi-triuncialibus et vltra, teretibus,

pubefcentibus. Folia cordato-ouata, rugofa, ferrata, pilis breuibus infperfa: radicalia et caulina inferiora, vt in fequente, oppofita; reliqua alterna. Pedunculi longitudine foliorum vel iis paulo longiores, rarius breuiores: fructiferi recurui. Calicis laciniae ouatae, obtufae, pubefcentes. Corolla parua, laete cyanea venis faturatioribus, fubinde alba. Capfula didyma, turgida. Semina in quouis loculamento plerumque fena, vmbilicato-concaua, corrugata.

Alfine foliis Triffaginis *Lob. Ic.* 1. p. 464, fubinde occurrens, differt tantum foliis ouatis.

27. VERONICA *hederaefolia*, floribus pedunculatis, foliis petiolatis quinquelobis: fummis trilobis, laciniis calicinis cordatis, caule procumbente.

Veronica hederaefolia. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 73. *Smith. Britan.* 1. p. 24. *Schmidt Bohem.* n. 38. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 20. *Pollich. Palat.* n. 19. *Crantz. Auftr.* p. 350. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan.*

Veronica caule procumbente, foliis lobatis, petiolatis, pedunculis vnifloris. *Hall. Helv.* n. 550.

Veronica folio hederae. *Riv. Monop.*

Veronica Hederulae folio. *Moris. Hift.* 2.

Alfine hederacea. *Tabern. Kräuterb.* p. 1088. c. ic.

Alfine fpuria prior, fiue Morfus gallinae. *Dodon. Hift.* p. 31. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 784. *Curt. l. c. fafc.* 19. *Flor. Dan. t.* 428. *Riv. l. c.* *Moris. l. c. fect.* 3. *t.* 24. *f.* 20. *Tabern. l. c.* *Dodon. l. c.*

Germ. Epheublättriger Ehrenpreis.

In cultis, ruderatis, ad vias vbique.

Annua. Flor. a Martio ad Iunium.

Radix parua, fibris nonnullis aucta. Caulis, vt in praecedente, in ramos plures, procumbentes, immo pedales, teretes, pubefcentes diuifus. Folia petiolata, reniformi-cordata, quinqueloba, lobo terminali maiori, plana, fubcarnofa, vtrinque pilis breuibus obfeffa; fumma feffilia, triloba. Pedunculi fubnudi, foliis longiores, demum recurui. Laciniae calicinae

late cordatae, acutae, ciliatae. Corolla pallide caerulea, venis ſaturatioribus picta, rarius alba. Capſula didyma, turgida. Semina in quouis loculamento duo, magna, vmbilicato-concaua, rugoſa.

Veron. cymbalarifolia GMEL. et aliorum auctorum Flor. Germanic. eſt huius varietas. *Ver. Lappago* SCHRANKII et SCHMIDTII parum etiam ab *hederaefolia* recedit.

28. VERONICA *triphyllos*, floribus pedunculatis, foliis digitato-partitis: ſummis tripartitis, pedunculis calice longioribus, caule erectiuſculo.

Veronica triphyllos. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 74. *Smith. Britan.* 1. p. 25. *Schmidt. Bohem.* n. 41. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 21. *Pollich. Palat.* n. 20. *Crantz. Auſtr.* p. 351. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan.*

Veronica foliis ouatis, tripartitis et quinquepartitis, floribus longe petiolatis. *Hall. Helv.* n. 551.

Veronica folio Rutae. *Riv. Monop.*

Veronica triphyllos caerulea. *Moris. Hiſt.* 2.

Alſine folio profunde ſecto, flore purpureo ſiue violaceo. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 367. 368. c. ic.

Alſine recta. *Tabern. Kräuterb.* p. 1088. c. ic.

Elatine triphyllos. *Dalech. Hiſt.* p. 1240. c. ic.

Alſine parua recta foliis Alſines hederaceae, ſed rutae modo diuiſo. *Lob. Ic.* 1. p. 464.

Ic. *Curt. l. c. faſc.* 68. — *I. Bauh. l. c.*
Engl. Bot. t. 26. — *Tabern. l. c.*
Flor. Dan. t. 627. — *Dalech. l. c.*
Riv. l. c. — *Lob. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 3. *t.* 24. *f.* 23.

Germ. Dreiblättriger Ehrenpreis.

In aruis, agris, imprimis ſolo arenoſo; etiam in hortis.

Annua. Flor. primo vere.

Tota pubeſcit et viſcida eſt. Radix parua, obliqua, fibrilloſa. Caulis digitalis, ſeſquidigitalis altiorue, erectiuſculus, teres, plerumque ramoſus, ramis diuaricato-patulis. Folia radicalia petiolata, ouata, integerrima, proxima breuius petiolata, plus minus in-

cisa; caulina subsessilia, quinquepartita, laciniis oblongo-obouatis: intermedia maiori; summa plerumque tripartita, minora; omnia subcarnosa, facie nigrescenti-viridia, dorso purpurascentia. Pedunculi erecti, folia aequantes vel iis paulo longiores. Laciniae calicinae lanceolatae, obtusae. Corolla cyanea aut paulo dilutioris coloris. Capsula suborbiculata, emarginata, compressa. — Folia siccitate nigrescunt, quod in binis sequentibus non obseruatur.

Varietatem laciniis calicinis trilobis descripsit *Roth. Flor. Germ.* l. c.

29. VERONICA *verna*, floribus subsessilibus, foliis digitato-partitis: summis indiuisis, pedunculis calice breuioribus, caule stricto.

Veronica verna. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 75. *Smith. Britan.* 1. p. 26. *Schmidt. Bohem.* n. 42. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 22. *Pollich. Palat.* n. 21. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Herb.*

Veronica Dillenii. *Crantz. Austr.* p. 352.

Veronica foliis ouatis, tripartitis et quinquepartitis, floribus breuissime petiolatis. *Hall. Helv.* n. 552.

Veronica humilis erecta montana, flore paruo caeruleo. *Dill. Giess. App.* p. 38.

Ic. *Engl. Bot. t.* 25. *Flor. Dan. t.* 225.

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 10. n. 1. *Ehrh. l. c.* n. 1.

β. Foliis subintegerrimis.

Veronica Bellardi. *Allion. Pedem.* n. 282. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 76.

Veronica polygonoides. *Lamarck. Illustr.* 1. p. 47. quoad specimen e Gallia acceptum.

Ic. *Allion. l. c. t.* 85. *f.* 1.

Germ. Frühlings-Ehrenpreis.

In aruis arenosis, ericetis, locis apricis; β. in Carinthia prope Heiligenblut ad pedem montis Glokner, in muris et ad agrorum margines (*Wulfen*).

Annua. Flor. Aprili, Maio; β. Iunio.

Radix praecedentis. Caulis digitalis, sesquidigitalis, erectus, strictus, teres, pubescens vt reliquae partes.

Folia inferiora ſerrata vel inciſo-ſerrata: caulina digitato-partita, laciniis linearibus acutis: intermedia productiori latioriue; ſuperiora tripartita ſiue lineari-lanceolata dente vtrinque notata; ſumma indiuiſa. Pedunculi breuiſſimi, folia nunquam ſupereminent. Laciniae calicinae lineari-lanceolatae, acutae, folia aequantes. Corolla parua, caeruleſcens, venis ſaturatioribus percuſſa. Capſula obcordata, compreſſa. — Variat caule ſimplici et ramoſo.

In β. caulis a baſi ad apicem floriferus, hinc omnia fere folia integerrima ſunt, infima tamen omnino magis minusue diuiſa apparent, quod *Allionii* icon non repraeſentat.

Veronica ſucculenta Schmidt. *Bohem.* n. 45. ſecundum Cl. *Trattinnickii* obſeruationes, per litteras mecum communicatas, eſt varietas *Ver. vernae*; *Ver.* vero *digitata* Vahl. *Symb.* 1. p. 2, quacum a *Willdenowio* in ſua *Spec. Plant.* editione coniungitur, propriam ſpeciem conſtituere meretur.

30. VERONICA *peregrina*, floribus ſeſſilibus, foliis oblongis ſubſerratis calice longioribus, caule erecto.

Veronica peregrina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 76. *Schmidt. Bohem.* n. 47. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 24. *Linn. Suec. ed.* 2. n. 24. — *Flor. Dan.*

Veronica annua alba polygoni folio. *Moris. Hiſt.* 2.

Ic. *Flor. Dan. t.* 407. *Moris. l. c. ſect.* 3. *t.* 24. *f.* 19.

Germ. Fremder Ehrenpreis.

In aruis aridis circa Pragam rariſſime (*Schmidt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Tota planta glabra. Radix parua, fibroſa. Caulis palmaris altiorue, erectus, teres, ſimplex vel baſi ramoſus. Folia radicalia obouata, in petiolum decurrentia: caulina ſubſeſſilia, oblonga, maiora; ſumma ſeſſilia, anguſtiora, verſus baſin attenuata. Flores ſeſſiles. Laciniae calicinae lanceolatae. Corolla parua, caeruleſcens, ſubinde alba. Capſula obcordata, compreſſa.

In planta ſimplici folia ſunt anguſtiora et plerumque integerrima; in indiuiduis vero, quorum caulis in

plures ramos diuifus eft, folia femper obferuo latiora et euidentius ferrata.

Fide Cl. *Rudolphii* *V. peregrina* non fponte prope Gryphiam crefcit; nullibi etiam in Silefia a recentioribus botanicis obferuata eft, vt perperam *Hoffmanni Flora Germanica* profitetur.

11. WVLFENIA Smith.

Smith. in Act. Soc. Linn. Lond. 6. p. 96. — Gen. Plant. ed. Schreb. fub Paederota n. 33. et Wulfenia n. 34. — Iuff. Gen. p. 120. et Vent. Tabl. 2. p. 352. fub Paederota.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* ringens, ecalcarata. *Capf.* fupera, bilocularis.

1. WVLFENIA *carinthiaca*, acaulis.

Wulfenia carinthiaca. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 78. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 6. p. 96. *Reiner. et Hohenw. Itin.* 1. p. 27. *Wulf. in Jacq. Mifc.* 2. p. 60. — *Jacq. Ic. Rar.* 1. *Hopp. Plant. Alp.*

Ic. *Reiner. et Hohenw. l. c. t.* 1 *et* 2. *f.* 1. *Jacq. Ic. l. c. t.* 2. *Jacq. Mifc. l. c. t.* 8. *f.* 1.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Kärntenfche Wulfenie, (Hundszunge a paftoribus alpicolis vulgo dicta).

In Carinthia in folo pinguiffimo in alpe Kibeggenfi (Kuhewegeralpe) vallis Gilienfis (im Gailthale) prope fanum fancti Hermagorae (vulgo Ermachor aut Michor) paulo fupra fuprema paftorum mapalia (*Wulfen*).

Perennis. Flor. Iulio.

Radix horizontalis, fufiformis, craffiufcula, fufca, fibris vndique emiffis longis, concoloribus. Folia radicalia plura, in orbem patentia, magna, craffa, oblongo-obouata, obtufa, in petiolum decurrentia, groffe crenata, plana, pinguiufcula, glaberrima, nitida, faturate viridia; fupra media longitudine velut canaliculata et rubra, fubtus neruo medio protuberante albido et villofo. Scapus pedalis aut fefquipedalis, erectus, teres, primo villofus, tandem nudus, fqua-

mulis ſparſis, lanceolatis, ſenſim minoribus obſeſſus. Racemus ſpicatus, denſus, vncialis circiter, ex duplici florum ſerie, vnum latus ſpectantium compoſitus, peracta vero floreſcentia pedicelli eriguntur, rachi nonnihil apprimuntur et, relicta facie racemi ſecundi, eandem vndique ſparſim cingunt. Bracteae lineares, pedicello paulo longiores. Calix quinquepartitus, laciniis linearibus, aequalibus, perſiſtentibus. Corolla violaceo-caeruleſcens, bilabiata; labium ſuperius breuius, indiuiſum, ſubfornicatum, antheras occultans, faucemque ſemiclaudens; inferius ſupinum, trilobum, ad faucem barbatum. Capſula oualis, obtuſa, apice compreſſa, vtrinque ſulco exarata, bilocularis, apice dehiſcens, quadriualuis. Semina plura.

Smithio praeeunte *Wulfen. carinthiacam* cum *Paederotis* in vnum genus coniungo; *Wulf. carinth.* tamen a *Paederotis* recedit non ſolum corolla ſubhiante barbaque labii inferioris copioſa niuea, ſed etiam ſtructura ſituque ſtaminum et antherarum. Stamina in *Paederotis* ex inferiori labio verſus ſuperius adſcendunt parallela; in *Wulfenia carinthiaca* ex ſuperiori labio, eodem breuiora, ad ſe mutuo arcuatim conniuent. Antherae in *Paederotis* cordatae et incumbentes; in *Wulf. carinth.* plane, vt in *Tozzia alpina*, nutantes, bigemellae, baſi connatae, longitudinaliter tandem fiſſae, tumque in duo hemiſphaeriola caua, iuxta ſe poſita, ſeſe erigentes.

2. WVLFENIA *Ageria*, cauleſcens, foliis ouato-lanceolatis.

Wulfenia Ageria. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 6. p. 96.

Paederota Ageria. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 77. — *Hopp. Plant. Alp.*

Paederota lutea. *Linn. Suppl.* p. 84. *Hoſt. Auſtr.* p. 12. *Scop. Ann.* 2. p. 41.

Paederota Bonarota. *Jacq. Hort.* 2. p. 55.

Bonarota montana italica chamaedryos folio, minus crenato, ſpica lutea. *Mich. Gen.* p. 19. n. 3.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 121.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Gelbe Wulfenie.

In rupeſtribus Carnioliae alpium wochinenſium et tolmienſium, in agro Idrienſi, circa Goritiam ad latera Liſoncii, in Carinthia in monte Loibel alibique (*Scopoli*, *Hoſt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix e fibris copioſis, longis, albidis et ſubramoſis compoſita. Caules plures, a 4 ad 8 vncias alti, rarius pedales, graciles, teretes, plerumque ſimplices, vt reliquae plantae partes pube breui inſperſi. Folia ſubſeſſilia, argute ſerrata: inferiora et media ouata, acuta; ſuperiora ouato-lanceolata et acutiora; ſumma lineari-lanceolata; in aliis inferiora oppoſita, media alterna, ſumma terna; in aliis inferiora terna, media oppoſita, ſumma alterna; in aliquibus inferiora et media oppoſita, ſumma alterna. Racemus terminalis, denſus, tandem laxus, ſemuncialis, ad ſummum vncialis, erectiuſculus aut cernuus. Bracteae lineares, pedicello longiores. Calix, vt in praecedente, quinquepartitus, laciniis linearibus, ſubaequalibus, patentibus, dein conniuentibus. Corolla ſulphurea, bilabiata, fauce hiante, leuiter pubeſcente. Labium ſuperius trilobum vel bilobum, ſubinde tantum emarginatum, rariſſime integerrimum. Capſula fere praecedentis, ſed acutiuſcula.

Folia adultiora, imprimis facie ſupina, plus minus glabra.

3. WVLFENIA *Buonarota*, cauleſcens, foliis ſubrotundo-ouatis.

Wulfenia Buonarota. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 6. p. 96.

Paederota Bonarota. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 77. *Reiner. et Hohenw. Itin.* 1. p. 65. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 13. *Wulf. in Jacq. Auſtr. App.* p. 49.

Paederota caerulea. *Linn. Suppl.* p. 84. *Hoſt. Auſtr.* p. 12. *Scop. Ann.* 2. p. 41.

Bonarota montana, italica, Chamaedryos folio, flore caeruleo. *Mich. Gen.* p. 19.

Chamaedrys montis Sumani. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 289. c. ic.

Veronica petraea ſempervirens. *Pon. in Clus. Hiſt.* p. CCCXXXVI. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 39. *I. Bauh. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 2. b. *Pon. l. c.*
Mich. l. c. t. 15. *f.* 1.

Germ. Blaue Wulfenie.

In Tyroli circa Leontium et Amblach; in Carinthia in ſummitatibus apricis prope Pontebam *Trog* aut *Trigel* dictis, nec non Malborghetti, vbique in rupeſtribus (*Wulfen, Reiner, Hohenwarth*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Permultum ſimilis praecedenti, adeo vt nonnulli eam vix ſpecie diuerſam putent. Nihilominus tamen diſtincta eſt; caules enim plerumque humiliores, folia tantum oppoſita et ſubrotundo-ouata, exceptis ſummis, quae anguſtiora et ſaepius alterna ſunt. Calices villis longioribus veſtiti. Corolla violacea, fauce glabra. Labium ſuperius vtplurimum trilobum; inferius nonnihil breuius, ouato-acutum, integerrimum. — Folia etiam rigidiora et ſupra demum magis nitida, ac in *W. Ageria.*

Variat floribus albis.

Bonarota montana, italica, Chamaedryos folio rotundiore, et quaſi circinato, ſpica caerulea, habitiore. *Mich. Gen.* l. c. f. 2. iuuenilem plantae ſtatum refert.

12. GRATIOLA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 37. Iuſſ. Gen. p. 121. Vent. Tabl. 2. p. 363. Gaertn. Fruct. 1. p. 251. t. 53.

Cal. pentaphyllus. *Cor.* quadrifida, bilabiata, labio ſuperiori reflexo. *Stam.* quatuor: duo ſterilia. *Capſ.* ſupera, bilocularis.

1. GRATIOLA *officinalis*, foliis lanceolatis ſerratis, floribus pedunculatis.

Gratiola officinalis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 102. *Delavigne de Gratiola. Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 25. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 13. *Pollich. Palat.* n. 23. *Crantz. Auſtr.* p. 289. — *Plenk. Ic. Med. Bull. Herb. Regn. Bot. Flor. Dan. Sabb. Hort.* 2. *Hopp. Herb.*

Gratiola. *Hall. Helv.* n. 329. *Blackw. Herb.* *Riv. Monop.* *I. Bauh. Hist.* 3. p. 435. c. ic. *Tabern. Kräuterb.* p. 754. c. ic.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 15. *Sabb. l. c. t.* 87.
Bull. l. c. t. 130. *Blackw. l. c. t.* 411.
Schkuhr. l. c. t. 2. a. *Riv. l. c.*
Regn. l. c. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 363. *Tabern. l. c.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 1.

Germ. Aechtes Purgirkraut.

In pratis humidis, ſtagnis, ad ripas fluuiorum Circuli Auſtriaci (*Scopoli, Crantz, Hoſt*), Bavariae (*Hoppe*), Sueviae (*Schreckenſtein*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*), — prope Aquisgranum (*Delavigne*), Fuldam (Lieblein), Helmſtadium (*Cappel*), Hannoveram (*Ehrhart*), Altonauiam (*Weber*), Hamburgum (*Flügge, Buerk*) — Duc. Megapolitani (*Timm, Link*), Pomeraniae (*Weigel*) — prope Havelberg (*Ioachimi*), Berolinum (*Willdenow*), — Neomarchiae (*Rebentiſch*) — Francofurtum ad Viadrum (*Bergen*), Barby (*Scholler*), Wittebergam (*Schkuhr*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Geram *Hoppe*), Misniam (*Rupp*) — Luſatiae (*Oettel*), Sileſiae (*Mattuſchka*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Planta amariſſima, draſtica. Radix repens, teres, articulis verticillatim fibroſis. Caules pedales, erecti, ſimplices, articulati, glabri, teretes, ſuperne tetragoni. Folia oppoſita, decuſſata, amplexicaulia, lanceolata, obtuſa, a medio verſus apicem ſerrata, quinquenervia, glabra, internodiis longiora; ſuperiora ſenſim anguſtiora, acutiora, minus ſerrata, trineruia. Flores axillares, ſolitarii, oppoſiti, longe pedunculati. Bracteae geminae ad baſin calicis vel paulo inferius, lineari-lanceolatae, acutae, longitudine calicis vel longiores. Calix pentaphyllus, laciniis linearibus, aequalibus, acutis. Corolla quadrifida, lacinia ſuperiori breuiori, emarginata, reflexa; reliquis anguſtioribus, aequalibus, rotundatis. Tubus calice longior, interne ſub lacinia ſuperiori pilis faſciculatis, clauatis pubeſcens. Stamina quatuor, quorum duo inferiora breuiora, ſterilia. Capſula ouata, acuminata, polyſperma.

Variat 1. Caule ſubramoſo 2. Foliis breuioribus, minus ſerratis et 3. Flore albo.

13. PINGVICVLA Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 40. Iuſſ. Gen. p. 98. Vent. Tabl. 2. p. 354. Gaertn. Fruct. 2. p. 140. t. 111.

Cal. bilabiatus, quinquefidus. *Cor.* ringens, calcarata. *Capſ.* ſupera, vnilocularis.

1. PINGVICVLA *vulgaris*, nectario acuto, labio ſuperiori bilobo, inferioris laciniis obtuſis.

Pinguicula vulgaris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 110. *Smith. Britan.* 1. p. 27. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 26. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 14. — *Engl. Bot. Drev. et Hayn. Ic.* 1. *Plenk. Ic. Med. Flor. Dan.*

Pinguicula alpina. *Web. Gotting.* n. 3.

Pinguicula calcare floris longitudine. *Hall. Helv.* n. 292.

Pinguicula ſ. Sanicula eboracenſis. *Park. Theatr.* p. 532. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 70.	*Flor. Dan. t.* 93.
Drev. et Hayn. l. c. t. 1.	*Schkuhr. l. c. t.* 3.
Plenk. l. c. t. 16.	*Park. l. c.*

Germ. Gemeines Fettkraut.

In pratis vliginoſis, paluſtribus.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Tota planta pilis breuibus, humorem viſcidum, pellucidum, ſecernentibus inſperſa. Radix fibroſa. Folia ouata vel elliptico-ouata, margine inuoluta, carnoſa, pallide viridia. Scapi ſeſquidigitales altioresue, erecti, teretes, vniflori. Flores nutantes, violacei. Calix bilabiatus: labio ſuperiori tripartito; inferiori bifido, calcar nectariferum fulciente. Corollae labium ſuperius bi-, inferius trilobum, lobis rotundatis. Faux inflato-compreſſa, palato villoſo, dilutiori. Calcar cilindraceum, acutum, longitudine varium, corollam vero vix aequans, plerumque rectum. Capſula ouata, acutiuſcula, vnilocularis, ſemibiualuis.

Pinguicula Gesneri. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 546. ad ſequentem ſpeciem potius pertinet; *Clusius* vero in

descriptione Pinguiculae, cuius iconem dedit in *Hist.* p. 310, vt alii veterum botanicorum, *Pinguiculam vulgarem* cum *flauescente* confundere videtur.

2. PINGVICVLA *flauescens*, nectario conico, labio superiori emarginato, inferioris laciniis lateralibus obtusis: intermedia retusa.

Pinguicula flauescens. *Flörk. Suppl. Flor. Salisburg. ined.*

Pinguicula alba. *Kuchl. in Hopp. Taschenb.* 1800. p. 223.

Pinguicula purpurea. *Willd. in Nov. Act. Soc. Amic. H. N. Berol.* 2. p. 112.

Pinguicula alpina. *Host. Austr.* p. 14. *Braun. Salisburg.* n. 28. *Schrank. Salisburg.* n. 25. *Haenk. Sudet.* p. 125. *Scopol. Carn.* n. 28. *Crantz. Austr.* p. 288. — *Sturm. Ic. Hopp. Plant. Alp.*

Ic. *Sturm. l. c. fasc.* 14. *Willd. l. c. t.* 5. *f.* 1. mala.

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 3.

Germ. Gelbliches Fettkraut.

In alpinis et subalpinis humidis atque vliginosis Circul. Austriaci (*Scopoli, Crantz, Host*), Princip. Salisburgensis et Berchtesgadensis, Bavariae (*Schrank*) — in Suevia (*Kuchle*), in Sudetis (*Hänke*).

Perennis. Flor. Aprili, Maio.

Habitu *P. vulgari*, florum structura *alpinae* proxima. A priori discrepat corolla albida (siccitate flauescente et planta male siccata purpurascente), palato tamen flauo; labio superiori subbilobo vel emarginato; labii inferioris lacinia media retusa, nec lobis omnibus rotundatis; nectario conico, breuiori, et capsula (secundum WILLDENOWIUM) rostrata. A posteriori praecipue differt statura plerumque duplo maiori; foliis longioribus, basi magis attenuatis, et nectario fere recto.

Cl. HOPPE (*Taschenb.* 1801. p. 139.) *P. flauescentis* varietate minori et characteribus nonullis erroneis, a Cl. WILLDENOWIO huic et *alpinae* adscriptis, forte deceptus, vtramque plantam iterum coniungendam esse, sibi persuasum habet. SWARTZIO, Viro amicissimo, per litteras vero monente, labii in-

ferioris laciniae in *P. alpina* minime ſunt truncatae, vt *Willdenowius* perhibet, ſed in vtraque ſpecie rotundatae, lacinia intermedia retuſa; labium ſuperius in vtraque ſpecie emarginatum vel ſubbilobum, minime verò in *flaueſcente* profundius exciſum; porro nectarium *P. alpinae* non adſcendens ſ. incuruatum, ſed fere rectum. — Icon *P. alpinae* a *Linnaeo* in *Flora Lapponica* data, quam *Willdenowius* contemnit, ſecundum *Swartzium* non ſpernenda eſt et habitum bene exprimit.

14. VTRICVLARIA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 41. Iuſſ. Gen. p. 98. Vent. Tabl. 2. p. 353.

Cal. diphyllus, aequalis. *Cor.* perſonata, rarius ringens, calcarata. *Capſ.* ſupera, circumſciſſa, vnilocularis.

1. VTRICVLARIA *vulgaris*, nectario conico, labio ſuperiori integro palato aequali, foliis pinnatò-multipartitis.

Vtricularia vulgaris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 112. *Smith. Britan.* 1. p. 28. *Hayn. in Schrad. Diar. Bot.* 1800. 1. p. 17. *Drev. et Hayn. Ic.* 1. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 26. *Ejusd. Catal.* 2. p. 1. *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 71. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 14. *Pollich. Palat.* n. 24. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Schleich. Plant. Rar.*

Vtricularia vulgaris maior. *Ehrh. Herb.*

Vtricularia calcare conico, ſcapo paucifloro. *Hall. Helv.* n. 290.

Lentibularia. *Riv. Monop.*

Millefolium aquaticum flore luteo galericulato. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 775. c. ic. *Lob. Ic.* 1. p. 791.

Ic. *Hayn. l. c. t.* 6.	*Flor. Dan. t.* 138.
Drev. et Hayn. l. c. t. 16.	*Riv. l. c.*
Engl. Bot. t. 253.	*I. Bauh. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 3.	*Lob. l. c.*

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 2. *n.* 2. *Ehrh. l. c. n.* 81.

Germ. Gemeiner Waſſerſchlauch.

In foſſis et paludibus.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix filiformis. Caulis teres, filiformis, dichotomus, ſub aqua proſtratus. Folia pinnato - multipartita, ampullis comitata; laciniae capillaceae: exterioribus margine ſetis geminatis, minutis adſperſis. Pedunculus ſcapiformis, ſupra aquam exſertus, teres, 4-8florus, ſquamis nonnullis, ouatis, membranaceis veſtitus. Flores racemoſi. Bracteae ſolitariae, ſquamis ſcapi conformes. Corolla perſonata, vitellina: labium ſuperius ſubrotundo - ouatum, concauum, obſolete trilobum, obtuſum, margine ſubundulatum, erectum; labium inferius ſubrotundum, lateribus reflexis, ſubplicatis; palatum bilobum, longitudine labii ſuperioris, ſtriis aurantiis. Nectarium conicum, a labio inferiori reclinatum. Antherae cohaerentes. Stigma planum, ſubrotundum. Capſula globoſa, ſtilo perſiſtente coronata.

2. VTRICVLARIA *intermedia*, nectario conico, labio ſuperiori integro palato duplo longiori, foliis tripartito - dichotomis.

Vtricularia intermedia. *Hayn. in Schrad. Diar. Bot.* 1800. 1. p. 18. *Drev. et Hayn. Ic.* 1. *Hopp. Taſchenb.* 1802. p. 60. *Roth. Catal.* 2. p. 1. *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 72.

Vtricularia vulgaris minor. *Ehrh. Herb.*

Ic. *Hayn. l. c. t.* 5. *Drev. et Hayn. l. c. t.* 17.

Exſ. *Ehrh. l. c. n.* 91.

Germ. Mittler Waſſerſchlauch.

In vndatis prope Ratisbonam (*Meyer*) et Berolinum (*Hayne*).

Perennis. Flor. Iunio.

Caulis ſub aqua repens, e propagine ouata paulo curvata, e ſquamis tripartitis conſtructa, prodiens et radiculas ſolitarias, filiformes emittens. Ampullae radiculis vel cauli defoliato, nunquam vero foliis, affixae. Folia tripartito - dichotoma: laciniae lineares, anguſtiſſimae, margine vndique ſetis ſolitariis, minutiſſimis obſitae. Pedunculus, ſupra medium ſquama cordato - ſubrotunda praeditus, apice bi - tri-

florus. Bracteae ſquamis conformes. Corolla perſonata, ſulphurea: labium ſuperius ouatum, integrum, obtuſum, erectum, ſtriis purpureis; labium inferius ſubrotundum, planiuſculum, deflexum; palatum ſubrotundum, labio ſuperiori duplo minus, purpureo-ſtriatum. Nectarium conicum, labio inferiori adpreſſum. Antherae liberae. Reliqua vt in praecedente.

Dignoſcitur duplici propagatione, labio ſuperiori palato duplo longiori et foliorum laciniis latioribus, vndique ſetis ſolitariis, minutiſſimis veſtitis.

3. VTRICVLARIA *minor*, nectario carinato, labio ſuperiori emarginato palato aequali, foliis tripartito-dichotomis.

Vtricularia minor. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 112. *Smith. Britan.* 1. p. 28. *Hayn. in Schrad. Diar. Bot.* 1800. 1. p. 22. *Drev. et Hayn. Ic.* 1. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 28. *Ejusd. Catal.* 2. p. 1. *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 72. *Pollich. Palat.* n. 25. *Linn. Suec.* n. 29. — *Engl. Bot. Ehrh. Herb.*

Vtricularia laciniis foliorum integris. *Schmidel. Ic.* 1. p. 79.

Millefolium paluſtre galericulatum minus. *Pluk. Phyt.*

Aparine aquis innatans treuiſana foliis Perchepier, capreolis donata. *Bocc. Mus.*

Ic. *Hayn. l. c. t.* 6. *Schmidel. l. c. t.* 21. *f.* 1-11.
Drev. et Hayn. t. 18. *Pluk. l. c. t.* 99. *f.* 6.
Engl. Bot. t. 254. *Bocc. l. c. t.* 4.

Exſ. *Ehrh. l. c. n.* 62.

Germ. Kleiner Waſſerſchlauch.

In foſſis, paludibus et inundatis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix filiformis. Caulis ſub aqua proſtratus et nonnunquam radiculam vnam alteramue capillarem emittens. Folia tripartito-dichotoma, ampullis praedita; laciniae anguſtiſſimae, fere capillaceae, glabrae. Pedunculus ſcapiformis, ſquamis paucis, cordato-ſubrotundis praeditus, apice tri- vel quadriflorus. Bracteae ſquamis conformes. Corolla ringens, pallide flaueſcens: labium ſuperius ouatum, emarginatum,

ſubplanum, palato adpreſſum; labium inferius obovatum, acutum, planum; palatum conſtituit margo eleuatus, acutus, labio ſuperiori aequalis, ſtriis ferrugineis notatus. Nectarium breue, carinatum, obtuſum, deorſum ſpectans. Antherae cohaerentes. Stigma obtuſe triangulare. Reliqua cum praecedentibus conueniunt.

Vtr. minor Flor. Dan. t. 128. a Cl. *Rothio* (*Catal.* l. c. et *N. Beytr.* l. c.) ad *intermediam* refertur, ſed potius huius loci eſſe videtur.

Ampullae, quae Vtricularum radicibus adhaerent, ex Cl. *Haynii* obſeruationibus (*Dreves et Hayn. Ic.* l. c.), ante floreſcentiam aqua ſunt repletae. In tranſitu ad floreſcentiam, aerem ſecernunt, quo fit, vt planta emergere et flores extra aquam explicare poſſit. Poſt floreſcentiam peractam, ampullis, aere euaneſcente, aqua iterum repletis, planta ſubmergitur.

15. LYCOPVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 44. Iuſſ. Gen. p. 111. Vent. Tabl. 2. p. 327.

Cal. tubuloſus, quinquefidus. *Cor.* tubuloſa, ſubaequalis, quadrifida: lacinia ſuperiori, latiori, emarginata. *Sem.* quatuor, nuda.

1. LYCOPVS *europaeus*, foliis profunde ſerratis.

Lycopus europaeus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 120. *Smith. Britan.* 1. p. 29. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 28. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 15. *Pollich. Palat.* n. 27. *Crantz. Auſtr.* p. 328. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan.*

Lycopus foliis acute ſerratis et appendiculatis. *Hall. Helv.* n. 220.

Pſeudo-marrubium paluſtre. *Riv. Monop.*

Pſeudo-marrubium aquaticum vulgare. *Moris. Hiſt.* 3.

Marrubium aquaticum quorundam. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 318. c. ic.

Sideritis prima Mathioli. *Dalech. Hiſt.* p. 1117. c. ic.

Marrubium aquaticum vulgi. *Lob. Hiſt.* p. 285. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 524.

Marrubium aquatile. *Dodon. Hiſt.* p. 595. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1105. *Moris. l. c. sect.* 11. *t.* 9. *f.* 20.
Curt. l. c. fasc. 34. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 1081. *Dalech. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 4. *Lob. Hist. et Ic. l. c.*
Riv. l. c. *Dodon. l. c.*

Germ. Gemeiner Wolfsfuſs.

Ad riuulos, foſſas.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix maxime repens. Caulis erectus, tetragonus, ramoſus. Folia oppoſita, ſubſeſſilia, ouata vel ouato-lanceolata, rugoſa, inferiora ſubpinnatifido-ſerrata; reliqua late et profunde ſerrata, ſerraturis inaequalibus. Verticilli denſi. Flores minuti, albi, bracteis ſuffulti. Calix tubuloſus, quinquefidus. Corolla tubuloſa, ſubaequalis, quadrifida, laciniis rubro-punctatis; ſuperiori latiori, emarginata. Stamina diſtantia.

Variat ſubinde foliis omnibus ſubpinnatifido-ſerratis. — Plantam femineam ſemel obſeruauit LEERSIUS. Cf. *Flor. Herborn.* n. 23.

2. LYCOPVS *exaltatus*, foliis omnibus pinnatifidis.

Lycopus exaltatus. *Linn. Suppl.* p. 87. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 121.

Germ. Hoher Wolfsfuſs.

Quaſi ſponte in locis humidis prope Erlangam verſus Marloffſtein primo Ill. *Schrebero* (*Schweigg. Erlang.* p. 7.) occurrit. — Rarius quoque a Cl. *Schkuhrio* (*Handbuch.* 3. *Nachtrag* p. 3.) prope Wittebergam obſeruatus.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

A praecedente, cui habitu valde ſimilis, praecipue differt caule plerumque altiori; foliis omnibus pinnatifidis et euidentius petiolatis: laciniis integerrimis ſerratisue. Laciniae extimae ſemper decreſcunt et confluunt. — In eodem ſolo cum praecedente cultus, ſuperficiem vtriusque ſpeciei, imprimis caulis et foliorum, magis vel minus villoſam obſeruo.

Lycopi vero noſtri caulem nunquam glabrum vidi, ſicuti a nonnullis deſcribitur.

16. ROSMARINVS Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 49. Iuſſ. Gen. p. 111. Vent. Tabl. 2. p. 329.

Cal. bilabiatus. *Cor.* ringens. *Filam.* longa, ſimplicia cum dente. *Sem.* quatuor, nuda.

1. ROSMARINVS *officinalis.*

Rosmarinus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 126. *Hoſt. Auſtr.* p. 15. *Scop. Carn.* n. 30. *Hall. Helv.* n. 250. — *Plenk. Ic. Med. Bull. Herb. Sabb. Hort.* 3. *Blackw. Herb. Riv. Monop.*

Rosmarinus coronarius fruticoſus. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 25. c. ic.

Rosmarinus hortenſis coronarius. *Tabern. Kräuterb.* p. 311. c. ic.

Rosmarinum coronarium. *Lob. Hiſt.* p. 234. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 429. *Dodon. Hiſt.* p. 272. c. ic.

Ic.	*Plenk. l. c. t.* 18.	*I. Bauh. l. c.*
	Bull. l. c. t. 20.	*Tabern. l. c.*
	Sabb. l. c. t. 67.	*Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
	Blackw. t. 159.	*Dodon. l. c.*
	Riv. l. c.	

Germ. Gemeiner Rosmarin.

In Iſtriae montanis (*Scopoli*), in Litorali locis rupeſtribus ad mare inter Flumen et Portum Regium (*Hoſt*).

Frutex. Flor. Aprili.

Frutex humilis, cortice cinereo; rami iuniores, ſubtetragoni, tomentoſi. Folia perennantia, oppoſita, linearia, obtuſa, margine reuoluta: ſupra ſulco longitudinali exarata, rugoſa, glabra, nitida, atro-viridia; ſubtus reticulata, albo-tomentoſa. Flores racemoſi, laxi, pedicellis bractea longioribus. Calix bilabiatus: labio ſuperiori integro; inferiori bifido. Corolla caeruleſcens: labium ſuperius erectum, bifidum, marginibus reflexis; labium inferius reflexum, trifidum, lacinia media maxima. Filamenta longa cum dente.

17. SALVIA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 50. Iuff. Gen. p. 111. Vent. Tabl. 2. p. 330. Gaertn. Fruct. 1. p. 316. t. 66.

Cal. bilabiatus. *Cor.* ringens. *Filam.* transverſe pedicello affixa. *Sem.* quatuor, nuda.

1. SALVIA *officinalis*, fruticoſa, foliis lanceolato-ouatis crenulatis, verticillis ſubaphyllis.

Saluia officinalis. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 129. *Hoſt. Auſtr.* p. 15. *Willd. Arbor.* p. 352. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 16. *Wulf. in Jacq. Coll.* 3. p. 88. *Etling. Salv.* n. 1. *Scop. Carn.* n. 31. — *Plenk. Ic. Med. Regn. Bot.*

Saluia hortenſis maior. *Blackw. Herb.*

Saluia latifolia. *Riv. Monop. Bauh. Hiſt.* 3. p. 304. c. ic.

Saluia maior. *Lob. Hiſt.* p. 299. c. ic. *Dalech. Hiſt.* p. 879. c. ic. *Tabern. Kräuterb.* p. 760. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3. p. 399.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 19.	*Moris. l. c. ſect.* 11. *t.* 15. *f.* 1.
Schkuhr. l. c. t. 4.	*Bauh. l. c.*
Regn. l. c. t. 6.	*Tabern. l. c.*
Blackw. l. c. t. 12.	*Dalech. l. c.*
Riv. l. c.	*Lob. l. c.*

Germ. Gemeine Salbey.

In ſaxoſis maritimis Foriiulii, Litoralis; copioſiſſime in agro Fluminenſi (*Scopoli, Wulfen, Hoſt*).

Fruticulus. Flor. Maio, Iunio.

Radix ligneſcens, fuſca, ſubfuſiformis, ſimplex, aut in duos et plures, ſibi ſimiles ramos, vndique radiculas emittentes, diuiſa. Caulis erectus, teretiuſculus, ramoſus, ramis annuis, pedalibus, ſeſquipedalibus, tetragonis, tomento albido veſtitis. Folia petiolata, oblonga vel lanceolato-ouata, acutiuſcula, crenulata, tuberculato-rugoſa, ſubtus pubeſcenti-tomentoſa; adultiora fere glabra. Verticilli pauciflori: ſuperiores nudi; inferiores plerumque bracteis 2, ouatis, concauis, foliaceis ſuffulti. Calix ruber, obſolete tomentoſus, et, vt exterior corollae ſuperficies, glandulis pellucidis inſperſus: labium ſuperius tri-, inferius bidentatum, dentibus mucronatis. Corolla

caerulea, galea falcata, congenerum more apice fiſſa vel emarginata. Labium inferius trifidum, laciniis reflexis: intermedia maiori, obcordata. Stamina galea incluſa, apice anthera fertili, baſi minori parum pollinifera inſtructa. Odor ſuauis, amoene balſamicus ex contactu et affrictu omnium partium.

Culta planta variat foliorum forma et florum colore.

Saluia officinalis in agro Fluminenſi creſcens et *WULFENIO* olim (*Coll.* l. c.) dubia viſa, nunc ipſi, vt litteris mihi ſignificauit, ſola varietas eſt omnibus partibus minoribus, foliis anguſtioribus et odore fortiori praedita.

2. SALVIA *ſilueſtris*, foliis ſubcordato-oblongis crenatis, bracteis coloratis calicem aequantibus.

Saluia ſilueſtris. *Linn. Spec. Plant.* 1. p. 34. *Hoſt. Auſtr.* p. 16. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 29. *Etling. Salv.* n. 37. *Jacq. Auſtr.* 3. p. 7. *Scop. Carn.* n. 32. *Crantz. Auſtr.* p. 242. — *Hopp. Herb.*

Saluia nemoroſa. *Linn. Spec. Plant.* 1. p. 35. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 30. et reliquorum ſcriptorum plantarum Germaniae.

Horminum ſylueſtre ſaluifolium minus. *Moris. Hiſt.* 3.

Gallitrichum glabrum, folio ſaluiae, flore purpureo. *Bauh. Hiſt.* 3. p. 312. c. ic.

Hormini ſylueſtris quinta ſpecies prior et altera. *Clus. Hiſt.* p. XXXI. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 212. *Bauh. l. c.*
Moris. ſect. 11. *t.* 14. *f.* 21. *Clus. l. c.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 2.

Germ. Wald-Salbey.

In agris, ad vias, ſepes Carnioliae (*Scopoli*), Auſtriae (*Jacquin*) — prope Ratisbonam (*Hoppe*) — Sueviae (*Schreckenſtein*), Thuringiae inter Erfordiam et Tiefthal (*Bernhardi*) — prope Vinariam (*Dennſtedt*), Barby (*Scholler*), Halam Sax. (*Leyſſer*), Lipſiam (*Schwägrichen*) — Misniae (*Löber*), Sileſiae (*Krocker*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix ramofa, lignofa, fufca, fibris copiofis obfita. Caules bi-tripedales, erecti toti aut bafi tantum paulo procumbentes, tetragoni, villo breui obtecti. Folia oblonga, bafi fubcordata, inaequaliter crenata, rarius incifa, leuiter rugofa, in culta planta ad oras crifpata, facie glabra, dorfo fubuillofa: fuperiora fubfeffilia, acutiora. Flores ante explicationem in fpicam verticillatam, nutantem, 7-8gonam digefti. Verticilli 5-6flori, approximati, inferioribus remotioribus. Bracteae 6, coloratae: 2 maioribus cordato-ouatis, acuminatis, concauis, calicem aequantibus; reliquis minoribus, fetaceis. Calix bracteis concolor, vt corolla, pubefcens et punctis glandulofis adfperfus; labium fuperius tridentatum, dentibus conniuentibus; inferius bidentatum, dentibus acutioribus, rectis. Flores caerulei, fubinde caeruleo-purpurei, rarius albi. Galea falcata, labio inferiori parum longior. Labii inferioris laciniae laterales margine reuolutae, antice porrectae: intermedia concaua, emarginata aut crenulata, plerumque dependens. Stamina galea inclufa eaque breuiora, apice antherifera, bafi fquamula cochleariformi inftructa. Stilus extra galeam prominet. Odor, imprimis foliorum, grauis et nonnihil ingratus.

Varietatem omnibus partibus paulo minorem et bracteis minus coloratis prope Erfordiam obferuauit Cl. *Bernhardi*.

Horminum fylueftre tertium *Hall. Gott.* p. 319. a Cel. *Rothio* fub *S. verticillata* allatum, certe huc pertinet. In locis enim ab *Hallero* indicatis *S. filveftris*, nec *verticillata* reperitur. *Halleri* defcriptio etiam magis priori, quam pofteriori fpeciei conuenit.

Saluia *nemorofa Linn.* eft eadem planta cum *filueftri*, vt litteris Cel. *Smithii* edoctus fum; nec mihi characteres inuenire licuit, quibus e diuerfis Germaniae locis mecum communicata fpecimina *S. nemorofae* et *filueftris* diftingui a fe inuicem poffent. Num vero *Willdenowii S. filueftris* et *nemorofa* diuerfas fpecies conftituant, aliis diiudicandum relinquo.

3 SALVIA *pratensis*, foliis cordato-oblongis crenatis incisisue, bracteis calice minoribus, corollae galea viscosa labio inferiori longiori.

α. Caerulea.

Saluia pratensis. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 135. *Smith. Britan.* 1. p. 30. *Host. Austr.* p. 17. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 30. *Etling. Salv.* n. 40. *Pollich. Palat.* n. 28. *Scop. Carn.* n. 37. *Crantz. Austr.* p. 243. — *Engl. Bot. Plenk. Ic. Med. Regn. Bot.*

Horminum pratense. *Riv. Monop.*

Hormini syluestris quarti prima species. *Clus. Hist.* p. XXIX. XXX. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 153. *Riv. l. c.*
Plenk. l. c. t. 22. *Clus. l. c.*
Regn. l. c. t. 7.

β. Alba.

Saluia agrestis. *Linn. Amoen. Acad.* 3. p. 399.

Sclarea agrestis flore albo. *Besl. Vern.*

Ic. *Besl. l. c. O. V. t.* 11. *f.* 3.

Germ. Wiesen-Salbey.

In pratis, collibus, versuris.

Perennis. Flor. Maio ad Iulium.

Radix praecedentis. Caulis bipedalis, erectus, tetragonus, subuillosus, superne, vt calices et imprimis corollae galea, magis minusue viscosus. Folia cordato-oblonga, inaequaliter crenata, subinde inciso-crenata, rugosa, facie glabra, dorso cum petiolis villosa: inferiora petiolata, obtusa; superiora sessilia, acuta. Apices verticillorum ante anthesin nutant, dein eriguntur. Verticilli singuli 5-6flori, bracteis 2, ouatis, acuminatis stipati. Bracteae verticilli inferioris serratae et calice paulo longiores, reliquis integerrimis, calice minoribus. Flores speciosi, caerulei, in β. albi. Calicis labium superius tridentatum, dentibus obsoletis, conniuentibus: intermedio minori; labium inferius bifidum, laciniis acuminatis. Corollae labium inferius galea falcata breuius, laciniis lateralibus reflexis: intermedia concaua, margine crenulato-vndulata. Stamina galea inclusa, basi, vt in

praecedente, in laminam cochleariformem dilatata. Stilus ſtaminibus duplo fere longior. Odor debilis.

In *β*. praeter album florum colorem nullam differentiam inueni; etiam labiorum corollae proportio in vtraque varietate eſt eadem. — Variat ſubinde floribus quadruplo fere minoribus, ſuaue rubentibus. Conf. *Etling*. l. c.

4. SALVIA *auſtriaca*, foliis cordato-ouatis eroſo-ſinuatis pinnatiſidisue, ſtaminibus corolla duplo longioribus.

Saluia auſtriaca. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 138. *Hoſt. Auſtr.* p. 16. *Etling. Salv.* n. 41. *Jacq. Auſtr.* 2. p. 8.

Saluia Sclarea. *Crantz. Auſtr.* p. 236.

Hormini ſylueſtris quarti altera ſpecies. *Clus. Hiſt.* p. XXX.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 112.

Germ. Oeſtreichiſche Salbey.

In pratis et collibus graminoſis Auſtriae; infrequens circa Vindobonam, copioſior circa Schwächat, Bruck an der Leitha, Rohrau alibique (*Jacquin, Hoſt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix craſſa, fuſca aut nigricans, nunc ſimplex, alias ſubramoſa et fibris parce obſita, adultiori aetate magis vel minus caua et velut corrupta. Caulis plerumque ſolitarius, ſeſquipedalis, in fertiliori ſolo bipedalis et vltra, ſtrictus, tetragonus, villis denſis, ſuperiori parte praecipue viſcidis, obtectus. Folia omnia fere radicalia, terrae appreſſa, cordato-ouata, eroſo-ſinuata aut pinnatifida, inaequaliter crenata, obtuſa, rugoſa, facie glabra, dorſo ſecundum neruos pubeſcentia: caulinorum vnum alterumue par adeſt minorum, amplexicaulium, profunde inciſorum acutiorumue. Verticilli 6flori, bracteis ſex ſuffulti: 2 cordato-ouatis, acutis, planiuſculis, calicem aequantibus, reliquis ſetaceis, minoribus. Calix, vt bracteae, villoſiſſimus, labio ſuperiori obſolete tridentato: dente intermedio breuiori, inferiori bifido, laciniis bifidis, cuſpidatis. Corolla ochroleuca; galea falcata, labio inferiori paulo longior, externe pilis breuibus, glanduliferis, e violaceo purpuraſcentibus pubeſcens;

labii inferioris laciniae laterales oblongae, obtuſae, erectae: intermedia concaua, margine crenulato-vndulata, porrecta. Stamina corolla fere duplo longiora, diſtantia, baſi ſquamulam cochleariformem ferentia. Stilus longitudine ſtaminum. Odor florum debilis, foliorum vix vllus.

5. SALVIA *verticillata*, foliis cordatis crenatis, verticillis multifloris, ſtilo corollae labio inferiori incumbente.

Saluia verticillata. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 142. *Hoſt. Auſtr.* p. 17. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 32. *Etling. Salv.* n. 24. *Scop. Carn.* n. 34. *Crantz. Auſtr.* p. 241. — *Hopp. Plant. Alp.*

Horminum ſpurium. *Riv. Monop.*

Horminum ſylueſtre latifolium ſerratum hirſutum denſius verticillatum flore Lauendulae. *Moris. Hiſt.* 3. p. 395.

Horminum ſylueſtre tertium. *Clus. Hiſt.* p. XXIX. c. ic.

Ic. *Riv. l. c.* *Clus. l. c.*

Moris. ſect. 11. *t.* 14. *f.* 29.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2.

Germ. Wirtelförmige Salbey.

Ad vias, ſepes, in collibus herbidis, ruderatis Circuli Auſtriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoſt*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenſis, Bavariae (*Schrank*), Sueviae (*Thwingert*), Misniae prope Dresdam (*Etlinger*), Sileſiae (*Krocker, Seliger*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iunio ad Septembrem.

Radix craſſa, ſubligneſcens, ramoſa, nigricans, demum caua, plures caules in ceſpitem iunctos ſuſtinens. Caules ſeſquipedales, bipedales, erectiuſculi, tetragoni, ſubuilloſi vt reliquae partes. Folia cordata, ſubinde cordato-ſagittata, acutiuſcula vel obtuſa, crenata, petiolis ſaepe pari pinnarum paruarum, inaequalium auctis. Flores ante antheſin in ſpicam compactam, nutantem digeſti. Verticilli dein remoti, e 24 et pluribus floribus ſubſecundis compoſiti. Bracteae ſub ſingulis verticillis plerumque ſex, cito marceſcentes, quarum duae ouatae, acutae, calices aequantes, reliquis multo minoribus. Calices ante et poſt antheſin deflexi; labium ſuperius tridenta-

tum: intermedio minori; inferius bidentatum, dentibus acutioribus. Corolla parua, externe pubefcens, caerulea vel caerulefcenti-purpurea. Tubus vna cum fauce paulo inflata et calice longior. Galea fornicata, bafi coarctata. Labii inferioris laciniae laterales breues, reflexae: intermedia biloba, lobis rotundatis, planiufculis, demum pariter reflexis. Stamina galea inclufa, recta, bafi attenuata. Stilus labio inferiori incumbens eoque longior.

Dignofcitur facile verticillis multifloris fubfecundis, floribus paruis et ftilo corollae labio inferiori incumbente.

6. SALVIA *glutinofa*, foliis cordato-fagittatis acuminatis crenatis, calicis labio fuperiori integro.

Saluia glutinofa. *Linn. Suec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 143. *Hoft. Auftr.* p. 17. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 33. *Etling. Salv.* n. 38. *Scop. Carn.* n. 33. *Crantz. Auftr.* p. 239.

Saluia montana, maxima, foliis Hormini, flore flauefcente. *Sabbat. Hort.* 3.

Horminum flore luteo. *Riv. Monop.*

Horminum luteum glutinofum. *Moris. Hift.* 3. p. 394.

Galeopfis fpecies lutea, vifcida, odorata, nemorenfis. *Bauh. Hift.* 3. p. 314. c. ic.

Horminum fylueftre fecundum, Colus Iovis. *Clus. Hift.* p. XXVIII. XXIX. c. ic.

Ic. *Sabbat. l. c. t.* 21. *Clus. l. c.*
Moris. fect. 11. *t.* 13. *f.* 18. *Bauh. l. c.*
Riv. l. c.

Germ. Klebrige Salbey.

In nemorofis, filuaticis, ad collium montiumque radices Circuli Auftriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoft*) Princip. Salisburgenfis et Berchtesgadenfis, Bavariae (*Schrank*), Sueviae (*Thwingert*), Silefiae? (*Krocker*).

Perennis. Flor. a Iunio ad Septembrem.

Superficies totius plantae villofo-vifcida. Radix fublignofa, fufca, ramofa, ramis tortuofis, fibras copiofas emittentibus. Caules bipedales, erecti, tetragoni. Folia longe petiolata, cordato-fagittata, acuminata, crenata, crenulis modo obtufis modo acutiufculis. Verticilli elongati, faepius flexuofi: fingulis 6floris.

Flores longius pedicellati, quam in praecedentibus. Bracteae 10, inaequales: 2 maioribus, ouato-acuminatis, calicem fubaequantibus, reliquis multo minoribus. Calicis labium fuperius integrum, acutum; inferius bifidum, laciniis acutis. Corolla magna, flaua. Tubus calice longior et nonnihil anguftior. Galea falcata, punctis pellucidis infperfa. Labii inferioris laciniae reflexae: intermedia marginata, crenata, crenis crifpis. Stamina galea inclufa, apice anthera fertili, bafi fquamula antheraeformi, fterili inftructa. Odore fere omni, vt antecedens, expers.

In culta planta omnia maiora et folia magis ferrata.

7. SALVIA *Sclarea*, foliis cordatis acutis crenatis, bracteis concauis acuminatis calice longioribus.

Saluia Sclarea. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 147. *Hoft. Auftr.* p. 18. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 33. *Etling. Salv.* n. 27. — *Plenk. Ic. Med. Regn. Bot.*

Sclarea vulgaris lanuginofa ampliffimo folio. *Sabbat. Hort.* 3.

Horminum hortenfe Sclarea. *Blackw. Herb.*

Horminum. *Riv. Monop.*

Horminum vulgare Sclarea dictum. *Moris. Hift.* 3.

Horminum fylueftre primum. *Clus. Hift.* p. XXVIII. c. ic.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 8.
Regn. l. c. t. 8.
Sabbat. l. c. t. 23.
Blackw. l. c. t. 122.
Riv. l. c.
Moris. l. c. fect. 11. *t.* 16. *f.* 1.
Clus. l. c.

Germ. Muscateller-Salbey.

In Litorali circa Moschienizze, praefertim ad latera viae, quae ab ecclefia ad litus maris ducit (*Hoft*).

Biennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fufiformis, longa, fufca, fibris copiofis aucta, altero anno caulem vnicum, rariffime plures effundens. Caulis bi-tripedalis, erectus, craffus, tetragonus, villofus, fubuifcidus, fuperiori parte plerumque ramofus, ramis erectis, floriferis. Folia cordata, acuta, rugofa, fubuillofa, crenata, crenulis inaequalibus, acutiufculis: inferiora petiolata, fuperiora fenfim minora et petiolis breuioribus innixa; fumma

ſeſſilia. Verticilli 5-6 flori, bracteis 2, magnis, cordatis, acuminatis, concauis, leuiter pubeſcentibus, coloratis, florem ſubaequantibus. Calix vna cum corolla pubeſcenti-viſcidus, dentibus mucronato-ariſtatis. Labium ſuperius tridentatum, dente intermedio minori; labium inferius bifidum. Corolla caeruleſcens, galea falcata. Labii inferioris laciniae laterales reflexae: intermedia concaua, emarginato-crenata. Stamina exſerta, apice antherifera, baſi glandula foliacea inſtructa. Stilus ſtaminibus longior. Odor totius plantae grauis.

In locis apricis ex Cl. *Hostii* obſeruatione caule ſimplici, humiliori occurrit.

8. SALVIA *Aethiopis*, foliis inferioribus pinnatifidis, reliquis ſinuatis vel eroſis verticillisque lanatis, bracteis recuruatis.

Saluia Aethiopis. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 148. *Desfont. Atlant.* 1. p. 24. *Hoſt. Auſtr.* p. 18. *Etling. Salv.* n. 28. *Jacq. Auſtr.* 3. p. 7. *Crantz. Auſtr.* p. 233.

Horminum flore albo. *Riv. Monop.*

Horminum aethiopicum incanum foliis latis ſinuoſis. *Moris. Hiſt.* 3.

Aethiopis. *Bauh. Hiſt.* 3. p. 315. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 392. *Moris. l. c. ſect.* 11. *t.* 13. *f.* 4. *Riv. l. c.* *Bauh. l. c.*

Germ. Ungariſche Salbey.

In glareoſis, campeſtribus, ad margines agrorum Auſtriae circa Vindobonam, Neoſtadium alibique (*Jacquin*) — quaſi ſponte in Haſſia inferiori ad arcem Bielſtein prope Abteroda (*Mönch*).

Biennis. Flor. Iunio, Iulio.

Tota graueolens et lanata. Radix dura, ramoſa, fuſca aut nigricans, demiſſis, ſecundum omnem longitudinem, fibris ſeu radiculis firmata. Caulis bipedalis altiorue, erectus, firmus, ſuperne ramoſus, ramis adſcendentibus paniculatis. Folia oblongo-ouata, admodum rugoſa et venoſa, ad oras crenulata: inferiora petiolata, pinnatifide inciſa et ſaepe vtrinque baſibus, vltra originem productis, magis minusue cordata; ſuperiora ſeſſilia, acutiora, ſubſinuata vel eroſa;

summa sensim minora, apice recuruata. Verticilli 2-3flori, in culta planta e 4 ad 6 floribus compositi; bracteis 2, cordatis, acuminato-aristatis, concauis, apice recuruatis, calice parum minoribus. Calicis labium superius tridentatum, dentibus aristatis, intermedio minori; inferius bifidum, laciniis pariter in apicem aristaeformem productis. Corolla niuea, pubescens. Tubus calice breuior. Galea pilis breuibus, saepe purpurascentibus et glandulis pellucidis inspersa. Labii inferioris laciniae laterales oblongae, acutae, margine reflexae, apice porrectae: intermedia cucullata, postice fissa. Stamina galea inclusa, apice antherifera, basi squamulam cochleariformem ferentia.

Culta planta in omnibus maior et minus lanata.

18. SALICORNIA Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 14. Iuss. Gen. n. 86. Vent. Tabl. 2. p. 260. Gaertn. Fruct. 2. p. 210. t. 127.

Cal. ventriculosus, integer. *Petala* nulla. *Sem.* vnicum, superum, calice tectum.

1. SALICORNIA *herbacea*, geniculis compressis emarginatis, internodiis obconicis, spicis apicem versus attenuatis.

Salicornia herbacea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 23. *Smith. Britan.* 1. p. 2. *Moehring. in Ehrh. Beitr.* 7. p. 178. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 1. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 5. *Scop. Carn.* n. 1. — *Plenk. Ic. Med. Flor. Dan.*

Salicornia annua. *Engl. Bot.*

Salicornia virginica. *Scholl. Barb. Suppl.* n. 1016. *Grimm. in N. A. N. C.* 3. *App.* p. 252. et 5. *App.* p. 120.

Kali geniculatum. *Barrel. Ic. Tabern. Kräuterb.* p. 121. c. ic.

Salicornia siue Kali geniculatum vermiculatum. *Lob. Ic.* 1. p. 395.

Salicornia. *Dodon. Hist.* p. 82. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 415.	*Barrel. l. c. t.* 192.
Plenk. l. c. t. 8.	*Tabern. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 1.	*Lob. l. c.*
Flor. Dan. t. 303.	*Dodon. l. c.*

Germ. Krautartiges Glasſchmalz.

Ad ſalinas, piſcinas, lacus, litora marina Litoralis Auſtriaci, in paluſtribus Duini, Aquileiae (*Scopoli*, *Hoſt*), Wetteraviae (*G.M.S.*), Duc. Oldenburgenſis (*Roth*), Dyn. Ieveranae (*Möhring*) — prope Cuxhaven (*Flügge*) — Holſatiae (*Weber*), Duc. Megapolitani (*Timm*, *Link*), Pomeraniae (*Weigel*), Elect. Hannoverani prope Einbeccam (*Weber*) alibique — prope Helmſtadium (*Cappel*), Barby (*Scholler*), Iſenacum (*Grimm*), Halam Sax. (*Leyſſer*), Lipſiam (*Schreber*), Dresdam (*Schulz*) — Sileſiae (*Krocker*).

Annuá. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa, parua. Caulis erectus vel adſcendens, herbaceus, ſucculentus, ſuperne ramoſus, ramis oppoſitis, ſimplicibus, erectis, aphyllis, geniculatis. Genicula compreſſa, apice dilatata, emarginato - bifida. Spicae in ramis ramulisque terminales, teretes, apicem verſus ſenſim attenuatae, acutiuſculae, geniculatae. Flores in quouis geniculo vtrinque ſubterni. Squamae calicinae ouales. Stamina plerumque duo, quorum alterum, obſeruante optime MÖHRINGIO, primo prodens, alterum poſt aliquot dies ad oppoſitum latus ſequitur. Stigma bi-, rarius trifidum.

Varietatem geniculis ſubcilindricis, tenuioribus obſeruauit Rev. TRENTEPOHL in Ducatu Oldenburgenſi. Cfr. *ROTH* l. c.

2. SALICORNIA *fruticoſa*, geniculis teretibus integris, internodiis aequalibus, ſpicis cilindraceis obtuſis.

Salicornia fruticoſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 24. *Smith. Britan.* 1. p. 3. *Lamarck. Illuſtr.* n. 34. *Hoſt. Auſtr.* p. 1.

Kali geniculatum maius, ſempervirens. *Zann. Iſt.*

Kali. *Camer. Epit.* p. 246. c. ic.

Ic. *Lamarck. l. c. t.* 4. *f.* 2. *Camer. l. c.* *Zann. l. c. t.* 32.

Germ. Strauchartiges Glasſchmalz.

In Litorali in arenoſis ad litus maris adriatici (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Affinis praecedenti, ſed differt radice lignoſa, perenni; caule ſuffruticoſo, plerumque adſcendente, minus

carnoſo; internodiis omnibus fere aequalibus. Imprimis vero diſtinguitur ſpicis magis ſeſſilibus, cilindraceis, obtuſis et geniculis breuiſſimis.
In hac etiam ſtamina plerumque duo obſeruantur.

19. LEMNA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 1400. — Iuſſ. Gen. p. 19. ſub Lenticula.

Cal. monophyllus. *Cor.* nulla. *Capſ.* ſupera, 1- vel 2locularis, 2- vel polyſperma.

1. LEMNA *triſulca*, foliis petiolatis elliptico-lanceolatis proliferis.

Lemna triſulca. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 92. *Smith. Britan.* 3. p. 956. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 420. *Pollich. Palat.* n. 867. — *Engl. Bot.*

Lenticula triſulca. *Scop. Carn.* n. 1143.

Hydrophace caule filiformi, foliis ellipticis, lanceolatis, viuiparis. *Hall. Helv.* n. 1901.

Lenticularia ramoſa, monorrhiza, foliis oblongis, pediculis longioribus donatis. *Mich. Gen.* p. 16.

Lenticula aquatica triſulca. *I. Bauh. Hiſt.* p. 777. c. ic.

Hederula aquatica. *Lob. Ic.* 2. p. 36.

Ic. *Engl. Bot. t.* 926. *I. Bauh. l. c.*
Mich. l. c. t. 11. *f.* 5. *Lob. l. c.*

Germ. Dreiſpitzige Waſſerlinſe.
In foſſis, lacubus, ſtagnis.
Annua. Flor. Iunio, Iulio.
Radices ſolitariae, ſimplices, breues. Folia pallide viridia, elliptico-lanceolata, ſubrepanda vel denticulata, apice acutiuſcula, baſin verſus in petiolum attenuata, ſubtus medio vtrinque folium exſerentia, hinc triſulca ſ. potius ternata. Folia transuerſalia ſ. lateralia, mox maiora et longius petiolata, ſucceſſu temporis pariter vtrinque ſubtus nouas proles exſerunt; adeo, vt haud raro millena et plura, hac propagatione orta, indiuidua reticulatim inuicem coniuncta reperiantur. Flores, primo ab acutiſſimo Turnero (cf. *Engl. Bot.* l. c.) detecti, e rima marginali foliorum ſolitarii proueniunt et polygami

ſunt, nempe hermaphroditi, admixtis nonnullis masculis. "Calix integer. Stamina adſcendentia, alba, antheris didymis, flauis. Germen ouatum, ſtigmate bifido." *Smith.* — Capſula adhuc ignota.

Michelio praeeunte, omnes fere auctores, excepto *Smithio*, hanc plantam perperam cauleſcentem deſcribunt.

2. LEMNA *minor*, foliis obouatis vtrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis.

Lemna minor. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 92. *Smith. Britan.* 3. p. 937. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 220. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 421. *Ehrh. Beitr.* 1. p. 50. *Pollich. Palat.* n. 868. — *Engl. Bot.*

Lenticula minor. *Scop. Carn.* n. 1142.

Hydrophace monorrhiza, foliis planis ouatis. *Hall. Helv.* n. 190?.

Lenticularia minor, monorrhiza, foliis ſubrotundis, vtrinque viridibus. *Mich. Gen.* p. 16.

Lenticula paluſtris, vulgaris. *Vaill. Par.*

Lens paluſtris. *Raj. Syn.* p. 129.

Lenticula paluſtris. *Valisn. in Epher. N. C. Cent.* 1. *App.* p. 166. *Ejusd. Oper.* 2. p. 81.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1095. *Schkuhr. l. c. t.* 281. *Mich. l. c. t.* 11. *f.* 3. *Vaill. l. c. t.* 20. *f.* 3. *Raj. l. c. t.* 4. *f.* 1. *Valisn. Op. l. c. t.* 14. 15. *Idem in Eph. l. c. t.* 2. 3.

Germ. Kleine Waſſerlinſe.

In aquis ſtagnantibus, foſſis, lacubus vbique.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Latis ceſpitibus aquis innatare ſolent plantae paruae (diametro longitudinali 1 vel $1\frac{1}{2}$ lineam circiter attingentes), foliis duobus aut tribus, baſi coniunctis, obouatis, integerrimis, ſuperne planis, ſubtus conuexiuſculis compoſitae. Horum ſingula e dorſi medio emittunt radicem ſolitariam, ſimplicem. Flores e foliorum margine, ſemper hermaphroditi. Calix bilobus. Stigma ſecundum *Smithium*, vt in priori, bifidum, ex *Schkuhrii* vero obſeruatione ſubcapitatum et obtuſum. Capſulam, quoad germinis formam,

monofpermam effe autumat *Schkuhrius;* fi vero *Lemna gibba Web. Holf.* p. 66. re vera *minor* eft, vt *Smithio*, quoad defcriptionem in *Prim. Fl. Holf.* datam, videtur, capfula fecundum *Weberum* bilocularis et bifperma dici poffet. — Color plantae laete viridis, fubtus paulo dilutior.

3. LEMNA *gibba*, foliis obouatis conuexiufculis fubtus hemifphaericis, radicibus folitariis.

Lemna gibba. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 93. *Smith. Britan.* 1. p. 957. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 220. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 421. *Ehrh. Beitr.* 1. p. 43. — *Engl. Bot.*

Hydrophace monorrhiza, foliis puluinatis, inferne conuexiffimis. *Hall. Helv.* n. 1898.

Lenticula paluftris, maior, inferne magis conuexa, fructu polyfpermo. *Mich. Gen.* p. 15.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1233. *Mich. l. c. t.* 11. *f.* 1.
Schkuhr. l. c. t. 281.

Germ. Bucklige Wafferlinfe.
Iisdem cum priori locis, fed rarior.
Annua. Flor. Iunio, Iulio.
Affinis praecedenti, fed paulo maior ac fubtus conuexo-puluinata f. hemifphaerica et magis fpongiofa. Flores etiam hermaphroditi. Calix eft margo obfoletus poft anthefin cito euanefcens. Stamina quoque duo, quorum alterum, obferuante *Schkuhrio*, primo apparens, alterum anthera euanefcente vel faltem effoeta, excipit. Stigma a *Smithio* obtufum (cui quoque icon in *Engl. Bot.* data refpondet), a *Schkuhrio* capitatum et fuperne excauatum dicitur. Capfula matura fecundum *Michelium* compreffa et 4-6 feminibus repleta.
Variat colore purpurafcente.

4. LEMNA *polyrrhiza*, foliis rotundo-obouatis, radicibus confertis.

Lemna polyrrhiza. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 93. *Smith. Britan.* 3. p. 958. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 219. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 422. *Web. Hols.* n. 705. *Pollich. Palat.* n. 869.

Hydrophace polyrrhiza, foliis ouatis, planis. *Hall. Helv.* n. 1899.

Lenticularia maior, polyrrhiza, inferne atropurpurea. *Mich. Gen.* p. 16.

Lenticula paluſtris, maior. *Raj. Syn.* p. 129. *Vaill. Par.*

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 281. *Vaill. l. c. t.* 20. *f.* 2. *Mich. l. c. t.* 11. *f.* 1. *Raj. l. c. t.* 4. *f.* 2.

Germ. Vielwurzliche Waſſerlinſe.

In foſſis, ſtagnantibus, lacubus.

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Habitus duarum praecedentium. Differt praecipue foliis duplo triploue maioribus, rotundioribus, obtuſioribus, ſubtus ſubconuexis atro-purpureis et frequentius radicatis. Flores ſecundum *Weberum* inter duplicaturam laminae vtriusque, eo latere, vbi vnum folium altero inſinuatur. Capſula ex eiusdem obſeruatione fere vt in priori (*minori?* ſecundum *Smithium*), ſed maior et magis compreſſa. — Hanc ſpeciem, ob aerem in veſiculis per frigus contractum, hyeme fundum petere, ineunte vere per calorem rarefactum iterum adſcendere, poſt *Valisnerium*, *Hallerus* aliique putant; ſed breuis plantae duratio huic opinioni obſtat.

Lemna polyrrhiza cum reliquis conuenit loco, duratione, propagatione prolifica, ſubſtantia ſubcarnoſa, plus minus ſpongioſa, ſuperficie glaberrima et radicibus ad extremitates vaginis, muscorum calyptris haud disſimilibus, veſtitis.

Lemnae genus a *Linnaeo* Monoeciae Diandriae adnumeratum, ob florum ſtructuram nequaquam monoicam, maiori iure, plurium auctoritate intercedente, in hac claſſe ſibi locum vindicat. Vlterius vero adhuc in omnium ſpecierum fructus eſſet inquirendum, vt characteri generico maior firmitas accederet.

20. CLADIVM Brown.

Brown. Iam. p. 114.

Cal. multiualuis, vniflorus, valuulis glumaceis, imbricatis: exterioribus minoribus. *Cor.* nulla. *Nux* putamine duplici.

1. CLADIVM *germanicum*, culmo tereti, corymbis confertis, floribus fafciculatis.

Schoenus Marifcus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 259. *Smith. Britan.* 1. p. 43. *Wulf. in Jacq. Collect.* 3. p. 72. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 46. *Ehrh. Beitr.* 4. p. 48. *Ejusd. Phyt.* — *Engl. Bot. Flor. Dan. Hopp. Plant. Alp.*

Marifcus panicula ramofa, foliorum oris dorfoque ferratis. *Hall. Helv.* n. 1343.

Marifcus. *Hall. Gotting.* p. 57.

Pfeudo-cyperus paluftris, foliis et carina ferratis. *Scheuchz. Agroft.* p. 375.

Cyperus longus maior et elatior foliis et carina ferratis. *Moris. Hift.* 3.

Cyperus longus inodorus fyluefiris. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 503. 504. c. ic.

Cyperus longus inodorus germanicus. *C. Bauh. Theatr.* p. 220. 221. c. ic.

Ic. *Noftr. t.* 5. *f.* 7. — *Moris. l. c. fect.* 8. *t.* 11. *f.* 24.
Engl. Bot. t. 950. — *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 1202. — *C. Bauh. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 8. *f.* 7-11.

Exf. *Hopp. l. c. Cent* 2. — *Ehrh. l. c. n.* 21.

Germ. Deutfches Sumpfgras.

In paludibus, pratis vdis, aquis ftagnantibus Carinthiae (*Wulfen*), Auftriae (*Hoft*), Bavariae (*Hoppe*), Sueviae inter Petershaufen et Wolmadingen, (*Schreckenftein*), Elect. Hannoverani im Denkerhäufer Teiche verfus Nordheim (*Haller*), prope Sage (*Roth*) alibique — Ducat. Megapolitani (*Timm*), Holfatiae (*Weber*), Silefiae? (*Krocker*).

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix repens. Culmus a duobus ad fex pedes altus, erectus, rigidus, ftriatus, glaber, nodofus, foliofus, teres, fuperne trigonus et ramofus. Rami axillares, gemini aut folitarii, floriferi, compreffi, altero latere conuexiufculo, ftriati, glabri, apicem verfus fcabri. Folia erecta, rigida, linearia, in acumen longiffimum definentia, carinata, apicem verfus triquetra, ftriata, margine carinaque hifpida; culmea fenfim minora anguftioraque. Vaginae ftriatae, glabrae, teretes: foliorum floralium fubcompreffae. Corymbi terminales

lateralesue, floribus in pedunculorum apice in fasciculum aggregatis. Pedunculi inaequales, compreſſi, glabri, ſimplices vel ſubdiuiſi, ad baſin bractea membranacea, in foliolum acuminatum, ſerrulatum attenuata vaginati. Flores parui, oblongo-ouati, acutiuſculi, fuſci, nitidi; fructus maturitate ex ſubrotundo ouati et ferruginei coloris. Bractea ſub ſingulis floribus concaua, acuminata, glumis dilutior. Calix e glumis 4-5, imbricatis, concauis, acutiuſculis, vnineruibus compoſitus, quarum exteriores minores, ouatae; interiores maiores, oblongo-lanceolatae, genitalia includentes. Germen ouatum, acutum. Stilus vnicus, ſtigmatibus duobus, ſubinde tribus. Stamina duo, rariſſime tria. Nux putamine duplici: exterius ſubſtantiae tenuioris ac fragilioris, ex ouata baſi in apicem ſubtrigonum, obſolete corrugatum deſinens; pagina exteriori laeuiſſima, nitida, caſtanea, interiori farina tenui, vireſcente adſperſa. Putamen interius ſubrotundum, craſſiuſculum, oſſeum, griſeum, nitore expers, ſtriis quatuor concentricis exaratum, nullatenus vero quadrialatum, vt a pluribus deſcribitur. Nucleus putaminis interioris cauitati conformis, punctato-ſcaber, ex palleſcente albidus.

Singulari fructus ſtructura, ab omnibus cum neglecta, tum ab *Ehrharto* male intellecta, haec planta tanquam genus diſtinctius Cyperoidearum conſtituitur. Altera huc referenda ſpecies, eſt *Schoenus Cladium* *Swartz. Ind. Occ.* 1. p. 97, diuerſus culmo trigono; paniculis diffuſis; pedunculis longioribus gracilioribusque; faſciculis paucioribus floribus compoſitis, fructibus rotundioribus, ſetis obuallatis aliisque notis. *Cladium occidentale* nominari poſſet et hac differentia inſigniri: *culmo trigono, paniculis diffuſis, fructibus ſetis cinctis.* Forte et *Schoenus cephalotes* et nonnullae aliae Schoeni ſpecies huic generi ſunt adnumerandae. Nec tamen *Halleri Mariscus* pro *Cladii* congenere haberi poteſt; quemadmodum et *Gaertneri Mariscus* proprium genus conſtituere videri haud poteſt, ſpeciebus ab eo allatis a Scirpo vel Schoeno haud commode disiungendis.

II. DIGYNIA.

21. ANTHOXANTHVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 58. Iuff. Gen. p. 29. Vent. Tabl. 2. p. 96.

Cal. glumaceus, biualuis, vniflorus. *Cor.* glumacea, duplex, vtraque biualuis: exteriori ariſtata; interiori minima, mutica. *Sem.* corollae interiori adnatum.

1. ANTHOXANTHVM *odoratum*, panicula ſpicata cilindracea.

Anthoxanthum odoratum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 156. *Hoſt. Gram.* 1. p. 5. *Koel. Gram.* p. 68. *Smith. Britan.* 1. p. 31. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 35. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 18. *Pollich. Palat.* n. 29. *Leers. Herborn.* n. 25. *Schreb. Gram.* 1. p. 49. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Mill. Illuſtr. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Auena diantha, folliculo villoſo, calycis glumis inaequalibus, altero de imo dorſo, altero de ſummo ariſtata. *Hall. Helv.* n. 1491.

Gramen alopecurum, ſpica glumoſa lutea, villis criſpis. *Barrel. Ic.*

Gramen pratenſe, ſpica flaueſcente. *C. Bauh. Theatr.* p. 44. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 88.

Gramen anthoxanthon ſpicatum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 466. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 5.	*Flor. Dan. t.* 666.
Engl. Bot. t. 647.	*Leers. l. c. t.* 2. *f.* 1.
Curt. l. c. faſc. 9.	*Barrel. l. c. t.* 24. *f.* 1.
Schkuhr. l. c. t. 4.	*Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 25.
Schreb. l. c. t. 5.	*I. Bauh. l. c.*
Mill. t. 4.	*C. Bauh. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 41.

Germ. Gelbes Ruchgras.

In pratis, paſcuis montanis et alpinis.

Perennis. Flor. in demiſſis Maio, Iunio; in alpibus tota aeſtate.

Radix fibrofa. Culmi plures pedales, bipedales, tenues, erecti, teretes, ftriati, glabri, fuperne nudi. Folia breuia, linearia, acuta, plana, glabra, fubinde verfus bafin pilis breuibus infperfa, margine fcabra, ad vaginae oram pilis longioribus ac frequentioribus ftipata. Vaginae teretes, profunde ftriatae, glabrae: inferiores plerumque pubefcentes. Ligula obtufa, demum lacinulata. Panicula fpicata, cilindracea, acuta, faepe interrupta, bafi attenuata: iunior viridis; adultior flauefcens. Rachis fubteres, glabra. Rami breues, pubefcentes: inferiores binati vel ternati; fuperiores pauciores. Flores lanceolati, acuminati, fuperne compreffi, immixtis multis fterilibus, praecipue in paniculae inferiori parte: fub anthefi patentes; rachi appreffi ante et poft anthefin. Glumae calicinae inaequales, acutae, muticae, carina fcabrinfculae, reliqua parte glabrae vel leuiter pubefcentes, carina viridi: exteriori vninerui, interiorem duplo longiorem, trineruem amplectente. Corolla duplex, vtraque biualuis: exterioris glumae bafi coalitae, longitudine glumae calicinae minoris, fubaequales, obtufae, crenulatae, pilis appreffis fufcis tectae: altera dorfo ariftata, arifta recta, calice breviori; altera fupra bafin ariftam emittente calicem excedentem, geniculatam et demum infra geniculum tortam. Corolla interior (Nectarium *Linn.*) germen includens, minima, glumis tenuiffimis, fubaequilongis, obtufis, muticis, glabris: exteriori latiori, trinerui, interiorem anguftiorem, vnineruem amplectente. Semen corollae interiori adnatum.

Gramen, inprimis exficcatum, odorem fpargit gratum, ad *Afperulam odoratam* accedentem.

Variat quandoque panicula duplici.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores ſuperi.*

22. VALERIANA. *Cal.* o. *Cor.* monopetala, 5fida, baſi hinc gibba. *Sem.* 1, pappo plumoſo coronatum.

23. FEDIA. *Cal.* dentatus. *Cor.* 5fida, baſi hinc gibba. *Nux* 2-3locularis: loculo vno alteroue ſterili.

25. CROCVS. *Cor.* 6partita, erecto-patula, aequalis: tubo longiſſimo. *Stigmata* tria, inuoluta.

26. IXIA. *Cor.* 6partita, patens, aequalis. *Stigmata* tria, anguſtiſſima, bifida.

27. GLADIOLVS. *Cor.* 6partita, inaequalis: laciniis ſuperioribus conuergentibus. *Stam.* adſcendentia.

28. IRIS. *Cor.* 6partita: laciniis alternis, reflexis. *Stigmata.* petaloidea.

†† *Flores inferi.*

24. POLYCNEMVM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Vtriculus* monoſpermus.

††† *Flores inferi, glumacei.*

29. SCHOENVS. *Cal.* glumae vniualues, vndique imbricatae: interioribus fertilibus; exterioribus ſterilibus, minoribus. *Cor.* o. *Nux* nuda vel ſetis cincta.

30. CYPERVS. *Cal.* glumae vniualues, vniflorae, diſtiche imbricatae: duabus exterioribus ſaepe ſterilibus. *Cor.* o. *Sem.* nudum.

31. SCIRPVS. *Cal.* glumae vniualues, vniflorae, vndique imbricatae: exteriarum vna alteraue ſaepe ſterili. *Cor.* o. *Nux* nuda vel ſetis cincta.

32. ERIOPHORVM. *Cal.* glumae vniualues, vniflorae, vndique imbricatae. *Cor.* o. *Nux* lana longiſſima cincta.

33. ELYNA. *Cal.* glumae vniualues, vniflorae, vndique imbricatae. *Cor.* duplex, vtraque vniualuis: exteriori maiori, dorſo rachi appreſſa; interiori anguſtiori, laterali, genitalia inuoluente. *Nux* ſetis nullis cincta.

34. NARDVS. *Cal.* o. *Cor.* biualuis.

* *Alopecuri nonnulli; Iuncus conglomeratus, vliginoſus.*

D I G Y N I A.

† *Calices vniflori.*

* *hermaphroditi.*

1 *corolla vniualui.*

45. TRICHODIVM. *Cal.* valuae inaequales, acutae, liberae. *Cor.* glumacea.

39. ALOPECVRVS. *Cal.* valuae ſubaequales, acutae, baſi connatae. *Cor.* glumacea.

35. CHAMAGROSTIS. *Cal.* valuae ſubaequales, truncatae, liberae. *Cor.* pilis parallelis, baſi coniunctis et genitalia includentibus compoſita.

11 *corolla biualui.*

36. SYNTHERISMA. *Cal.* triualuis, valuis corollae appreſſis, inaequalibus: tertia minima. *Cor.* valua exteriori conuexa, interiorem planiuſculam amplectente. *Sem.* corticatum.

37. DIGITARIA. *Cal.* biualuis, valuis inaequalibus patentibus. *Cor.* calice maior, compreſſa, valuis ſubaequilongis. *Sem.* corticatum.

38. CRYPSIS. *Cal.* biualuis, inaequalis. *Cor.* calice maior, compreſſa, inaequalis. *Sem.* liberum.

41. PHALARIS. *Cal.* biualuis, valuis ſubaequalibus, corollam duplicem includentibus. *Sem.* corolla interiori corticatum.

42. PHLEVM. *Cal.* biualuis, valuis ſubaequalibus, mucronato-ſubariſtatis, corollam ſimplicem muticam includentibus. *Sem.* liberum.

43. POLYPOGON. *Cal.* biualuis, valuis ſubaequalibus, compreſſis, ariſtatis, corollam ariſtatam includentibus. *Sem.* liberum.

44. MILIVM. *Cal.* biualuis, valuis ventricoſis, muticis, corollam includentibus. *Sem.* corticatum.

46. AGROSTIS. *Cal.* biualuis, valuis compreſſis, muticis. *Cor.* calice minor, baſi obſolete piloſa. *Sem.* liberum.

47. ARVNDO. *Cal.* biualuis. *Cor.* pilis perſiſtentibus cincta.

48. SACHARVM. *Cal.* biualuis, extus lanugine ſericea veſtitus.

49. LAGVRVS. *Cal.* biualuis, ariſtatus. *Cor.* ariſtis 2 terminalibus et 1 dorſali.

50. STIPA. *Cal.* biualuis. *Cor.* ariſta terminali, longiſſima, baſi articulata.

71. LAPPAGO. *Cal.* biualuis: exteriori maiori, cartilaginea, echinata; interiori minutiſſima, nuda.

70. ROTTBOELLIA. *Cal.* 1-2 valuis, lateralis. Flores racheos articulorum ſcrobiculis inſidentes.

40. LEERSIA. *Cal.* o. *Cor.* clauſa.

* *Melica ciliata, vniflora.*

** *polygami.*

51. ANDROPOGON. *Cal.* oppoſitus, biualuis. *Cor.* biualuis, ariſtata. *Flor.* maſculi pedunculati, ſolitarii v. gemini, ſingulis hermaphroditis adſtantes.

68. HORDEVM. *Cal.* lateralis, biualuis, ternus: floſculo intermedio hermaphrodito; lateralibus maſculis v. neutris. *Cor.* biualuis, ariſtata.

†† *Calices biflori.*

* *hermaphroditi.*

64. SECALE. *Cal.* biualuis, aequalis. *Cor.* apice longiſſime ariſtata.

54. AIRA. *Cal.* biualuis, inaequalis. *Cor.* ſupra baſin ariſtata, rarius mutica. Floſculi absque interiecto rudimento.

55. MELICA. *Cal.* biualuis, cum rudimento tertii flosculi. *Cor.* mutica.

** Cynosurus echinatus; Sesleriae et Auenae nonnullae.*

*** polygami.*

53. HOLCVS. *Cal.* biualuis. *Cor.* masculi arista dorsali. *Sem.* liberum v. corollae membranaceae adnatum.

52. PANICVM. *Cal.* biualuis. *Cor.* mutica v. apice aristata. *Sem.* corolla cartilaginea corticatum.

††† *Calices multiflori.*

(Flosculi omnes hermaphroditi, v. flosculus terminalis s. vltimus tantum masculus v. neuter.)

** calice vniualui.*

66. LOLIVM. *Cal.* lateralis, fixus.

*** calice biualui.*

69. AEGILOPS. *Cal.* 3-4florus, ventricosus, coriaceus, truncatus corollaque apice aristatus, aristis variis.

56. SESLERIA. *Cal.* 2-3florus, compressus, acutiusculus, subaristatus. *Cor.* apice aristata, aristis variis.

57. POA. *Cor.* valuis subouatis, acutiusculis, muticis.

58. BRIZA. *Cor.* ventricosa: valuis cordatis obtusis.

59. DACTYLIS. *Cal.* oppositus: valua maiori hinc conuexa latiori, inde depressa angustiori. *Cor.* valuae lanceolatae, muticae.

67. ELYMVS. *Cal.* lateralis, geminus aut ternus: valuis subaequalibus. *Cor.* valuae lanceolatae: exteriori mutica v. apice aristata.

61. FESTVCA. *Cal.* oppositus, solitarius, inaequalis. *Cor.* valuae lanceolatae: exteriori acuminata, mutica v. in aristam attenuata.

65. TRITICVM. *Cal.* oppositus, solitarius, subaequalis. *Cor.* valuae lanceolatae: exteriori mutica v. in aristam attenuata.

62. BROMVS. *Cor.* valuae lanceolatae: exteriori ſub apice ariſtata.

63. AVENA. *Cor.* valuae lanceolatae: exteriori dorſo ariſtata.

60. CYNOSVRVS. *Cal.* 2-5florus, inuolucro diſticho glumaceo ſtipatus. *Cor.* valuae lineari-lanceolatae: exteriori mutica v. apice ariſtata.

* *Arundo Phragmites et Donax; Airae nonnullae; Holcus odoratus et repens; Secale villoſum.*

TRIGYNIA.

72. MONTIA. *Cal.* 2phyllus. *Cor.* 1petala. *Capſ.* 3valuis, 3ſperma.

74. POLYCARPON. *Cal.* 5phyllus. *Pet.* 5. *Capſ.* 3valuis, polyſperma.

73. HOLOSTEVM. *Cal.* 5phyllus. *Pet.* 5. *Capſ.* apice 6valuis, polyſperma.

* *Alſine media; Elatine triandra; Arenaria viſcoſa et ſegetalis.*

III. TRIANDRIA.

I. MONOGYNIA.

22. VALERIANA Gaertn.

Vent. Tabl. 2. p. 561. t. 12. f. 6. Gaertn. Fruct. 2. p. 35. t. 86.

Cal. nullus, (nisi margo inuolutus germen coronans et per maturitatem in pappum resolubilis). *Cor.* monopetala, quinquefida, basi hinc gibba, supera. *Sem.* vnicum, pappo plumoso coronatum.

1. VALERIANA *dioica*, floribus triandris dioicis, foliis radicalibus ouatis: caulinis pinnatis.

Valeriana dioica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 176. *Smith. Britan.* 1. p. 37. *Schmidt. Bohem.* n. 101. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 37. *Pollich. Palat.* n. 30. *Scop. Carn.* n. 40. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Kniph. Origin. ed. Tramp. Hopp. Herb.*

Valeriana foliis radicalibus petiolatis, ouatis, caulinis pinnatis, sexu distincta. *Hall. Helv.* n. 208.

Valeriana minor. *Blackw. Herb. Riv. Monop.*

Valeriana minor pratensis, vel aquatica. *I. Bauh. Hist.* 3. p. 211. c. ic.

Valeriana syluestris secunda minor. *Clus. Hist.* p. LV. c. ic.

Phu minus. *Tabern. Kräuterb.* p. 455. c. ic.

Valeriana minor syluestris. *Lob. Hist.* p. 411. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 715.

Ic. *Engl. Bot. t.* 628. *Riv. l. c.*
Curt. l. c. fasc. 47. *Clus. l. c.*
Flor. Dan. t. 687. *Tabern.* l. c.
Blackw. t. 484. *Lob. Hist. et Ic. l. c.*

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 11.

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 3.

Germ. Kleiner Baldrian.

In pratis humidis, palustribus.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix horizontaliter ſub terra diſcurrens et fibris, ex geniculis vndique demiſſis, radicata. Caulis baſi ſtoloniferus, pedalis, bipedalis, tetragonus, ſtriatus, glaber, rarius pube obſoleta, imprimis ad genicula, ſtipatus. Folia glabra, quandoque obſolete pubeſcentia, venoſa: radicalia petiolata, ouata, integerrima; caulina petiolo lato amplexicaulia, pinnata, pinnis integris, ſenſim maioribus: impari maxima. Folia ſumma ſeſſilia, laciniis anguſtioribus. Flores maſculi in corymbum laxum, feminei in conglobatum diſpoſiiti. Corollae infundibuliformes, carneae vel ex carneo purpuraſcentes; femineorum minores. Stamina corolla paulo longiora. Stigma obſolete bi-trifidum. Variat floribus hermaphroditis, ſaltem reſpectu ad ſtructuram partium habito.

2. VALERIANA *officinalis*, floribus triandris, foliis omnibus pinnatis.

Valeriana officinalis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 177. *Smith. Britan.* 1. p. 38. *Schmidt. Bohem.* n. 103. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 58. *Pollich. Palat.* n. 31.

Valerina foliis pinnatis, pinnis dentatis. *Hall. Helv.* n. 210.

α. Foliis latioribus.

Valeriana officinalis. *Engl. Bot.* *Curt. Lond.* *Flor. Dan.*

Valeriana *Hall. l. c.* β.

Valeriana *Riv. Monop.*

Phu vulgare. *Tabern. Kräuterb.* p. 455. c. ic.

Phu germanicum. *Fuchs. Hiſt.* 857. c. ic.

Ic. *Engl. Bot.* *t.* 698. *Riv. l. c.*
Curt. l. c. faſc. 67. *Tabern. l. c.*
Flor. Dan. t. 570. *Fuchs. l. c.*

β. Foliis anguſtioribus.

Valeriana officinalis. *Plenk. Ic. Med.*

Valeriana *Hall. l. c.* α.

Valeriana foliis anguſtioribus. *Riv. Monop.*

Valeriana ſylueſtris. *Blackw. Herb.*

Phu minus. *Camer. Epit.* p. 22. c. ic.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 27. *Riv. l. c.*
Blackw. l. c. t. 271. *Camer. l. c.*

Germ. Gemeiner Baldrian.

In humidis, paludofis; *β.* in ficcioribus.

Perennis. Flor. Iulio.

Radix fubpraemorfa, fibris numerofis, longis aucta, extus fufca, interne alba; odoris fragrantis, fubnaufeofi et faporis ingrati, amaricantis. Caulis altitudine 3-4pedum, teres, fulcatus, ad genicula villofus, ceterum glaber, fuperne in ramos floriferos, aphyllos diuifus. Folia omnia pinnata: pinnis lanceolatis, venofis, glabris, modo oppofitis modo alternis, plerumque dentatis, rarius integerrimis: inferioribus remotioribus; vltimis cum impari confluentibus. Foliorum cofta et petiolorum bafis plus minus villofa. Flores paniculato-corymbofi, hermaphroditi, triandri, ex albido carnei, odore fambucino. Corollae infundibuliformes, laciniis obtufis. Stamina corollam aequantia. Stilus longitudine ftaminum. Stigma trifidum.

In *β.* omnia tenuiora et radix grauius olens.

3. VALERIANA *Phu*, floribus triandris, foliis radicalibus indiuifis: caulinis pinnatis.

Valeriana Phu. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 177. *Schmidt. Bohem.* n. 104. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 39. *Krock. Siles.* n. 50. *Gmel. Tubing.* p. 11. *Mattus.* n. 29. — *Plenk. Ic. Med. Blackw. Herb.* — *Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Valeriana hortenfis flore albo. *Riv. Monop.*

Valeriana maior odorata radice. *I. Bauh. Hift.* 3. p. 209. c. ic.

Phu verum. *Tabern. Kräuterb.* p. 454. c. ic.

Valeriana maior. *Lob. Hift.* p. 411. c. ic.

Valeriana maior Phu. *Lob. Ic.* 1. p. 714.

Valeriana hortenfis. *Dodon. Hift.* p. 349. c. ic.

Phu magnum. *Fuchs. Hift.* 856. c. ic.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 28. — *Tabern. l. c.*
Blackw. t. 250. — *Lob. Hift. et Ic. l. c.*
Riv. l. c. — *Dodon. l. c.*
I. Bauh. l. c. — *Fuchs. l. c.*

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 5.

Germ. Groſser Baldrian.

In humidis, ſiluis montoſis Sueviae, prope Tubingam (*Gmelin*), Hechingen (*Schreckenſtein*) — in Sileſia? (*Mattuſchka, Krocker*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix craſſa, obliqua, inferne ſibras multas emittens, odore et ſapore fere praecedentis. Caulis bi-tripedalis et altior, teres, laeuis, glaucus, ſuperne in ramos floriferos, aphyllos diuiſus. Folia venoſa, glabra: radicalia oualia vel obouata, integerrima, in petiolum longum decurrentia; his proxima ſaepius bi- aut triloba, lobo intermedio maiori; caulina inferiora breuius petiolata, pinnatiſida, laciniis lanceolatis, acutis, integerrimis: extremis nonnunquam dentatis; caulina ſuperiora ſubſeſſilia, pinnata, pinnis lineari-lanceolatis. Corymbi in caule ramisque terminales. Flores hermaphroditi, triandri, ſuauiter olentes. Corollae albae, infundibuliformes, laciniis oblongis, obtuſis. Stamina corolla paulo longiora. Stigma plerumque triſidum.

In Suevia lectum ſpecimen miſit, vna cum multis aliis rarioribus plantis, Vir amiciſſimus, Dr. *Petif*.

4. VALERIANA *tripteris*, floribus triandris, foliis radicalibus cordatis: caulinis ternatis.

Valeriana tripteris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 177. *Braun. Salisb.* n. 38. *Schrank. Salisb.* n. 62. *Ejusd. Bavar.* n. 99. *Ejusd. Berchtesg.* n. 18. *Schmidt. Bohem.* n. 105. *Jacq. Auſtr.* 3. p. 38. *Ejusd. Vind.* p. 201. *Scop. Carn.* n. 41. — *Hopp. Plant. Alp.* *Ejusd. Herb.*

Valeriana foliis radicalibus petiolatis, cordatis, ſerratis, caulinis tripteris. *Hall. Helv.* n. 211.

Valeriana alpina ſaxatilis minor flore albo. *Barrel. Ic.*

Valeriana alpina minor, planta palmaris. *Pluk. Phyt.*

Valeriana minima, planta vtplurimum vncialis et biuncialis. *Pluk. Phyt.*

Valeriana ſylueſtris alpina. *Moris. Hiſt.* 3.

Valeriana alpina. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 208. c. ic.

Valeriana alpina prima. *C. Bauh. Prodr.* p. 86. c. ic.

Ic. *Jacq. Auſtr. l. c. t.* 268. *Moris. l. c. ſect.* 7. *t.* 14. *f.* 10.
Barrel. l. c. t. 742. *I. Bauh. l. c.*
Pluk. l. c. t. 231. *f.* 7. 8. *C. Bauh. Prodr. l. c.*

Exſ. *Hopp. Pl. Alp. Cent.* 1. *Hopp. Herb. Cent.* 3. n. 4.

Germ. Dreiblättriger Baldrian.

In ſiluis ſubalpinis et alpinis Circuli Auſtriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoſt*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenſis, Bavariae (*Schrank*) — in montoſis Sueviae (*Schreckenſtein*) — rariſſime in ſilua Bohemica verſus St. Guntherum in montanis ſcopulis (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix teretiuſcula, ligneſcens, multiceps et odorata. Caulis pedalis, ſeſquipedalis, ſtriatus, glaber, inferne teres, ſuperne cum ramis tetragonus. Folia venoſa, plus minus pubeſcentia, imprimis ad petiolorum baſin: radicalia longe petiolata, cordata, obtuſa, ſubdentata aut integerrima; caulina ſubſeſſilia, ternata, ouata vel oblongo-ouata, acuta, euidentius dentata: intermedio maiori. Folia ſumma ſeſſilia, anguſtiora, integerrima, ſimplicia. Flores corymboſi, hermaphroditi, triandri, odorati. Corolla alba aut rubella, infundibuliformis, laciniis obtuſis, ſaepe crenulatis. Stigma obſolete trifidum.

Folia omnia ſubinde ſimplicia. — Cl. *Hoppe* (*Taſchenb.* 1802. p. 237.) inſuper huius et ſequentis ſpeciei duplicem varietatem obſeruauit, quarum altera floribus maioribus, ſtaminibus corolla multo longioribus, ſtilo breuiſſimo; altera floribus minoribus, magis rubris, ſtaminibus corolla minoribus et ſtilo corolla multo longiori eſt inſtructa.

5. VALERIANA *montana*, floribus triandris, foliis ouatis: inferioribus obtuſis; ſuperioribus acutis.

Valeriana montana. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 178. *Braun. Salisb.* n. 39. *Schrank. Salisb.* n. 63. *Ejusd. Bavar.* n. 100. *Ejusd. Berchtesg.* n. 19. *Schmidt. Bohem.* n. 106. *Jacq. Auſtr.* 3. p. 38. *Ejusd. Vind.* p. 202. *Scop. Carn.* n. 42. — *Hopp. Plant. Alp. Ejusd. Herb.*

Valeriana foliis ouatis, acuminatis, obiter dentatis. *Hall. Helv.* n. 212.

Valeriana alpina Scrophulariae folio. *Moris. Hiſt.* 3.

Valeriana alpina folio Scrophulariae. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 208.

Valeriana alpina Scrophulariae folio. *C. Bauh. Prodr.* p. 87. c. ic.

Valeriana ſylueſtris alpina prima latifolia. *Clus. Hiſt.* p. LV. c. ic.

Ic. *Jacq. Auſtr. l. c. t.* 269. *C. Bauh. Prodr. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 7. *t.* 15. *ſ.* 11. *Clus. l. c.*

Exſ. *Hopp. Pl. Alp. Cent.* 1. *Hopp. Herb. Cent.* 3. n. 3.

Germ. Berg-Baldrian.

In ſiluis ſubalpinis et alpinis Circuli Auſtriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoſt*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenſis, Bavariae (*Schrank*).

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix horizontalis, ramoſa, diffuſa, teretiuſcula, parum odorata, ſurſum hinc inde caules, deorſum fibras capillaceas effundens. Caules pedales, ſeſquipedales, profunde ſtriati, pubeſcentes, praecipue ad foliorum coniugationem; inferne, teretes, ſuperne cum ramis tetragoni. Folia venoſa, marginem verſus pilis breviſſimis adſperſa: radicalia petiolata, ouata aut cordato-ouata, obtuſa, ſubdentata; caulina inferiora breuiter petiolata, ouata, acuta, magis minusue dentata; ſumma ſubſeſſilia, acutiora. Petioli pubeſcentes. Corymbi denſi, floribus hermaphroditis, triandris. Corollae vtplurimum rubellae vel carneae, infundibuliformes, laciniis obtuſis, ſaepe crenulatis. Stigma obſolete trifidum.

Variat 1. Foliis omnibus ſubintegerrimis, 2. Foliis vndique pubeſcentibus et 3. Foliis caulinis profunde et inaequaliter dentatis.

6. VALERIANA *ſaxatilis*, floribus triandris dioicis, foliis radicalibus oualibus in petiolum longum decurrentibus: caulinis duobus oppoſitis ſeſſilibus lineari-lanceolatis.

Valeriana ſaxatilis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 179. *Braun. Salisb.* n. 41. *Schrank. Salisb.* n. 65. *Ejusd. Bavar.* n. 101. *Ejusd. Berchtesg.* n. 20. *Schmidt. Bohem.* n. 107. *Krock. Siles.* n. 52. *Jacq. Auſtr.* 3. p. 37. *Ejusd. Vind.* p. 204. *Scop. Carn.* n. 43. — *Hopp. Plant. Alp.*

Valeriana alpina nardo celticae ſimilis. *Moris. Hiſt.* 3.
Valeriana minima nardifolia. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 206. c. ic.
Nardo celticae ſimilis inodora. *Prodr.* p. 83.
Valeriana ſilueſtris alpina ſecunda ſaxatilis. *Clus. Hiſt.* p. LVI. c. ic.

Ic. *Jacq. Auſtr. l. c. t.* 267. *I. Bauh. l. c.*
Krock. l. c. t. 6. *Clus. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 7. *t.* 14. *f.* 4.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

Germ. Stein-Baldrian.

In rupeſtribus alpinis et ſubalpinis Circul. Auſtriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoſt*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenlis, Bavariae (*Schrank*) — in Sudetis (*Krocker*).

Perennis. Flor. Iunio in ſubalpinis, a Iulio ad Auguſtum in alpibus.

Radix obliqua, ſubfuſca, inferne fibris longis et numeroſis capillata, vertice petiolis foliorum emarcidis veſtita; odore et ſapore *Valerianae officinalis*, ſed acriori et ingratiori. Caulis ſemipedalis, pedalis, gracilis, ſtriatus, glaberrimus, ſubteres, inferne angulatus, medio vel ſupra medium plerumque in ramos duos, aphyllos, floriferos diuiſus. Folia radicalia elliptica vel elliptico-ouata, obtuſa, vtrinque, imprimis marginem verſus, pilis breuibus inſperſa, trineruia, laete viridia, in petiolum longum, planum decurrentia: caulina duo, oppoſita, ſeſſilia, lineari-lanceolata, obtuſa, vt in radicalibus modo integerrima, modo plus minus dentata; floralia multo minora, anguſtiſſima, linearia, acuta, integerrima. Panicula corymboſa, floribus dioicis, triandris. Corollae albae, infundibuliformes, laciniis ouatis. Stamina longitudine corollae vel ea paulo longiora. Flos femineus mare multo minor et tenerior.

Variat, ſed rarius, caule nudo; folia floralia ſemper tamen adſunt.

7. VALERIANA *celtica*, floribus triandris, foliis oblongo-obouatis integerrimis: radicalibus in petiolum attenuatis.

Valeriana celtica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 178. *Braun. Salisb.* n. 40. *Schrank. Salisb.* n. 64. *Wulf. in Jacq. Collect.* 1. p. 24. *Jacq. Vind.* p. 205. *Scop. Carn.* n. 45. — *Plenk. Ic. Med.*

Valeriana foliis integerrimis, radicalibus ouatis, caulinis linearibus obtufis. *Hall. Helv.* n. 209.

Valeriana alpina parua Nardo celticae fimilis inodora. *Pluk. Phyt.*

Nardus celtica Diofcoridis. *Moris. Hift.* 3.

Nardus celtica altera. *Moris. Hift.* 3.

Nardus celtica *I. Bauh. Hift.* 3. p. 205. c. ic. *Tabern. Kräuterb.* p. 1256. c. ic. *Lob. Ic.* 1. p. 313.

Nardus alpina. *Clus. Hift.* p. LVII. c. ic.

Spica altera faftigiato flofculorum ordine a praecedente differens. *Camer. Epit.* p. 14. c. ic.

Ic. *Wulf. l. c. t.* 1.	*I. Bauh. l. c.*
Plenk. l. c. t. 29.	*Clus. l. c.*
Pluk. l. c. t. 232. *f.* 2.	*Tabern. l. c.*
Moris. l. c. fect. 7. *t.* 15. *f.* 22. 25.	*Lob. l. c.*
	Camer. l. c.

Germ. Celtifcher Baldrian.

In Styria fuperiori prope *Eifenärzt* in monte *Reichenftein* dicto, in alpibus feckauienfibus, wafferbergenfibus, iudenburgenfibus; in Carinthia in alpibus Reichenarienfibus ad St. Laurentium, *auf beiden Speichkogeln, in Winterthal, Eifenhut, Hadneralpen, Leitenfteig* etc.; in Leontinis Tyrolenfibus (*Wulfen*); in Princip. Salisburgenfi in fic dicta *Schilherhöhe* inter *Heiterahe* et *Bundfchuh*, inque montibus Lungavienfibus (*Moll*).

Perennis. Flor. aeftate.

Radix obliqua, multiceps, fibras copiofas emittens et fquamis fufcis imbricatis, emarcida foliorum annotinorum reliquia conftituentibus, obtecta. Caules ab vna ad quatuor vncias alti, teretes, ftriati, glabri. Folia radicalia oblongo-obouata, in petiolum attenuata, integerrima, neruofa, craffiufcula, fubcarnofa, glabra, fupra parum nitida ac faturate viridia, fubtus pallidiora. Paulo fupra bafin caulis folia duo, reliquis fimilia, oppofita, et in medio par alterum pari-

ter oppoſitorum, ſed minorum et anguſtiorum. Folia floralia parua, linearia. Flores hermaphroditi, triandri, in corymbis oppoſitis, dichotomis. Corymbi inferiores pedunculati, ſuperiores ſeſſiles et paucioribus floribus compoſiti. Corolla triſte lutea, etiam flaua, infundibuliformis, laciniis acutis, extus pallide rubentibus. Stamina corolla breuiora. Stigma craſſiuſculum. — Tota planta pollet odore aromatico piperis, ſed radix vehementiſſimo, fere intolerabili.

Varietas ſingularis floribus omnibus ſeſſilibus, quam *WULFENII* iconis fig. c. exhibet, in apice alpium nonnullarum reperitur, praeprimis in omnibus ſummitatibus celebratiſſimae illius alpis vulgo *Staugenalpen*, tum maxime ad fabuloſum antrum dictum die *Freymanns Grube.*

Monente *WULFENIO Val. celtica* nullibi occurrit, niſi in montibus Granite, Gneuſſo et ex ſimili ſaxo conſtructis. Quapropter ea nonniſi dubiis Carnioliae (cuius omnes, etiam ſummi montes, calcarei ſunt) plantis adnumerari poteſt.

8. VALERIANA *elongata*, floribus triandris, foliis inferioribus ouatis obtuſis: caulinis inciſo-ſubhaſtatis acutis.

Valeriana elongata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 179. *Jacq. Auſtr.* 3. p. 11. *Ejusd. Vind.* p. 205. *Scop. Carn.* n. 44.
Ic. *Jacq. Auſtr. t.* 219. *Jacq. Vind. t.* 1.

Germ. Verlängerter Baldrian.

Locis rupeſtribus humidiuſculis ſummarum alpium Circul. Auſtriaci (*Burſerus, Jacquin, Scopoli*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Tota glabra, nitida. Radix multiceps, recte deſcendens, fibris multis aucta, odore et ſapore prorſus non inſigni. Caulis palmaris altiorue, gracilis, teres, ſtriatus. Folia rigidula, venoſa, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora: radicalia petiolata, ouata, obtuſa, ſubintegerrima; quae haec ſequuntur breuius petiolata, plus minus dentata; caulina media et ſuperiora ſeſſilia, amplexicaulia, ouata aut cordato-ouata, dentata, dentibus inferioribus profundioribus,

hinc quaſi inciſo-ſubhaſtata, vt a *Linnaeo* dicuntur. Inflorescentia fere praecedentis, ſed corymbi e paucioribus floribus ſtipati. Corolla ſordide luteſcens, infundibuliformis, laciniis obtuſis. Stamina corolla breuiora. Stilus breuis, craſſus, ſtigmate obtuſo.

In culta planta folia maiora, magis dentata, et corymbi, imprimis inferiores, compoſiti euadunt.

9. VALERIANA *ſupina*, floribus triandris tetrandrisque, foliis radicalibus cuneiformibus: caulinis oblongo-obouatis.

Valeriana ſupina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 180. *Reiner. et Hohenwarth. Itin.* p. 76. *Wulf. in Jacq. Miſc.* 2. p. 114. *Arduin. Spec.* 2. p. 13.

Valeriana ſaliunca. *Allion. Pedem.* n. 9.

Valeriana montana minor integris foliis italica. *Barrel. Ic.*

Valeriana foliis integris, radice repente, inodora. *Raj. Hiſt.* 1. p. 389.

Ic. *Wulf. l. c. t.* 17. *f.* 2. *Arduin. l. c. t.* 3.
Allion. l. c. t. 70. *f.* 1. *Barrel. l. c. t.* 868.

Germ. Niedriger Baldrian.

In humidis ſummarum Tyrolim inter et gilienſem Carinthiae vallem alpium locis, *in dem innerſten Laſerz gegen die Lugau zu;* tum ex ſumma alpe Kirſchbaumenſi vltra adſcenditur, per horam parumper verſus orientem, ad ipſas niues; denique *in der öden Au bey Lienz* (*Wulfen*); in Tyroli in humidis celſiſſimi montis *Donnersberg* prope *Sterzing* (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Congenerum minima. Radix fere inodora, gracilis, horizontaliter vel oblique ſub terra ſerpens, nodoſa, fibris ſparſis obſita, ſuperiora verſus aut ipſo apice in ramos plures, diffuſos, cauliferos diuiſa. Caules vnciales, teretiuſculi, ſtriati, pubeſcentes. Folia venoſa, margine pilis breuibus ciliata, in aliis magis in aliis minus dentata, quandoque omnia integerrima: radicalia cuneiformia; caulina oppoſita, oppoſitionibus 2-3, maiora, oblongo-obouata. Flores omnes (5-7) ſaepe in corymbum ſolitarium, caulem

terminantem collecti; ſaepius vero huic adhuc adſtant pedunculi duo, oppoſiti, eiusdem cum corymbo terminali longitudinis, apice bi-, plerumque triflori. Flores ſinguli (tam corymbi terminalis, quam pedunculorum lateralium) bracteis geminis, lineari-lanceolatis, ciliatis ſuffulti, adeo vt ſi tres flores in pedunculo adſunt, bracteae quaſi inuolucrum hexaphyllum mentiantur. Corolla rubella, infundibuliformis, laciniis oblongo-ouatis. Stamina tria, etiam quatuor, corolla longiora. Stilus corollam aequans, ſtigmate ſubcapitato.

WULFENII icon optima, folia vero, quoad ſpecimina ſicca, quae coram habeo, naturae haud conueniunt. — *Val. ſaliunca* SCHLEICH. *Cent.* 3. n. 3. a noſtra diverſa videtur.

23. FEDIA Gaertn.

Vent. Tabl. 2. p. 561. Gaertn. Fruct. 2. p. 36. t. 86.

Cal. 3-6dentatus. *Cor.* monopetala, quinquefida, baſi hinc gibba, ſupera. *Nux* calice perſiſtente coronata, bi-trilocularis, loculo vno alteroue ſterili.

1. FEDIA *echinata*, fructu tridentato, dentibus reflexis: exteriori maiori.

Valeriana echinata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 182. *Hoſt. Auſtr.* p. 23. — *Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, pedunculis conicis. *Gerard. Prov.* p. 218.

Valerianella cornucopioides echinata alba. *Moris. Hiſt.* 3.

Valerianella cornucopioides echinata. *Col. Ecphr.* p. 206. c. ic.

Ic. *Moris. l. c. ſect.* 7. *t.* 16. *f.* 28. *Col. l. c.*

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 10.

Germ. Weichſtachlige Fedie.

In Carniolia in monte Nanas; in Carniae locis ſiluaticis (*Hoſt*).

Annua. Flor. Iunio.

Radix parua, fibroſa, vt in ſequentibus. Caulis ſemipedalis, pedalis, anguloſus, glaber, dichotomus, ramis

exterioribus incrassatis. Folia latiuscula, subcarnosa, profunde dentata, velut incisa. Flores albidi vel ex caerulescente dilute purpurei. Corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, inaequali. Stigma plerumque trifidum. Fructus linearis, angulosus, scaber, apice tridentatus, dentibus reflexis: exteriori maiori.

2. FEDIA *olitoria*, fructu obsolete tridentato, caule glabriusculo.

Fedia olitoria. *Gaertn. Fruct.* 2. p. 36.

Valeriana olitoria. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 182. *Schmidt. Bohem.* n. 108. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 39.

Valeriana locusta. *Smith. Britan.* 1. p. 39. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Plenk. Ic. Med. Regn. Bot. Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Valerianella foliis oblongis, rariter incisis, corona seminis simplici, acuminata. *Hall. Helv.* n. 214. *Pollich. Palat.* n. 32.

Locusta maior. *Riv. Monop.*

Valerianella aruensis praecox humilis flore dilute caeruleo semine compresso. *Moris. Hist.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 811. *Regn. l. c. t.* 10.
Plenk. l. c. t. 30. *Riv. l. c.*
Curt. l. c. fasc. 54. *Moris. l. c. sect.* 7. *t.* 16. *f.* 36.
Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 3.

Germ. Rapunzel Fedie.
In aruis, cultis vbique.
Annua. Flor. Aprili, Maio.

Caulis pedalis, angulosus, ad angulos pubescens, striatus, dichotomus, ramis attenuatis. Folia glabra, margine pilis breuibus ciliata: radicalia et caulina inferiora integerrima; superiora versus basin plerumque dentata; summa angustiora acutioraque. Flores caerulescentes. Corollae laciniae inaequales. Fructus subrotundo-ouatus, subcompressus, vtrinque costis binis exaratus, calice paruo, oblique truncato et obsolete inaequaliter tridentato terminatus.

Icon GAERTNERI non in omnibus conuenit.

Synonymia huius et sequentis speciei, imprimis scriptorum veterum, est valde dubia et vix extricanda.

3. FEDIA *dentata*, fructu tri-ſexdentato, caule ſcabro.

Valeriana dentata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 183. (excl. ſyn. Linn. Moris. aliorumque) *Smith. Britan.* 3. p. 1385. *Schmidt. Bohem.* n. 109. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 40. — *Schleich. Plant. Rar. Ehrh. Herb.*

Valeriana olitoria. *Flor. Dan.*

Valerianella foliis oblongis, ſerratis, ſeminis corona tridentata. *Hall. Helv.* n. 215. *Pollich. Palat.* n. 33.

Valerianella altera vmbilicato nudo ſemine. *Col. Ecphr.* p. 209. c. ic.

Ic. *Flor. Dan. t.* 738. *Col. l. c.*

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 2. n. 3. *Ehrh. l. c.* n. 122.

Germ. Gezähnte Fedie.

In aruis, cultis, ſiluaticis.

Annua. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Similis priori, ſed caulis, aeque ac folia, ſcaber, flores carnei, fructus ouatus, acutiuſculus, hinc conuexus coſta vnica tenui, inde planiuſculus coſtis 5 elatioribus notatus et calice oblique truncato, 4-6-dentato, coronatus. Serius etiam floret. Folia ſuperiora, vt in *F. olitoria*, baſin verſus plerumque dentata; rarius omnia integerrima reperiuntur.

4. FEDIA *coronata*, fructu, calice in orbem membranaceum 6-dentatum explanato, coronato.

Valeriana coronata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 184. *Hoſt. Auſtr.* p. 22.

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, pedunculis vniformibus, ſeminibus ſtellatis. *Gerard. Prov.* p. 219.

Valerianella ſemine ſcabioſae ſtellato hirſuto et etiam vmbilicato. *Col. Ecphr.* p. 209. c. ic.

Ic. *Col. l. c.*

Germ. Geſtrahlte Fedie.

In Litorali (*Hoſt*).

Annua. Flor. Aprili, Maio.

Habitus duarum praecedentium. Superficies vix ſcabra. Folia ſaepe profunde dentata. Flores rubelli. Fructus conicus, villoſus, hinc coſtatus, inde profundo ſulco

inſcriptus, ſuperne calice, in orbem membranaceum, reticulatum, glabrum, dentatum explanato, coronatus. Dentes 6, vncinati.

Fedia discoidea, huic proxima et a *GAERTNERO* ſub *F. coronata* deſcripta, differt fructu inuerſe pyramidato et corona 12dentata.

Cum prioribus conuenit foliis radicalibus et inferioribus oblongo-obouatis, in petiolum breuem attenuatis: caulinis lanceolatis, obtuſis; ſummis anguſtioribus acutioribusque; corymbis terminalibus; floribus e dichotomia ſolitariis.

24. POLYCNEMVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 72. Iuſſ. Gen. p. 84. Vent. Tabl. 2. p. 256. Gaertn. Fruct. 2. p. 211. t. 128.

Cal. pentaphyllus, inferus. *Cor.* nulla. *Vtriculus* monoſpermus.

1. POLYCNEMVM *aruenſe*, foliis ſubulatis.

Polycnemum aruenſe. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 192. *Schmidt. Bohem.* n. 284. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 45. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 21. *Jacq. Auſtr.* 4. p. 54.

α. Caule erecto.

Polycnemum aruenſe. *Schrank. in Hopp. Taſchenb.* 98. p. 201. *Hopp. Taſchenb.* 91. p. 203. *Krock. Sil.* n. 54.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 365. (fig. inferiores.) *Schkuhr. l. c. t.* 5. *a.* *Krock. l. c. t.* 7.

Ect. *Hopp. Taſchenb.* 91. *t.* 1.

β. Caule procumbente.

Polycnemum aruenſe. *Leers. Herborn.* n. 31.

Polycnemum inundatum. *Schrank. in Hopp. Taſchenb.* 98. p. 201. *Hopp. Taſchenb.* 91. p. 203.

Polycnemon. *Hall. Helv.* n. 1570.

Ic. *Jacq. l. c.* (fig. ſuperior.)

Ect. *Hopp. l. c. t.* 2.

Germ. Acker-Knorpelkraut.

In aruis arenoſis, locis ſterilibus; etiam in arenoſis humidis, inundatis.

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix tenuis. Caulis a basi ramosus, teretiusculus, vndique foliosus, purpurascens; in α. erectus, bitriuncialis, minus ramosus; in β. procumbens, ramosissimus, diffusus, pedem vel sesquipedem longus. Folia sparsa, subulata, carinata, in cuspidem album attenuata. Flores axillares, sessiles, solitarii, subinde gemini, bracteis 2-3, membranaceis, albis, aristatis inclusi. Foliola calicina subaequalia, acuminata, bracteis minora et concolora. Vtriculus membranaceus, tenuissimus, monospermus, rudimento stili bifidi terminatus. Semen lenticulare, punctatum.

Pro soli diuersitate variat insuper 1. Foliis magis minusue rigidis; 2. Foliis breuioribus et longioribus; 3. Superficie, imprimis caulis, glabra et subtomentosa et 4. Staminum numero.

Polycnemum triandrum Schrank. (*Hopp. Taschenb.* 98. p. 199.) procul dubio huc quoque pertinet; a *Pallasii* planta siue *Polycn. salso Willd.* saltem diuersissimum est. — *Camphorosma acuta Poll.*, quam, *Ehrharto* praeeunte, nunc et alii pro *Polycnemo aruensi* habent, secundum *Pollichii* descriptionem ab hac planta differre videtur, cui sententiae etiam fauet Vir amicissimus *Koch.*

25. CROCVS Tournef.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 75. Iuss. Gen. p. 59. Vent. Tabl. 2. p. 194.

Cor. sexpartita, erecto-patens, aequalis, supera: tubo longissimo. *Stigmata* tria, inuoluta.

1. CROCVS *vernus*, stigmatibus inclusis cuneiformibus incisis.

Crocus vernus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 195. *Smith. Britan.* 1. p. 40. *Desfont. Atlant.* 1. p. 33. *Roth. Abh.* p. 18. *Wulfen. in Jacq. Austr. App.* p. 47. — *Engl. Bot.* *Hopp. Plant. Alp.*

Crocus satiuus vernus. *Linn. Spec. Plant.* p. 50. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 21. *Scop. Carn.* n. 47. — *Curt. Magaz. Mill. Illustr. Kniph. Origin. ed. Tramp. Hopp. Plant. Alp.*

Crocus tuba breuiſſima trifida. *Hall. Helv.* n. 1257.

Crocus vernus latifolius. *Blackw. Herb.*

Crocus vernus latifolius cum varietatibus ſuis. *Cluſ. Hiſt.* p. 203. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 344. *Schkuhr. l. c. t.* 6.
Curt. l. c. t. 45. *Blackw. l. c. t.* 144. *f.* 2.
Jacq. l. c. t. 36. *Moris. l. c. ſect.* 4. *t.* 2. *f.* 3. 4.
Mill. l. c. t. 6. *Cluſ. l. c.*

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 1.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Frühlings-Safran.

In pratis montanis et ſubalpinis Litoralis, Foriiulii, Carnioliae, Carinthiae (*Scopoli, Wulfen*), Princip. Salisburgenſis, Bavariae (*Schrank*).

Perennis. Flor. primo vere.

Bulbus ſolidus, depreſſus, tunicis reticulatis fuſcis veſtitus, inferne radiculas fibroſas, ſuperne bulbum vnicum minorem, rarius plures, emittens. Folia linearia, acuta, margine parum reuoluta, glabra, nitentia, canaliculata, neruo medio longitudinali albo, inferne cincta vaginis ternis aut quaternis, monophyllis, conuolutis, inaequalibus, oblique truncatis. Scapus e bulbo ſuperiori ſ. minori proueniens, breuiſſimus, triqueter, plerumque ſolitarius, vagina communi radicali inuolutus. Corolla niuea, violacea aut variegata, tubo longiſſimo, ſuperne dilatato in limbum campanulatum, ſexpartitum, laciniis tribus interioribus paulo minoribus. Tubus vagina duplici, e baſi germinis emergente, incluſus: altera interiori, libera, anguſtiori. Stilus longiſſimus. Stigmata tria, corolla incluſa, cuneiformia, margine inuoluta, apice varie inciſa, fulua, inodora. Capſula trilocularis, triualuis, polyſperma.

Crocus ſatiuus diſtinguitur bulbo ſuperiori, maiori; foliis magis reuolutis; ſtigmatibus linearibus, exſertis, odoratis.

26. IXIA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 76. Iuff. Gen. p. 58. Vent. Tabl. 2. p. 192. Gaertn. Fruct. 1. p. 40. t. 13.

Cor. fexpartita, patens, aequalis, fupera. *Stigmata* tria, anguftiffima, bifida.

1. IXIA *Bulbocodium*, caule vnifloro, foliis linearibus tereti-compreffis fulcatis.

Ixia Bulbocodium. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 196. *Hoft. Auftr.* p. 24. *Jacq. Collect.* 3. p. 265. *Ejusd. Ic. Rar.* 2.

Ixia Bulbocodium maior. *Schousb. Maroc.* ed. germ. p. 13.

Bulbocodium. *Mill. Ic.*

Crocus vernus anguftifolius violaceo flore. *Clus. Hift.* p. 208. (quoad iconem, non quoad defcriptionem *Schousboe* l. c.)

Ic. *Jacq. l. c. t.* 271. *Clus. l. c.*
Mill. l. c. t. 240.

Germ. Europäifche Ixie.

In pratis ficcis aliisque herbidis locis agri Fluminenfis, in *Belvedere*, *Braida*, *San Nicolò*, *Bergudi*, inter Terfactum et Eccleliam St. Laurentii, alibique (*Hoft*).

Perennis. Flor. Februario, Martio.

Bulbus paruus, fubrotundus, albus, tunica fufcefcente veftitus. Folia omnia primo radicalia. dein elongato caule caulina euadunt, horizontaliter fere patentia, 4-8 vncias longa, linearia, complicata, profunde ftriata f. potius fulcata, glabra. Caulis vniflorus, fefquiuncialis, biuncialis et fubinde paulo longior, teretiufculus, fuperiori parte hinc connexus, inde planus. Spatha biualuis, foliolis lineari-lanceolatis, acutis, concauis: altero erecto, viridi, corollam fere aequante; altero dorfo virente, paulo breuiori, vnde flos fit veluti lateralis. Flos dilute violaceus, bafin verfus lutefcens. Corolla campanulato-patens, profunde fexpartita, tubo breui, infundibuliformi. Limbi laciniae lanceolatae, acutae, planae: tribus exterioribus paulo anguftioribus, externe plerumque magis flauefcentibus cum ftriis fufcefcentibus. Stilus filiformis, ftaminibus longior. Stigmata tria, bifida, laciniis linearibus. Capfula fubrotunda, triquetra, trilocularis, triualuis. Odor totius plantae fere nullus.

27. GLADIOLVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 77. Iuss. Gen. p. 58. Vent. Tabl. 2. p. 193. t. 4. f. 6. Gaertn. Fruct. 1. p. 31. t. 11.

Cor. sexpartita, inaequalis, supera; laciniis tribus superioribus latioribus, conuergentibus. *Stamina* adscendentia.

1. GLADIOLVS *communis*, foliis ensiformibus neruosis, floribus secundis.

Gladiolus communis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 213. *Desfont. Atlant.* 1. p. 35. *Host. Austr.* p. 25. *Schmidt. Bohem.* n. 312. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 44. *Scop. Carn.* n. 48. — *Plenk. Ic. Med. Curt. Magaz. Bull. Herb. Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Gladiolus foliis ensiformibus, floribus distantibus. *Hall. Helv.* n. 1261.

Gladiolus maior floribus vno versu dispositis. *Moris. Hist.* 2.

Gladiolus germanicus. *Tabern. Kräuterb.* p. 1024. c. ic.

Gladiolus narbonensis. *Lob. Ic.* 1. p. 98.

Gladiolus. *Dodon. Hist.* p. 209. c. ic. *Riv. Monop.*

Ic. *Plenk. l. c. t.* 33. *Moris. l. c. sect.* 4. *t.* 4. *f.* 4.
Curt. l. c. t. 86. *Tabern. l. c.*
Bull. l. c. t. 8. *Lob. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 6. *Dodon. l. c.*
Rivin. l. c.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 2.

Germ. Gemeine Siegwurz.

In pratis, herbidis agri Fluminensis (*Host*), Carnioliae (*Scopoli*), Princip. Salisburgensis, Bavariae (*Schrank*), Wetteraviae (*G. M. S.*), Hassiae prope Allendorf (*Bauer*) — prope Erfordiam (*Nonne, Bernhardi*), Halam. Saxon. (*Leysser*), Lipsiam (*Böhmer*), Francofurtum ad Viadrum (*Bergen*) — Lusatiae (*Oettel*), Silesiae (*Mattuschka*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Bulbus solidus, subrotundus, tunicis reticulatis vestitus. Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, arcuatus, teres, glaber. Folia alterna, ensiformia, stricta, neruosa,

glabra, vaginantia. Spatha perſiſtens, diphylla, foliolis inaequalibus, lanceolatis, acutis. Flores ſeſſiles, gemino ordine vno verſu diſpoſiti, purpurei. Corolla ſexpartita, inaequalis, laciniis tribus ſuperioribus maioribus, conuergentibus; tubus breuis, incurvus. Stamina adſcendentia. Stigmata tria. Capſula obtuſe trigona, trilocularis, triualuis.

Variat floribus carneis.

28. IRIS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 79. Iuſſ. Gen. p. 57. Vent. Tabl. 2. p. 191. Gaertn. Fruct. 1. p. 38. t. 13.

Cor. ſexpartita, ſupera: laciniis alternis, reflexis. *Stigmata* petaliformia.

† *Laciniis corollae reflexis ſuperne barbatis.*

1. IRIS *pumila*, foliis enſiformibus longioribus caule vnifloro.

Iris pumila. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 224. *Thunb. Diſſ.* n. 3. *Schmidt. Bohem.* n. 307. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 42. *Jacq. Auſtr.* 1. p. 5. — *Curt. Magaz. Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Iris germanica pygmaea. *Leyſſ. Halens.* n. 34. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 42.

Iris humilis latifolia minor. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 724. c. ic.

Iris latifolia minor. *Clus. Hiſt.* p. 225. c. ic.

Iris perpuſilla latifolia. *Lob. Hiſt.* p. 33. c. ic.

Iris violacea parua. *Lob. Ic.* 1. p. 63.

Iris minor. *Dodon. Hiſt.* p. 244. c. ic.

Ic. *Curt. l. c. t.* 9. *Clus. l. c.*
Jacq. l. c. t. 1. *Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
I. Bauh. l. c. *Dodon. l. c.*

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 8.

Germ. Niedriger Schwertel.

In collibus, apricis herbidis Auſtriae (*Cluſius, Jacquin*), Bohemiae circa arcem Carlſtein (*Schmidt*) — quaſi ſponte in muris prope Berolinum (*Willdenow*), Er-

fordiam, (*Nonne, Bernhardi*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Lipſiam (*Schwägrichen*), Misniam (*Frege*).

Perennis. Flor. Aprili, Maio.

Caulis omnium breuiſſimus, ſaepe vix vncialis, teres, vniflorus, glaucefcens. Folia enſiformia, acuta, ſubfalcata, caule altiora, glaucefcentia, neruoſa vt in congeneribus. Spatha diphylla, ſubaequalis, tandem marceſcens, longitudine fere tubi corollae. Corolla vtplurimum vnicolor, caerulea, demum ſucceſſiue in colorem violaceo-purpuraſcentem vergens, tubo longiſſimo, bi- aut triunciali, teretiuſculo. Laciniae corollae vndulatae, modo integerrimae, modo obſolete emarginatae. Barba in laciniis reflexis e villis caeruleis, apice flauis vel aliter coloratis. Stigmata apice bifida, laciniis acutis, plus minus ſerratis. Germen obtuſe et obſolete trigonum.

Variat florum colore.

Iris germanica pygmaea Leysseri et Rothii eſt eadem cum *I. pumila*, vt ſpeciminibus ſiccis, ab amiciſſimo Kohlio prope Halam lectis, edoctus ſum.

2. IRIS *variegata*, foliis enſiformibus ſubaequantibus caulem multiflorum, laciniis corollae erectis oblongis.

Iris variegata. *Linn. Spec. Plant. ed.* 2. p. 56. *Thunb. Diſſ.* n. 8. *Hoſt. Auſtr.* p. 25. *Schmidt. Bohem.* n. 306. *Jacq. Auſtr.* 1. p. 7. — *Curt. Magaz.*

Iris lutea variegata. *Knorr. Thes.* 1.

Iris lutea, foliis florum repandis variegatis. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 720. c. ic.

Iris latifolia pannonica colore multiplici. *C. Bauh. Pin.* p. 31. *Ejusd. Theatr.* p. 586. c. ic.

Iris latifolia maior decima quinta. *Clus. Hiſt.* p. 221. c. ic.

Ic. *Curt. l. c. t.* 16. — *I. Bauh. l. c.*
Jacq. l. c. t. 5. — *C. Bauh. Theatr. l. c.*
Knorr. l. c. t. L. 2. — *Clus. l. c.*

Germ. Bunter Schwertel.

In collibus herbidis Auſtriae in *Leithaberg* ſupra *Männersdorf*, non procul ab *Encersdorf im Laugenthale* (*Cluſius, Jacquin, Hoſt*), Bohemiae in mon-

tosis apricis gramineis versus comitatum Glacensem et versus Moraviam (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix, vt in priori, nodosa et fibris longis instructa. Caulis pedalis, sesquipedalis, parum flexuosus, ex tereti compressus, multiflorus, foliis paulo altior. Folia ensiformia, acuta, subfalcata, plus minus sulcata. Flores 4-5, speciosi, lutei: inferioribus pedunculatis. Spathae diphyllae, ventricosae, acutae, virides, non emarcidae, saepius cum caule foliisque glaucescentes. Tubus corollae in spatha latitans, germine duplo longior. Laciniae reflexae, oblongo-obouatae, planae, medio albidae, venis purpureis, punctis vtplurimum interspersis, eleganter variegatae; laciniae erectae paulo angustiores, oblongae, subundulatae, a basi ad medium vsque venis interruptis, purpurascentibus pictae. Barba e villis luteis, apice fusco capitellatis. Stigmata laciniis erectis concolora, apice bifida, laciniis acutis, inaequaliter serratis. Germen obsolete trigonum, sexsulcatum.

Jacquini planta est vera *variegata*, vt e synonymis a *Linnaeo* allatis luculenter apparet. Omne insuper dubium sustulit *I. variegatae Jacq.* specimen cum Herbario Linnaeano comparatum. Ab *I. squalente*, quacum, *Aitonio* praeeunte, a *Willdenowio* (*Spec. Plant.* 1. p. 228.) coniungitur, diuersissima est.

3. IRIS *germanica*, foliis ensiformibus breuioribus caule multifloro, laciniis corollae erectis subrotundo-obouatis.

Iris germanica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 229. *Thunb. Diss.* n. 9. *Schmidt. Bohem.* n. 302. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 41. *Pollich. Palat.* n. 34. — *Plenk. Ic. Med. Bull. Herb. Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Iris foliis ensiformibus distichis, petalis reflexis barbatis, tubalibus arcu distinctis. *Hall. Helv.* n. 1258.

Iris nostras hortensis. *Blackw. Herb.*

Iris vulgaris violacea siue purpurea hortensis et silluestris. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 709. c. ic.

Iris vulgaris germanica s. syluestris. *C. Bauh. Pin.* p. 30. *Ejusd. Theatr.* p. 571. c. ic.

Iris. *Tabern. Kräuterb.* p. 1033. c. ic.

Iris vulgaris. *Lob. Hiſt.* p. 32. c. ic.

Iris noſtras vulgaris. *Lob. Ic.* 1. p. 59.

Ic. *Plenk. l. c. t.* 34. — *C. Bauh. Theatr. l. c.*
Bull. l. c. t. 141. — *Tabern. l. c.*
Blackw. l. c. t. 69. — *Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
I. Bauh. l. c.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 8.

Germ. Deutſcher Schwertel.

In gramineis, nemoroſis, muris, ruderatis Carnioliae (*Scopoli*), Auſtriae inferioris (*Jacquin*) — prope Ratisbonam (*Hoppe*) — Sueviae (*Schreckenſtein*), Princ. Baruthini (*Elwert*) et Würzburgenſis (*Delavigne*), Comit. Werthemenſis (*Wibel*), Palatinatus (*Pollich*) — prope Fuldam (*Lieblein*), Neowidam in rupibus Rheno imminentibus (*Plitt*), Helmſtadium (*Cappel*) — Thuringiae (*Rupp*) — prope Iſenacum (*Grimm*), Vinariam (*Denſtedt*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Lipſiam (*Böhmer*) — Sileſiae (*Mattuſchka*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix magna, horizontalis, nodoſa, fibras longas emittens. Caulis ſeſquipedalis, bipedalis, teres aut ex tereti compreſſus, 3-, rarius 4florus, plerumque, vt folia, glauceſcens. Folia enſiformia, acuta, falcata, ſulcata, caule breuiora. Pedunculi alterni, breues, vniflori, cum germine intra ſpatham diphyllam, membranaceam, marceſcentem latitantes. Tubus corollae germine duplo longior, ſubtrigonus. Laciniae integerrimae, ſubinde apice emarginatae: reflexae oblongo-obouatae, planae, violaceae aut ex purpureo caeruleae, a baſi ad medium villis flauis apice ſaepe fuſcis barbatae; erectae ſubrotundo-obouatae, parum vndulatae, dilutioris coloris. Stigmata apice bifida, laciniis acutis, integerrimis vel leuiter ſerratis. Germen obſolete trigonum, ſulcis ſex notatum.

Tubus corollae in hac et praecedentibus farctus et cum ſtilo connatus, in ſequentibus breuior, cauus et non cum ſtilo iunctus.

Variat ſubinde pedunculis inferioribus elongatis, quo caulis ſubramoſus fit.

Iris ſqualens et *ſambucina* omnium ſcriptorum plantarum Germaniae ab *I. germanica* nonniſi florum colore et odore (in hac ſpecie valde inconſtantibus) recedunt, adeoque ſolas eiusdem varietates conſtituunt.

†† *Laciniis corollae reflexis imberbibus.*

4. IRIS *Pſeud-Acorus*, foliis enſiformibus, corollae laciniis interioribus ſtigmate minoribus, germinibus trigonis.

Iris Pſeud-Acorus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 232. *Thunb. Diſſ.* n. 18. *Smith. Britan.* 1. p. 41. *Schmidt. Bohem.* n. 380. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 43. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 22. b. 23. *Pollich. Palat.* n. 35. — *Engl. Bot. Plenk. Ic. Med. Curt. Lond. Bull. Herb. Flor. Dan.*

Iris caule inflexo, foliis enſiformibus, petalis erectis minimis, reflexis imberbibus. *Hall. Helv.* n. 1260.

Iris paluſtris lutea. *Moris. Hiſt.* 2.

Iris paluſtris lutea ſiue Acorus adulterinus. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 732. c. ic.

Acorus adulterinus. *C. Bauh. Pin.* p. 34. *Ejusd. Theatr.* p. 633. c. ic. *Blackw. Herb.*

Iris paluſtris lutea. *Tabern. Kräuterb.* p. 1032. c. ic.

Pſeudoiris. *Dodon. Hiſt.* p. 248. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. l. c. t.* 578.	*Blackw. l. c. t.* 261.
Plenk. l. c. t. 36.	*Moris. l. c. ſect.* 4. *t.* 6. *f.* 11.
Curt. l. c. faſc. 35.	*I. Bauh. l. c.*
Bull. l. c. t. 137.	*C. Bauh. Theatr. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 5. *a. b.*	*Tabern. l. c.*
Flor. Dan. l. c. t. 494.	*Dodon. l. c.*

Germ. Waſſer-Schwertel.

Ad ripas fluuiorum, in paludoſis, foſſis.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix craſſa, horizontalis, inferne fibris multis inſtructa. Caulis bi-tripedalis, erectus, flexuoſus, tereti-compreſſus, ſuperne ramoſus, multiflorus, longitudine foliorum, vel iis paulo altior. Folia enſiformia, acuta, vtrinque coſta notata; iuniora recta, adultiora ſubfalcata. Pedunculi alterni, vniflori, ſuperioribus ſenſim breuioribus. Spathae diphyllae, lanceolatae,

acutae, virides. Flores inodori, flaui, tubo germine duplo breuiori. Laciniae corollae reflexae barbae loco macula fulua, venis fuſceſcentibus percurſa, notatae; laciniae erectae in hac ſpecie ſtigmatibus breviores. Stigmata apice inaequaliter et profunde ſerrata. Germen trigonum.

In ſolo minus humido caulis humilior et parum flexuoſus.

Ex Cl. SCHKUHRII obſeruatione l. c. euincitur, huius et reliquarum ſpecierum ſtigmatum labium exterius proprie munere ſtigmatis fungi.

5. IRIS *ſibirica*, foliis linearibus, caule tereti, germinibus trigonis.

Iris ſibirica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 237. *Thunb. Diſſ.* n. 33. *Schmidt. Bohem.* n. 309. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 43. *Pollich. Palat.* n. 36. *Jacq. Auſtr.* 1. p. 6.

Iris foliis linearibus, caule ſubnudo, petalis reflexis imberbibus, venoſis, tubarum arcu acuminato. *Hall. Helv.* n. 1259.

Iris tenuifolia maior flore caeruleo et ſtriato. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 727. 728. c. ic.

Iris pratenſis anguſtifolia non foetida altior. *C. Bauh. Pin.* p. 32. *Ejusd. Theatr.* p. 597. c. ic. *Moris. Hiſt.* 2.

Iris anguſtifolia altera. *Clus. Hiſt.* p. 229. c. ic.

Iris ſylueſtris anguſtifolia maior. *Tabern. Kräuterb.* p. 1036. c. ic.

Iris ſylueſtris byzantina peramoena. *Lob. Ic.* 1. p. 69.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 3. — *C. Bauh. Theatr. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 4. *t.* 6. *f.* 13. — *Clus. l. c.*
I. Bauh. l. c. — *Tabern. l. c.*
Lob. l. c.

Germ. Sibiriſcher Schwertel.

In pratis et ſiluaticis montoſis, praecipue humidis, Auſtriae (*Jacquin*), Princip. Salisburgenſis (*Braune*), Bavariae prope Ingolſtadium (*Schrank*), Ratisbonam (*Düval*), Sueviae (*Schreckenſtein*), Princip. Baruthini (*Elwert*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*), Haſſiae in monte Meisner (*Weber*) — prope Francofurtum ad Viadrum (*Bergen*), Berolinum

(*Willdenow*), Barby (*Scholler*), Erfordiam (*Nonne*, *Bernhardi*), Jenam (*Graumüller*), Vinariam (*Denſtedt*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Lipſiam (*Böhmer*) — Sileſiae (*Mattuſchka*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix breuis, ceſpitoſa, fibris multis intertextis donata. Caules plures, bipedales et altiores, teretes, ſimplices vel apicem verſus ramulo aucti. Folia linearia, acuminata, ſtriata, recta, caule breuiora. Flores plerumque tres in quouis caule, ſuaue olentes, baſi vaginati ſpathis diphyllis, lanceolatis, acutis, marceſcentibus. Tubus corollae breuiſſimus. Laciniae reflexae, aquoſe caeruleae vel albidae, venis purpureis aut caeruleis pictae: erectae purpureo-caeruleae, concolores. Stigmata laciniis corollae erectis concolora, quandoque purpuraſcenti-caerulea, apice ſerrata. Germen trigonum.

Culta planta variat caule 4-5 floro, floribus longe pedunculatis et modo dilutioribus, modo ſaturatioribus.

6. IRIS *ſpuria*, foliis lineari-enſiformibus, caule tereti, germinibus hexagonis.

Iris ſpuria. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 237. *Thunb. Diſſ.* n. 32. *Schmidt. Bohem.* n. 310. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 44. *Jacq. Auſtr.* 1. p. 6. — *Curt. Magaz.*

Iris tenuifolia michelfeldenſis ſpontanea. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 729. c. ic.

Iris pratenſis anguſtifolia, folio foetido. *C. Bauh. Pin.* p. 32.

Iris anguſtifolia maritima maior. *C. Bauh. Theatr.* p. 600. quoad iconem.

Iris anguſtifolia prima. *Clus. Hiſt.* p. 228. c. ic.

Iris ſylueſtris altera. *Dalech. Hiſt.* p. 1611. c. ic.

Ic. *Curt. l. c. t.* 58. — *C. Bauh. Theatr. l. c.*
Jacq. l. c. t. 4. — *Clus. l. c.*
I. Bauh. l. c. — *Dalech. l. c.*

Germ. Baſtard-Schwertel.

In pratis vdis Auſtriae circa *Miſtelbach*, *Waltersdorf*, *Männersdorf* alibique (*Cluſius*, *Jacquin*) — in Bohemia? (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix, vt in ſequente, teres, nodoſa et fibris longis aucta. Caulis bi-tripedalis, tereti-compreſſus, rectus aut parum flexuoſus, ſimplex. Folia caule breuiora, lineari-enſiformia, acuminata, recta, trita odorem ingratum ſpirantia. Flores duo vel tres, purpureo-caerulei vel ex violaceo caeruleſcentes, inodori, breviter pedunculati, nunc erecti, nunc inclinati et ſubſecundi. Spathae lanceolatae, virides, margine membranaceae. Tubus corollae breuiſſimus. Laciniae reflexae ex caeruleo purpuraſcentes et venis ſaturatioribus vario modo percurſae; laciniae erectae aueneae. Stigmata apice integerrima vel ſerrulata, laciniis corollae erectis concolora. Germen ſuperne attenuatum, hexagonum, ſulcis alternis anguſtioribus minusque profundis.

7. IRIS *graminea*, foliis linearibus, caule ancipiti, germinibus hexagonis.

Iris graminea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 236. *Thunb. Diſſ.* n. 31. *Schmidt. Bohem.* n. 311. *Jacq. Auſtr.* 1. p. 5.

Iris graminea cui pereunt quotannis folia. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 727. c. ic.

Iris anguſtifolia prunum redolens minor. *C. Bauh. Pin.* p. 33. *Ejusd. Theatr.* p. 603. c. ic.

Iris anguſtifolia ſextà. *Clus. Hiſt.* p. 230. c. ic.

Chamaeiris anguſtifolia minor. *Tabern. Kräuterb.* p. 1037. c. ic.

Iris perpuſilla ſylueſtris anguſtifolia. *Lob. Hiſt.* p. 34. c. ic.

Chamaexyris anguſtifolia. *Lob. Ic.* 1. p. 69.

Chamaeiris. *Dodon. Hiſt.* p. 247. c. ic.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 2. — *Tabern. l. c.*
I. Bauh. l. c. — *Lob. Hiſt. et Ic. l. c.*
C. Bauh. Theatr. l. c. — *Dodon. l. c.*
Clus. l. c.

Germ. Grasblättriger Schwertel.

In herbidis collibus, pratis Carnioliae in montibus Tolmenſibus et in monte *Nanas* (*Scopoli*), agri Goriziani (*Mathiolus*), Auſtriae inter *Gumpoldskirchen* et *Baaden* (*Cluſius*, *Jacquin*), Bavariae circa *Hohenſchwanngau* et *Reiſſing* (*Schrank*) — verſus Palatinatum ſuperiorem in ſilua Bohemica (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Caules plures, pedales, ancipites, ſubflexuoſi, foliorum vaginis toti fere incluſi, ſimplices, vni- aut biflori. Folia linearia, anguſtiſſima, acuminata, ſulcata, recta, caule duplo longiora. Spathae diphyllae, inaequales, lanceolatae, acuminatae, virides. Flores odore ſuaui ad Prunum accedente. Tubus, vt in duabus praecedentibus, corollae breuiſſimus. Laciniae reflexae plus minus purpuraſcentes, apice venis caeruleſcentibus variegatae; laciniae erectae leuiter emarginatae, caeruleae. Stigmata purpuraſcentia, labio bifido, ſubſerrato. Germen hexagonum.

29. SCHOENVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 92. Iuſſ. Gen. p. 27. Vent. Tabl. 2. p. 91.

Cal. glumae vniualues, in ſpiculas vndique imbricatae: interioribus fertilibus; exterioribus ſterilibus, minoribus. *Cor.* nulla. *Nux* vnilocularis, nuda v. ſetis e receptaculo ortis obuallata.

† *Culmo folioſo.*

1. SCHOENVS *fuſcus*, culmo trigono, foliis ſetaceis canaliculato-carinatis, faſciculis terminalibus ſubgeminis inuolucro longe minoribus, ſpiculis ſubtrifloris, ſtigmatibus ſtilo longioribus.

Schoenus fuſcus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 262. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 48. *Pollich. Palat.* n. 40. — *Hopp. Plant. Alp. Ehrh. Phyt.*

Scirpus ſpicis gemellis obeſis. *Hall. Gotting.* p. 57.

Cyperus minor paluſtris capitulis fuſcis paleaceis. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 11. *f.* 40. mala.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Ehrh. l. c. n.* 1.

Germ. Braunes Knopfgras.

In turfoſis, paluſtribus, paſcuis vdis prope Salisburgum (*Hoppe*) — Princip. Berchtesgadenſis (*Schrank*), Sue-

viae inter Petershaufen et Wolmadingen (*Schreckenftein*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae pr. Francofurtum (*G.M.S.*), Com. Marchiae (*Wohlleben*) — prope Bilefeldiam (*Weihe*) — Duc. Oldenburgenfis (*Roth*) et Bremenfis (*Rohde*) — prope Hamburgum (*Bueck*), Cellam (*Haller*), Hannoveram (*Ehrhart*) — Lufatiae (*Oettel*).

Radix repens. Culmi a biunciali ad femipedalem altitudinem adfcendentes, erecti, tenues, trigoni, ftriati, foliacei, glabri. Folia erecta, fetacea, canaliculata, apicem verfus carinata, ftriata, margine fcabriufcula aut glabra: culmea pauca (2, rarius 3), remota, vaginantia; radicalia plura, faepius longiora, bafi dilatata culmum includentia. Fafciculi e fpiculis oblongo-ouatis, ferrugineis, aetate fufco-ferrugineis, nitidis, bractea parua, dilutiori fuffultis compofiti. Fafciculi terminales plerumque duo: fingulis inuolucro monophyllo, foliaceo, fafciculo ipfo longiori inftructis. Fafciculus lateralis folitarius, nudus, quandoque inuolucro vniuerfali breuiffimo inftructus. Spiculae fubtriflorae. Glumae compreffiufculae, carinatae, vninerues, neruo in cupidem breuem definente: inferioribus duabus vel tribus, congenerum more, minoribus et fterilibus. Stamina tria. Stigmata duo, ftilo longiora. Nux lenticularis, bafi attenuata, vertice ftili rudimento terminata, pallide fufca. Setae receptaculi tres, nuce duplo longiores.

2. SCHOENVS *albus*, culmo trigono, foliis linearibus carinatis, fafciculis terminalibus fubcorymbofis inuolucrum aequantibus, ftigmatibus ftilo longioribus.

Schoenus albus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 267. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 49. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 25. *Ehrh. Beitr.* 4. p. 154. *Ejusd. Gram. Pollich. Palat.* n. 39. — *Engl. Botan. Flor. Dan. Hopp. Plant. Alp. Dicks. Hort. Sicc.*

Scirpus foliis fetaceis, panicula plana, locuftis teretibus. *Hall. Helv.* n. 1341.

Gramen cyperoides paluftre, leucanthemum. *Scheuchz. Agroft.* p. 503.

Cyperus paluftris hirfutus minor paniculis albis paleaceis. *Moris. Hift.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 985. *Scheuchz. l. c. t.* 11. *f.* 11.
Flor. Dan. t. 320. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 9. *f.* 39.
Schkuhr. l. c. t. 7.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. *Ehrh. l. c.* n. 1.
Dicks. l. c. faſc. 1. n. 2.

Weiſses Knopfgras.
In turfoſis, paluſtribus, aquis ſtagnantibus.
Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.
Praecedenti ſimillimus eſt, at differt culmis altioribus (ſaepius pedalibus), gracilioribus; foliis longioribus, paulo latioribus, a baſi vsque ad apicem carinatis; pedunculis tribus vel quatuor, lateralibus, alternis; faſciculis terminalibus ſaepe quatuor vel quinque, in corymbum quaſi congeſtis; faſciculis lateralibus plerumque geminis; inuolucro vniuerſali faſciculos aequante; ſpiculis anguſtioribus, acutioribus, bifloris, albis, et nonniſi aetate dilute fuſceſcentibus; ſtigmatibus ſtilo breuioribus; receptaculi ſetis octo ad decem.

†† *Culmo nudo.*

3. SCHOENVS *mucronatus*, culmo tereti, ſpiculis faſciculatis, inuolucro 3-6phyllo.

Schoenus mucronatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 259. (excl. ſyn. Barrel.) *Schousb. Marocc. ed. Germ.* p. 16. *Desfont. Atlant.* 1. p. 41.

Cyperus aegyptiacus. *Glox. Obſ.* p. 20.

Scirpus maritimus, capite glomerato. *Scheuchz. Agroſt.* p. 367.

Gramen iunceum maritimum capite ſquamoſo foliaceo. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen marinum cyperoides. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 498. c. ic.

Gramen cyperoides maritimum. *C. Bauh. Theatr.* p. 91. c. ic.

Iuncus maritimus. *Lob. Ic.* 1. p. 87.

Ic. *Glox. l. c. t.* 3. *I. Bauh. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 8. *f.* 1. *C. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 9. *f.* 6. *Lob. l. c.*

Germ. Spitziges Knopfgras.
In arenoſo maris Adriatici litore ad Aquas gradatas, haud infrequens vna cum Euphorbia Paralias, Lino maritimo, Scirpo Holoſchoeno aliisque (*Wulfen*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix maxime repens, teres, geniculata, ſquamis imbricatis, fuſcis per interualla obuoluta, praeſertim ad culmorum exortum fibris longis capillata. Culmus erectus, ſemipedalis vel pedalis altitudinis, rigidus, teres, ſtriatus, glaber, enodis, farctus; baſi vaginatus et inſuper foliis emarcidis tectus, reliqua parte nudus. Folia omnia, vt in ſequentibus, radicalia, rigida, linearia, anguſtiſſima, mucronata, canaliculata, ſtriata, glabra vel margine tantum ſcabra; modo erecta, modo reflexa aut decumbentia; alia culmum ſuperantia, alia breuiora. Vaginae fiſſae, membranaceae, ſtriatae, glabrae, fuſceſcentes. Capitulum terminale, ſubrotundum, e ſpiculis 10 ad 12 et pluribus, ſeſſilibus, oblongo-ouatis vel lanceolatis, acutiuſculis, compreſſis, 3-4floris. Inuolucrum tri- ad hexaphyllum, foliis inaequalibus, ad ſummum triuncialibus, baſi latiori, marginem verſus membranacea, capitulum includentibus. Glumae lanceolatae, compreſſae, glabrae, nitidae, multinerues, neruo intermedio craſſiori, in mucronem magis vel minus euidentem exeunte, purpuraſcentes aut ex fuſceſcente et purpuraſcente variae, margine dilutiori. Stigmata tria. Nux trigona, fuſca, baſi attenuata, apice mucrone paruo coronata. Setae nullae.

4. SCHOENVS *nigricans*, culmo tereti, ſpiculis faſciculatis, inuolucri diphylli valuula exteriori ſpiculas ſuperante.

Schoenus nigricans. *Linn. Suec.* n. 39. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 261. *Smith. Britan.* 1. p. 43. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 47. *Ehrh. Beitr.* 4. p. 48. *Ejusd. Gram. Pollich. Palat.* n. 37. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Cyperus ſpicis conglomeratis, calyce multifolio. *Hall. Helv.* n. 1347.

Iunco affinis, capitulo glomerato, nigricante. *Scheuchz. Agroſt.* p. 349.

Iuncus capitatus lithoſpermi ſemine. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1121. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 10. *f.* 28. *Scheuchz. l. c. t.* 7. *f.* 12-14.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 1. n. 1. *Ehrh. l. c.* n. 101.

H

Germ. Schwärzliches Knopfgras.

In maritimis prope Duinum alibique in Litorali (*Wulfen*) — in turfosis, paluſtribus, pratis et paſcuis vdis Auſtriae? (*Hoſt*), Sueviae inter Petershauſen et Wolmadingen (*Schreckenſtein*), Bavariae prope Ingolſtadium (*Schrank*), Ratisbonam (*Hoppe*) — prope Erlangam (*Schweigger*), Swinefurtum (*Wolff*) — Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*Borkhauſen*) — prope Driburgum (*Ehrhart*), Hamburgum (*Bueck*) — Holſatiae (*Weber*), Duc. Megapolitani (*Timm*), Marchiae Brandenburgicae prope Prenzlow (*Müller*) et Francofurtum (*Bergen*) — prope Halberſtadium (*Fiſcher*), Ienam? (*Graumüller*) — Sileſiae (*Krocker*, *Blottner*), Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Maio ad Iulium.

Radix fibroſa, denſum foliorum culmorumque caeſpitem ſuſtinens. Culmi ſemipedales, pedales et ſubinde altiores, teretes, ſtriati, glabri, enodes, baſi vaginati, ceterum nudi, vt folia et reliquae partes, rigidi. Folia inaequilonga, haud raro culmum ſuperantia, erecta, ſtriata, ſetacea, acuminata, margine ſcabriuſcula; alia triquetra, aliqua caniculata et tantum apicem verſus triquetra. Vagina interior teretiuſcula, integra; reliquae, vt et faſciculorum, fiſſae, compreſſae, margine interiori membranaceae, nigreſcentes vel ex fuſco ferrugineae; omnes ſtriatae, glabrae et magis vel minus nitidae. Spiculae 5 ad 10 et plures, lanceolatae, acutiuſculae, compreſſae, nitidae, fuſco-purpuraſcentes, tri-, rarius quadriflorae, in apice culmi in faſciculum ouatum vel ſubrotundo-ouatum, inuolucratum congeſtae. Inuolucrum diphyllum, glumaceum, multineruoſum, ſpiculis concolor: interius ſ. minus emarginatum, cum mucrone breui, intermedio; exterius maius, in acumen foliaceum, triquetrum aut canaliculatum, faſciculo multo longius, deſinens. Glumae ſingularum ſpicularum 6 vel 7, acutiuſculae, compreſſae, margine dilutiori, vninerues, glabrae aut ſuperiori parte ſcabrae. Nux trigona, laeuiſſima, nitida, alba. Setae nullae.

Variat ſubinde inuolucri gluma exteriori breuius mucronata.

5. SCHOENVS *ferrugineus*, culmo tereti, ſpiculis geminis, inuolucri valuula exteriori ſpiculas aequante.

Schoenus ferrugineus. *Linn. Suec.* p. 40. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 261. (excl. ſyn. Moris.) *Hall. fil. in Roem. Bot. Arch.* 1. B. 2. St. p. 8.

Schoenus nigricans. *Hopp. Taſchenb.* 1800. p. 135. et 1802. p. 55. *Ejusd. Plant. Alp.*

Ic. *Noſtr. t.* 1. *f.* 4.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3.

Germ. Roſtfarbenes Knopfgras.

In turfoſis, vliginoſis, paſcuis et pratis humidis Carinthiae (*Wulſen*), Auſtriae? — prope Salisburgum *inter Glanegg und der Torfſtecherei*, vna cum Eriophoro anguſtifolio et Pediculari Sceptro Carolino (*Hoppe*) — Marchiae Brandenburgicae prope Prenzlow (*Müller*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Tam multa huic cum *S. nigricante* ſunt communia, vt a pluribus pro eadem planta vel pro eiusdem varietate haberi ſoleat; ſpecie vero omnino eſt diſtinctus. Culmi tenuiores et plerumque etiam humiliores; ſpiculae tantum geminae (vix vnquam plures): exteriori maiori, euidentius pedicellata, e glumis 5, rarius 6 compoſita, quarum duae interiores fertiles, reliquae ſteriles ſunt. Inuolucra oblongo-oualia: exterius mucrone, ſpiculam exteriorem ſ. maiorem aequante, nec, vt in praecedente, vncialem et vltra longitudinem ſuperante, terminatum. Eſſentialis vero nota, qua a *Schoeno nigricante* dignoſcitur, conſiſtit in ſetis 4 vel 5, hiſpidis, nucem cingentibus. — In hac et in priori ſpecie mihi ſemper obuia fuere ſtamina tria et totidem ſtigmata.

Gramen cyperoides minimum cariophylli proliferi capitulo ſimplici ſquamato. *Moris Hiſt.* 3. *ſect.* 8. p. 245. t. 12. f. 40. a *Linnaeo* citatum, ad *Iuncum triglumen* pertinet. Icon vero *Schoeni ferruginei* a *Krockero* in *Flora Sileſiaca* tab. 8. data, et a nonnullis *Schoeno fuſco* adſcripta, monente ipſo *Krockero* (cf. emendanda ad Tom. prim. *Flor. Sileſ.*) *Iuncum ericetorum* *Pollich.* *ſ. gracilem* *Roth.* repraeſentat.

30. CYPERVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 39. Iuff. Gen. p. 27. Vent. Tabl. 2. p. 92. t. 3. f. 2. Gaertn. Fruct. 1. p. 9. f. 2.

Cal. glumae vniualues, vniflorae, difstiche in fpiculas compreffas imbricatae: duabus exterioribus faepe fterilibus. *Cor.* nulla. *Sem.* nudum.

1. CYPERVS *auftralis*, capitulis feffilibus pedunculatisue, inuolucro vniuerfali 5-6phyllo, partiali subtriphyllo.

Cyperus aquaticus italicus, procerior, locufiis tenuiffimis, in racemum denfe congeftis, femine cinereo longo perangufto. *Mich. Nov. Gen.* p. 45. n. 12. *Seguier. Veron.* 3. p. 68.

Cyperus paniculis glomeratim congeftis, feminibus ariftatis. *Mont. Prodr.* p. 14.

Ic. *Seguier. l. c. t.* 2. *f.* 2. *Mont. l. c. t.* 1. *f.* 1.

Germ. Südliches Cyperngras.

In Litoralis maritimis inundatis prope Duinum et Monfalconium (*Wulfen*) — frequentius in Italia aliisque Europae auftralis regionibus.

Perennis. Flor. Iulio ad Auguftum.

Radix craffiufcula, fufca, fibris multis inftructa. Culmi plures, a fefquipedali ad tripedalem altitudinem adfcendentes, triquetri, vt in fequentibus, ftriati, glabri, vaginati, fuperiori parte nudi. Folia linearia, acuminata, carinata, margine et carina apicem verfus plus minus fcabra: fuperiora plerumque culmo longiora; inferiora breuiora. Vaginae pallidae vel ex glauco fufcefcentes. Inuolucrum exterius f. vniuerfale conftituunt folia 5 ad 6, reliquis fimilia, fed margine euidentius fcabra, vmbellam fuperantia, quorum maximum fefquipedale, immo duas pedes longum reperitur, reliquis longitudine et latitudine fenfim decrefcentibus. Partialis inuolucri, fingulis florum capitulis fubiecti, folia duo aut tria, rarius quatuor, pariter inaequalia, fed longe minora atque tenuiora. Ochreae laxae, truncatae, dilute ferrugineae. Vmbella conftans capitulis 5-8, pedunculatis feffilibus-

que. Pedunculi f. radii compreffi, glabri, longitudine varii, femunciales, vnciales et quandoque fesquiunciales. Capitula ouata vel fubrotundo-ouata, faepius fubtriquetra, e fpiculis numerofis, exiguis, linearibus, 9-13floris glomerata. Glumae minutiffimae, lineari-lanceolatae, obtufiufculae, compreffae, glabrae, rufefcentes aut ex rufo ferrugineae, neruo vnico viridi, dorfi medium percurrente, notatae; primo imbricatae, dein remotiufculae. Glumae duae inferiores lanceolato-acuminatae, dilutiores: exteriori paulo maiori, acutiori, plerumque fterili. Semen minutiffimum, triquetrum.

In locis minus humidis culmi humiliores, folia et inuolucra breuiora, capitula breuius pedunculata.

Cyperus glomeratus, cui a LINNAEO MONTII et SEGUIERI allata fynonyma adnumerantur, a WILLDENOWIO (*Spec. Plant.* 1. p. 278.) vero tanquam dubia excluduntur, a noftra planta vmbella, fpicularum glomerulis, glumis aliisque partibus diftinguitur.

2. CYPERVS *flauefcens*, vmbella fubcompofita triphylla, fpiculis lanceolatis, glumis obtufis.

Cyperus flauefcens. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 279. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 50. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 25. *Krock. Siles.* n. 67. *Ehrh. Beitr.* 4. p. 155. *Pollich. Palat.* n. 41. — *Hopp. Herb.*

Cyperus vmbella trifolia, fpicis feffilibus, vmbellatis, glumis obtufis. *Hall. Helv.* n. 1348.

Cyperus minimus, panicula fparfa, fubflauefcente. *Scheuchz. Agroft.* p. 385.

Cyperus longus minor pulcher panicula lata compreffa fubflauefcente. *Moris. Hift.* 3.

Gramen pulchrum paruum, panicula lata compreffa. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 470. 471. c. ic.

Gramen cyperoides minus panicula fparfa. *C. Bauh. Theatr.* p. 89. c. ic.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 7. — *I. Bauh. l. c.*
Krock. l. c. t. 12. — *C. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 11. *f.* 37.

Germ. Gelbliches Cyperngras.

In paludoſis.

Annua. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix fibroſa. Culmi plures, in ceſpitem coniuncti, digitales, ſeſquidigitales, tenues, triquetri, ſtriati, glabri, baſi vaginati. Folia culmum aequantia vel paulo breuiora, mollia, anguſtiſſima, linearia, acuminata, carinata, vt inuolucra ſuperne ad oras et carinam ſcabriuſcula. Vaginae laxae, glabrae. Inuolucri folia tria, rarius quatuor, reliquis ſimilia, inaequalia, quorum maximum vnciam vel ſeſquiunciam longum. Vmbellam conſtituunt 2 ad 4 faſciculi ſ. vmbellulae ſpicularum, quibus ſaepe vna alteraue ſpicula ſolitaria immixta reperitur. Spiculae ſingulae ſubſeſſiles, lanceolatae, obtuſae, inaequales. Glumae imbricatae, oblongo-ouatae, obtuſae, compreſſae, nitidae, dilute vel flauo-fuſceſcentes, neruo carinali viridi apicem verſus ſcabro diſtinctae: duabus inferioribus paulo minoribus. Semen lenticulare, baſi attenuatum, apice mucrone exiguo coronatum, obſolete punctatum, nigrum.

3. CYPERVS *fuſcus*, vmbella compoſita triphylla, ſpiculis lineari-lanceolatis, glumis acutiuſculis.

α. Vulgaris.

Cyperus fuſcus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 280. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 50. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 25. *Krock. Siles.* n. 68. *Pollich Palat.* n. 42. *Leers. Herborn.* n. 33. *Rottb. Gram.* p. 33. — *Flor. Dan. Hopp. Herb. Ehrh. Gram.*

Cyperus vmbella trifolia, ſpicis petiolatis congeſtis, glumis ouato-lanceolatis. *Hall. Helv.* n. 1349.

Cyperus minimus, panicula ſparſa nigricante. *Scheuchz. Agroſt.* p. 384.

Cyperus longus minimus pulcher panicula compreſſa nigricante. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen paruum pulchrum aliud panicula compreſſa nigricante. *I. Bauh. Hiſt.* 2. 471. c. ic.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 7. *Leers l. c. t.* 1.
Krock. l. c. t. 11. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 9. *f.* 38.
Flor. Dan. t. 179. *I. Bauh. l. c.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 54. *Ehrh. l. c. n.* 111.

β. Virefcens.

Cyperus virefcens. *Hoffm. Germ. ed.* 2. p. 21. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 280.

Cyperus compreffus nofter feu viridis. *Krock. Siles.* n. 69.

Ic. *Krock. l. c. t.* 13.

Germ. Braunes Cyperngras.

In paludofis, pratis humidis; β. nonnifi in Silefia obferuata.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Culmi quam in praecedente faepe altiores; vmbella ex vmbellulis feffilibus et pedunculatis compofita; pedunculi triquetri, ochrea laxa, albida, oblique truncata inftructi; fpiculae lineari-lanceolatae, glumis remotiufculis, paulo acutioribus, e fufco purpureis, neruo carinali lato, viridi diftinctis; femen triquetrum, albidum. Reliqua vt in priori.

Variat fubinde culmis a quadriunciali ad femipedalem altitudinem adfcendentibus et vmbellulis longius pedunculatis.

β. differt tantum fpiculis anguftioribus, glumis remotioribus, dilutioribus et omnium partium habitu tenuiori.

4. CYPERVS *efculentus*, vmbella decompofita fubpentaphylla, fpiculis lanceolatis, radice tuberofa.

Cyperus efculentus. *Spec. Plant ed. Willd.* 1. p. 284. *Desfont. Atlant.* 1. p. 43.

Cyperus rotundus inodorus efculentus fiue Trafi Italorum. *Moris. Hift.* 3.

Trafi. *I. Bauh. Hift.* 3. p. 504. 505. c. ic.

Cyperus rotundus, efculentus, anguftifolius. *C. Bauh. Theatr.* p. 222. c. ic. *Scheuchz. Agroft.* p. 382.

Trafi Veronenfium. *Lob. Hift.* p. 41. c. ic.

Trafi Veronenfium, vel efculenti Cyperi: Dulcichinum Guillandini, et Cyperus dulcis Theophrafti. *Lob. Ic.* 1. p. 178. c. ic.

Cyperus rotundus. *Camer. Epit.* p. 10. c. ic.

Dulichium. *Dodon. Pempt.* p. 340. c. ic.

Ic. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 11. *f.* 10.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Lob. Hist. et Ic. l. c.
Camer. l. c.
Dodon. l. c.

Germ. Essbares Cyperngras, (Erdmandel).
In humidis prope Aquileiam (*Wulfen*).
Perennis. Flor. Iulio.
Radix e fibris tortuosis, ramosis simplicibusue composita, quibus hinc et inde adhaerent tubera parua, plerumque subrotunda vel ouata, foris fusca et radiculis insperfa, intus farcta substantia solida, farinacea, albida et subdulci. Culmi plures, in cespitem magis vel minus densum vniti, semipedales, interdum pedales, triquetri, glabri, inferiori parte vaginati, ceterum nudi. Folia linearia, acuminata, carinata, margine et carina, praeprimis apicem versus, scabra; modo culmum aequantia, modo longiora. Vaginae pallide virescentes vel fuscescentes. Inuolucri folia 4 ad 6, reliquis similia, inaequalia: duobus maioribus (2-2½ vncialibus), vmbellam superantibus, reliquis sensim minoribus. Ochreae laxae, oblique truncatae, pedunculos et pedicellos vaginantes. Vmbellae radii s. pedunculi 9-12, subcompressi, glabri, longitudine varii; alii breuissimi, alii semunciales aut vnciales, pauci sesquiunciam aut duas vncias longi. Rachis flexuosa, alternatim excauata, angulis submembranaceis, laeuibus. Singulis pedunculis versus apicem insident spiculae 7-11, alternae, lanceolatae, obtusae, glabrae, nitidae, ferrugineae vel e ferrugineo et purpurascente variae, 9-13florae; in pedunculis minoribus omnes sessiles et solitariae; in maioribus inferiores plerumque geminae et pedicello suffultae. Glumae imbricatae, oblongo-ouales, obtusae, compressae, margine dilutiores, neruis 6-7 notatae. Glumae duae inferiores, inaequales, steriles: altera minori, in spiculis vero inferioribus, praeprimis pedicellatis, exterior longe maior et in acumen serrulatum attenuata.

5. CYPERVS *longus*, vmbella supradecomposita 4-6-phylla, spiculis linearibus, glumis imbricatis, radice repente.

Cyperus longus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 285. *Smith. Britan.* 1. p. 47. *Desfont. Atlant.* 1. p. 43. *Hoſt. Auſtr.* p. 29. *Jacq. Collect.* 3. p. 191. *Ejusd. Ic. Rar.* 2. *Scop. Carn.* n. 55. — *Engl. Bot.*

Cyperus procerus. *Rottb. Gram.* p. 29.

Cyperus odoratus, radice longa, ſeu Cyperus officinarum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 378.

Cyperus longus odoratus maior panicula ſparſa ſpecioſa. *Moris. Hiſt.* 3.

Cyperus panicula ſparſa ſpecioſa. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 493. c. ic.

Cyperus longus odoratus. *C. Bauh. Theatr.* p. 216. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1309.
Jacq. l. c. t. 297.
Rottb. l. c. t. 5. *f.* 3.
Scheuchz. l. c. t. 8. *f.* 12.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 11. *f.* 13.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.

Germ. Langes Cyperngras.

In Litorali in foſſis Duini, Aquileiae; in Foriiulii locis paluſtribus et inundatis (*Scopoli, Hoſt*); in Auſtria ad Thermas Badenſes ad riuulos (*Jacquin*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens, craſſa, fuſco-nigra, fibris pluribus, concoloribus aucta, odorata et ſapore praedita aromatico, leuiter adſtringente. Culmi bi-tripedales et altiores, triquetri, acutanguli, glabri, nitidi, baſi vaginati. Folia culmum aequantia vel breuiora, linearia, acuminata, carinata, nitida, ad oras et ſuperiorem carinae partem ſcabra, vaginis fuſceſcentibus, quandoque purpureo-maculatis. Inuolucrum vniuerſale e foliis 4 ad 6, reliquis ſimilibus, inaequalibus, quorum maximum ſaepe pedem et vltra longum. Partiale, vmbellulis ſubiectum, 2-3phyllum, foliolis ſetaceis, inaequalibus, vmbellula minoribus. Ochreae laxae, truncatae, dilute ferrugineae. Vmbella ſupradecompoſita, radiis ſ. pedunculis pluribus, inaequalibus, 1-4uncialibus et longioribus, compreſſo-triquetris, glabris, cum vmbellula centrali ſubſeſſili. Pedunculi maiores vmbella ſimplici, pariter inaequali terminati: minores, vt pedicelli ſ. radii partiales primum, verſus apicem tantum ſpiculas 5-9, alternas, ſeſſiles continent. Rachis ſubflexuoſa, compreſſa,

glabra. Spiculae ſingulae, lineares, acutiuſculae, glabrae, nitidae, 11-19florae. Glumae imbricatae, oblongo-ouales, obtuſae, compreſſae, e ferrugineo purpuraſcentes, margine dilutiores, neruo carinali viridi diſtinctae: duabus inferioribus minoribus, plerumque ſterilibus: altera ſ. exteriori paulo maiori, acutiori, apice ſaepe reflexa. Semen triquetrum, baſi attenuatum, nigrum.

6. CYPERVS *Monti*, vmbella decompoſita 4-5phylla, ſpiculis lanceolatis, glumis remotiuſculis, radice repente.

Cyperus Monti. *Linn. Suppl.* p. 102. *Willd. Spec. Plant.* 1. p. 286.

Cyperus ſerotinus. *Rottb. Gram.* p. 31.

Cyperus ſerotinus, odoratus, radice longa, panicula e locuſtis latis ferrugineis compactis. *Mont. Prodr.* p. 12. *Scheuchz. Agroſt.* p. 380.

Ic. *Mont. l. c. t.* 1. *f.* 2.

Germ. Montiſches Cyperngras.

In maritimis Litoralis prope Duinum, Monfalconium, Aquileiam alibique (*Wulfen*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens, craſſiuſcula, fuſca, fibras copioſas, praeſertim ad culmorum exortum, emittens. Culmi bi- vel tripedales, triquetri, acutanguli, glabri, baſi vaginati. Folia linearia, acuminata, carinata, tantum apicem verſus, vt inuolucra, ad oras et carinam ſcabra; alia culmum aequantia, breuiora alia. Vaginae glabrae, pallide vireſcentes aut leui purpura ſuffuſae. Inuolucri folia quatuor vel quinque, reliquis conformia, quorum duo vmbellam ſuperant, atque horum maximum ſeſquipedale, interdum etiam bipedale. Ochreae laxae, oblique truncatae, purpuraſcentes. Vmbella decompoſita. Radii plures, compreſſi, glabri, patentes, longitudine varii: maiores 2-4unciales, inferne vno alteroue ramulo aucti; reliquis ſenſim minoribus et indiuiſis. Rachis flexuoſa, angulata, alternatim excauata, glabra. Spiculae numeroſae, alterne pinnatim radiis ſ. pedunculis et

ramulis (ſi adſunt) inſidentes, lanceolatae, obtuſae, craſſiuſculae, glabrae, nitidae, 11 ad 19 flores continentes. Glumae ouatae, obtuſae, vix carinatae, ferrugineae vel fuſceſcenti-purpureae, margine apicem verſus dilutiori, 3nerues, neruo intermedio euidentiori, viridi: iuueniles imbricatae; adultiores ſ. fructiferae remotiuſculae. Glumae duae inferiores paulo minores, inaequales, ſteriles. Semen obouatum, compreſſum, pallide fuſcum.

Var. ſpiculis anguſtioribus 21-31floris.

31. SCIRPVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 94. Iuſſ. Gen. p. 27. Vent. Tabl. 2. p. 92. Gaertn. Fruct. 1. p. 10. t. 2.

Cal. glumae vniualues, vniflorae, in ſpicam v. ſpiculas vndique imbricatae: exteriorum vna alteraue ſaepe ſterili. *Cor.* nulla. *Nux* vnilocularis, nuda v. ſetis e receptaculo ortis obuallata.

† *Spica vnica.*

* *ſimplici.*

1\. SCIRPVS *ceſpitoſus*, culmo tereti, vaginis in rudimentum folii deſinentibus, ſpica inuolucro diphyllo incluſa, ſtigmatibus tribus.

α. Vulgaris.

Scirpus ceſpitoſus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 292. (excl. Moris. ſyn.) *Smith. Britan.* 1. p. 49. *Roth. Catal.* 1. p. 7. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 52. *Krock. Siles.* n. 72. *Pollich. Palat.* n. 44. — *Engl. Bot. Hopp. Plant. Alp. Ehrh. Gram.*

Scirpus caule terete, aphyllo, ſpica pauciflora, acuminata, calycinae glumae longitudine. *Hall. Helv.* n. 1334.

Scirpus montanus, capitulo breuiore. *Scheuchz. Agroſt.* p. 363.

Gramen iunceum marinum denſe ſtipatum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 508. 509. c. ic.

Gramen iunceum foliis et ſpica iunci minus. *C. Bauh. Theatr.* p. 79. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1029. *I. Bauh. l. c.*
Krock. l. c. t. 14. *C. Bauh. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 7. *f.* 18.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Ehrh. l. c. n.* 102.

β. Nemoroſus.

Scirpus ceſpitoſus. *Roth. l. c.* β.

Germ. Moor-Binſe.

In turfoſis, vliginoſis, pratis humidiuſculis arenoſis; β. in nemoribus vliginoſis Ducat. Oldenburgenſis (*Roth*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix e fibris tortuoſis, rigidis, fibrillulas paucas emittentibus compoſita. Culmi plures, in ceſpitem denſum coniuncti, ſterilibus nonnullis intermixti, rigidi, erecti vel varie flexi, teretes, aequales, profunde ſtriati, glabri, baſi vaginati; longitudine varii, 3-4unciales, plerumque tamen ſemipedales, in β. pedalis vel ſeſquipedalis altitudinis et tenuiores. Culmi ſteriles quandoque longiores et recuruati. Vaginae apice in rudimentum folii deſinentes, ſquamis veſtitae copioſis, imbricatis, emarcidis, perſiſtentibus, quarum interiores ſenſim maiores et acutiores. Involucrum diphyllum, foliolis ſpicam includentibus, inaequalibus, glumaceis, ouato-lanceolatis, obtuſis, compreſſis, ſtriatis, glabris, nitidis, fuſceſcentibus aut e fuſco ferrugineis, margine dilutioribus, neruo dorſali craſſiuſculo, viridi, in mucronem foliaceum obtuſum, in exteriori paulo longiorem, producto. Spica terminalis, ſolitaria, exigua, oualis, pauciflora. Glumae omnes fertiles, inuolucri foliolis conformes, ſed anguſtiores, tenuiores et mucrone deſtitutae. Stigmata tria. Nux triquetra, apice ſtili rudimento coronata, nigra. Setae receptaculi 6, retrorſum hiſpidae, nuce longiores. — Variat ſubinde floribus viuiparis.

Culmos ſteriles in hac, vt in nonnullis aliis ſequentium, non pro foliis habendos eſſe, apparet ex eo, quod aeque ac fertiles vaginati reperiuntur. In noſtra ſaltem planta, ob rudimenta foliorum, e vaginarum apice prouenientia, culmi ſteriles aſſumendi ſunt.

Iuncus paruus montanus cum paruis capitulis luteis. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 522. a *Linnaeo* citatus, dubius videtur; *Morisoni* (*Hist.* 3. *sect.* 8. t. 10. f. 35.) vero pariter allatum fynonymum prorfus alienum eft.

2. SCIRPVS *Baeothryon*, culmo tereti, vaginis aphyllis, fpica nuda, glumis obtufis, ftigmatibus tribus.

α. Maior.

Scirpus Baeothryon. *Ehrh. Beitr.* 2. p. 81. *Linn. Suppl.* p. 103. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 293. (excl. fyn. Flor. Dan.) *Roth. Catal.* 1. p. 8. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 54. (excl. fyn. Flor. Dan.) — *Drev. et Hayn. Ic.* 1. *Ehrh. Phyt.*

Scirpus Halleri. *Villars. Delph.* 2. p. 188.

Scirpus fepium. *Verz. aller Gewächfe Teutfchl.* 1. p. 136.

Scirpus pauciflorus. *Lightf. Scot.* p. 1078. *Smith. Britan.* 1. p. 50. — *Engl. Bot.* (quoad iconem potius huius, quam fequentis varietatis videtur).

Scirpus caule tereti, fpica nuda, pauciflora, glumis calycinis longiore. *Hall. Helv.* n. 1335.

Scirpus minimus, capitulo fquamofo breuiore et craffiore, fufco. *Scheuchz. Agroft.* p. 366.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1122. *Scheuchz. l. c. t.* 7. *f.* 21. *Drev. et Hayn. l. c. t.* 22.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 31.

β. Minor.

Scirpus campeftris. *Roth. Catal.* 1. p. 5. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 293. — *Drev. et Hayn. Ic.* 1.

Scirpus minimus fpica breuiore fquamofa fpadicea. *Scheuchz. Agroft.* p. 364.

Ic. *Drev. et Hayn. l. c. t.* 23. *Scheuchz. l. c. t.* 7. *f.* 19.

Germ. Torf-Binfe.

In vliginofis, paluftribus, locis inundatis, arenofis humidis Carinthiae (*Wulfen*), Auftriae (*Flügge*), Princip. Salisburgenfis (*Braune*), Bavariae prope Weltenburg (*Rupert*), Ratisbonam (*Hoppe*) — prope Swinefurtum (*Wolff*) — Eichsfeldiae prope Seburg verfus Gottingam (*Sr.*) — prope Hannoveram (*Ehrhart*) — Com. Marchiae (*Wohlleben*), Duc. Oldenburgenfis (*Trentepohl*) etBremenfis (*Roth*) — prope

Hamburgum (*Flügge, Hayne*) — Duc. Megapolitani (*Timm*) — prope Berolinum (*Willdenow*), Wittebergam (*Schkuhr*), Erfordiam (*Bernhardi*) — Silesiae (*Blottner*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix pro vario solo magis vel minus repens. Culmi 2-4 et plures, tenues, erecti vel parum flexuosi, teretes, striati, glabri, 4-unciales, rarius altiores; in β. vncialis aut biuncialis tantum altitudinis. Culmi steriles reliquis similes. Vaginae oblique truncatae, aphyllae, culmum arcte includentes: exterioribus minoribus, saturatius coloratis. Spica terminalis, solitaria, exigua, 4-7flora: florifera oblongo-ouata; fructifera magis ouata, et apice quandoque subbifida; in β. minor et ob flores pauciores (2-3 enim plerumque adsunt), etiam maturitate, paulo angustior. Glumae oblongo-ouatae, subinde ex ouato lanceolatae, obtusae, compressae, glabrae, nitidae, fuscae, neruo carinali obscuriori, margine apicem versus albidae: duabus exterioribus plerumque fertilibus, inaequalibus, obtusioribus, spica ipsa duplo fere minoribus. In variet. β. glumae duae exteriores, ob minorum florum numerum, spicae ipsi interdum longitudine aequales videntur, plerumque tamen minores, et maturo fructo spica duplo breuiores apparent. Germen pilis breuibus, demum euanescentibus, insperfum. Stigmata tria. Nux trigona, pallide vel fuscescenti-flaua, nitida. Setae receptaculi 6, retrorsum hispidae.

Collatis pluribus speciminibus a VV. Cl. *Rothio*, *Trentepohlio* aliisque mecum communicatis, clarum fit, *Scirp. campestrem* nonnisi ob solum sterilius, culmis humilioribus, tenuioribus et spica e paucioribus floribus composita, a varietate α., in vliginosis et locis humidioribus crescente, differre. Glumarum exteriorum longitudo diuersa, qua *Rothius Scirpum campestrem* a *Sc. Baeothryo* separat, a solo florum numero, vt supra iam monui, pendet. Sed Vir amicissimus, literis nuper ad me scriptis (*Diar. nostr. botan.* 1801. 1. p. 470.), nunc sibi persuasum habet, limites certas inter vtramque speciem vix statuendas esse.

3. SCIRPVS *palustris*, radice repente, culmo subtereti, vaginis aphyllis, spica nuda, glumis acutiusculis, stigmatibus duobus.

α. Maior.

Scirpus palustris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 291. *Smith. Britan.* 1. p. 48. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 52. *Pollich. Palat.* n. 43. *Leers. Herborn.* n. 34. — *Engl. Bot. Flor. Dan.*

Scirpus caule terete, spica vnica, terete, multiflora. *Hall. Helv.* n. 1336.

Iuncellus cyperoides capitulo simplici. *Loes. Pruss.* p. 131.

Scirpus Equiseti capitulo maiori. *Scheuchz. Agrost.* p. 360. et

Scirpus Equiseti capitulo maiori alter. *Ejusd.* p. 361.

Iuncus capitulis Equiseti maior. *Moris. Hist.* 3. et

Iuncus capitulis Equiseti longioribus. *Ejusd.*

Iuncus capitulis longis, siue clauatus. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 523. c. ic.

Iuncus Equiseti capitulis. *C. Bauh. Theatr.* p. 186. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 131.	*Scheuchz. l. c. t.* 7. *f.* 17.
Flor. Dan. t. 273.	*Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 10. *f.* 32. 33.
Leers. l. c. t. 1. *f.* 3.	*I. Bauh. l. c.*
Loes. l. c. t. 36.	*C. Bauh. l. c.*

β. Minor.

Scirpus palustris. *Ehrh. Gram.*

Scirpus palustris. *Roth. l. c.* β. (excl. Scheuchz. syn. ad praeced. variet. pertinente).

Scirpus Baeothryon. *Wohlleb. Suppl.* p. 3.

Scirpus acicularis. *Flor. Dan.* t. 167. (perperam a Rothio et Willdenowio ad Sc. Baeothryon, a Smithio ad Scirp. multicaulem relatus).

Scirpus caule aphyllo, spicis imbricatis subrotundis, glumis obtusis. *Berg. Francof.* p. 315.

Scirpus Equiseti capitulis crassioribus et habitioribus pumilus et multicaulis. *Rupp. Jen. ed. Hall.* p. 319. (cum synon. priori perperam a Rothio et Willdenowio Sc. ouato, a Smithio Sc. multicauli adscriptus).

Ic. *Flor. Dan. l. c.*

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 61.

Germ. Sumpf-Binſe.

In foſſis, paludibus, riuulis; *β.* in pratis et paſcuis humidiuſculis.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix repens, teretiuſcula, fuſca vel e fuſco nigra, fibris multis, concoloribus, praeſertim ad culmorum exortum, capillata. Culmi pedales, bipedales erecti, teretes vel ex tereti compreſſi, ſtriati, vt reliquae partes, glabri, baſi vaginati, ceterum nudi. Vaginae truncatae, aphyllae, culmum arcte includentes: exterioribus minoribus, obſcurius coloratis. Spica terminalis, ſolitaria, oblongo-ouata, ſaepius lanceolata, teretiuſcula vel compreſſa, multiflora. Glumae oblongo-ouatae, ſubcarinatae, nitidae, fuſceſcentes aut ex fuſco ferrugineae, margine apicem verſus dilutiori: ſuperioribus ſenſim anguſtioribus, acutiuſculis; duabus inferioribus ſubrotundo-ouatis, obtuſis, ſterilibus. Stigmata duo. Nux obouata, lenticulari-compreſſa, pallide flaua. Setae quatuor.

Varietati *β.* radix craſſior et ſublignoſa; culmi digitales, ſeſquidigitales, rarius ſemipedales, tenuiores, rigidiores, minus erecti et ſpicae minores. — Variet. *β.*, a LINNAEO conſtituta, ſecundum ab ipſo allata SCHEUCHZERI (*Agroſt.* p. 361. t. 7. f. 17.) et MORISONI (*Hiſt.* 3. ſect. 8. t. 10. f. 33.) ſynonyma, a varietate noſtra *α.* vix diſiungenda eſt.

Scirpus multicaulis, cui a SMITHIO (*Flor. Britan.* 1. p. 48. *Engl. Bot.* t. 1187.) plura, ad *Sc. paluſt.* variet. *β.* referenda, ſynonyma adnumerantur, eſt media quaſi planta inter hanc varietatem et ſequentem ſpeciem. A priori, cuius habitum refert et quacum in multis notis conuenit, differt radice fibroſa, ſpica magis ouali et glumis aequalibus, obtuſioribus; a *Sc. ouato* radice perenni, culmis rigidioribus, ſpica anguſtiori, e paucioribus et maioribus glumis compoſita. Ab vtraque optime diſtinguitur ſtigmatibus tribus et ſpicae floſculo vno alteroue inferiori ſaepe viuiparo et diuaricato euadente. — In icone ex *Engl. Bot.* cit. *Sc. multicaulis* ſtigmatibus duobus depingitur; forte pictoris culpa. Specimina enim ab ipſo SMITHIO miſſa ſtigmata tria continent.

4. SCIRPVS *ouatus*, radice fibrofa, culmo fubcompreffo, vaginis aphyllis, fpica nuda, glumis obtufis, ftigmatibus duobus.

Scirpus ouatus. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 562. *Willd. Spec. Plant.* 1. p. 294. (excl. Bergen. et Rupp. fynon.) — *Hopp. Plant. Alp.*

Scirpus compreffus. *Moench. Meth.* p. 349.

Scirpus capitatus. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 54. (excl. Bergen. et Rupp. fynon.) *Ehrh. Beitr.* 4. p. 155. *Krock. Siles.* n. 71.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 3.

Germ. Eiförmige Binfe.

In limofis humidis, aquis ftagnantibus, paluftribus Carinthiae (*Wulfen*), Auftriae (*Flugge*), Bavariae prope Ratisbonam (*Funk*), Princip. Baruthini prope Erlangam (*Hoppe*, *Funk*), Palatinatus (*Koch*), Wetteraviae (*G. M. S.*), Haffiae (*Mönch*) — prope Hamburgum (*Bueck*) — Saxoniae pr. Wittebergam (*Schkuhr*), Lipfiam (*Schreber*) — Neomarchiae (*Rebentifch*), Lufatiae (*Oettel*), Silefiae (*Krocker*, *Starke*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrofa, denfum culmorum cefpitem fuftinens. Culmi a biunciali ad femipedalem altitudinem adfcendentes, erectiufculi vel patentes, graciles, fubcompreffi, apicem verfus contracti, obfolete ftriati, glabri, inferiori parte vaginati, vaginis truncatis, aphyllis, vt in praecedente aliisque affinibus, faepe duplicatis. Spica terminalis, folitaria, ouata, obtufa, multiflora. Glumae ouatae, obtufae, glabrae, nitidae, ex fufco magis vel minus in ferrugineum colorem tendentes, apice dilutiores, neruo dorfali viridi diftinctae: duabus inferioribus obtufioribus, fterilibus. Stamina et ftigmata plerumque duo. Nux praecedentis, nifi quod multo minor et bafi magis attenuata fit. Setae receptaculi 6, retrorfum hifpidae, nuce longiores.

Iuncus clauatus minor capitulis rotundioribus. *Moris. Hift.* 3. fect. 8. t. 10. f. 14., in *Willdenowii Spec. Plant.* editione citatus, habitu quidem non recedit, ob radicem vero repentem, in noftro Scirpo femper fibrofam, huius loci effe nequit.

5. SCIRPVS *acicularis*, culmo quadrangulo, vaginis aphyllis, ſpica nuda.

Scirpus acicularis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 295. *Smith. Britan.* 1. p. 51. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 55. P. 2. p. 562. *Pollich. Palat.* n. 45. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Hopp. Herb. Ehrh. Phyt.*

Mariſcus foliis ſetaceis, mollibus, ſpica nuda, pauciflora. *Hall. Helv.* n. 1346.

Iuncellus minimus capitulis equiſeti. *Moris. Hiſt.* 3. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 749. *Pluk. l. c. t.* 40. *f.* 7.
Flor. Dan. t. 287. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 10. *f.* 37.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 53. *Ehrh. l. c.* n. 41.

Germ. Nadelförmige Binſe.

In paluſtribus, inundatis, ad lacus et foſſas.

Annua. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix fibroſa. Culmi plures, ſterilibus nonnullis intermixti, graciles, filiformes, quadranguli, vix ſtriati, vt reliquae partes glabri, articulato-nodoſi, erecti, digitales, ſeſquidigitales; in aquis natantes ſemipedales, pedales, tenuiores. Culmi ſteriles, apice ſaepe recuruati, ceterum conformes. Vaginae tenuiſſimae, oblique truncatae, aphyllae. Spica terminalis, ſolitaria, exigua, ouata, acutiuſcula, e floſculis 7-11 compoſita. Glumae ouatae, obtuſae, nitidae, fuſco-purpureae, neruo carinali viridi notatae, margine dilutiores: infima ſ. exteriori paulo minori, obtuſiori, plerumque etiam fertili. Stigmata tria. Nux obouata, lenticulari-compreſſa, alba, nitida. Setae plerumque nullae.

6. SCIRPVS *fluitans*, culmo folioſo, foliis faſciculatis, pedunculis terminalibus alternis.

Scirpus fluitans. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 295. *Smith. Britan.* 1. p. 51. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 55. *Krock. Siles.* n. 74. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Scirpus ſtolonifer. *Roth. in Vſter. N. Annal. Bot.* 4. p. 36. et 8. p. 18.

Scirpus equiſeti capitulo, minori. *Scheuchz. Agroſt.* p. 365.

Gramen iunceum clauatum repens foliis et capitulis Pſyllii. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 216. *Scheuchz. l. c. t.* 7. *f.* 20.
Flor. Dan. t. 1082. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 10. *f.* 31.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 3. n. 4. *Ehrh. l. c.* n. 11.

Germ. Schwimmende Binſe.

In foſſis, ſtagnis, locis inundatis, arenoſis humidis Princip. Baruthini (*Delavigne*) — prope Monaſterium (*Arnal*) — Duc. Oldenburgenſis (*Trentepohl*) — pr. Bremam (*Mertens*), Hamburgum (*Buech*) — Holſatiae (*Ritter*) — pr. Hannoveram (*Ehrhart*), Halam Saxon. (*Flörke*) — Sileſiae? (*Krocker*).

Perennis. Flor. Iulio ad Septembrem.

Radix fibroſa. Culmi graciles, ſemiteretes, latere altero conuexiuſculo, altero canaliculato, ſtriati, glabri, baſin verſus attenuati, ad genicula, praeſertim inferiora, radices fibroſas ſpargentes; in aquis elongati, natantes; in ſtagnis et inundatis aeſtate exſiccatis, laxe procumbentes, multo longiores, atque ex geniculis terrae vicinis radices et ramos quaquauerſum diffuſos agentes, vt planta in hoc ſtatu ceſpitem denſum, 3-4pedalem et nonnunquam latiorem, conſtituat. Folia ad genicula faſciculata, linearia, tenuiſſima, $1\frac{1}{2}$-2uncialia, flaccida, in aquis natantia, baſi vaginantia, canaliculata, glabra, trineruia, venis hinc inde transuerſis interſtincta. Vaginae multineruoſae, fiſſae, margine dilutiori. Pedunculi terminales, alterni, erecti aut parum incuruati, canaliculato-conuexi, glabri, ſeſquiunciam et vltra longi. Spica terminalis, ſolitaria, exigua, ouata, 3-4flora, glumis omnibus plerumque fertilibus. Glumae ouatae, obtuſiuſculae, carinatae, virides, vninerues, margine albidae: duabus exterioribus paulo maioribus, neruo carinali euidentiori notatis. Stigmata duo. Nux obouata, lenticulari-compreſſa, albida. Setae nullae.

Collata cum iconibus allatis Ehrhartiana et Rothiana ſpecimina euincunt, *Scirpum fluitantem* Linn. et Ehrharti cum *ſtolonifero* Rothii vnam eandemque eſſe plantam.

** *composita.*

7. SCIRPVS *caricinus*, culmo teretiuſculo, vaginis foliiferis, ſpica diſticha inuolucro breuiori, ſpiculis multifloris, foliis canaliculato-carinatis.

Scirpus Caricis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 292. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 56. — *Hopp. Herb.*

Schoenus compreſſus. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 65. *Smith. Britan.* 1. p. 44. *Wulf. in Jacq. Collect.* 3. p. 72. *Krock. Siles.* n. 59. *Pollich. Palat.* n. 38. *Leers. Herborn.* n. 32. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Phyt.*

Carex vliginoſa. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 1381.

Scirpus planifolius, ſpica terminante diſticha. *Hall. Helv.* n. 1342.

Gramen cyperoides, ſpica ſimplici, compreſſa, diſticha. *Scheuchz. Agroſt.* p. 490.

Ic. *Engl. Bot. t.* 791. *Leers. l. c. t.* 1. *f.* 1.
Krock. l. c. t. 9. *Scheuchz. l. c. t.* 11. *f.* 6. mala.
Pollich. l. c. t. 1.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 3. n. 2. *Ehrh. l. c.* n. 11.
Hopp. l. c. Cent. 1. n. 3.

Germ. Rietgrasartige Binſe.

In turfoſis, paluſtribus, pratis et paſcuis humidis.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix repens, ſquamis oblongis, fuſcis tecta et fibris pluribus, ramoſis aucta. Culmi ſemipedales, pedales, erecti vel varie flexi; inferne vaginati, ex tereti compreſſi, laeues; apicem verſus trigoni et ſcabriuſculi. Folia culmo breuiora, linearia, acuminata, ſtriata: inferiori parte canaliculata, dorſo conuexa, glabra; a medio ad apicem carinata, carina marginibusque ſcabriuſcula. Inuolucrum ſ. bractea ſolitaria, foliacea, triquetra, ſcabra, ſpica plerumque longior. Spica terminalis, ſolitaria, in diuerſis culmis diuerſae figurae et magnitudinis, compoſita e ſpiculis 9 ad 12, alternis, diſtichis: inferioribus paulo remotioribus. Spiculae ſeſſiles, ouatae vel oblongo-ouatae, nitidae, ferrugineae, 6-8florae. Rachis flexuoſa, alternatim excauata. Glumae lanceolatae, acutae, ſaepius mucronatae, carinatae, pluribus neruis diſtinctae, apice

dilutiores: infima lato-ouata, minori, obtufiori, fterili. Stigmata duo. Nux fubtrigona, nitida, pallide fufca. Setae receptaculi fex, retrorfum hifpidae, nuce ipfa duplo fere longiores.

8. SCIRPVS *rufus*, culmo tereti, vaginis foliiferis, fpica difticha inuolucro longiori, fpiculis paucifloris, foliis canaliculatis.

Schoenus rufus. *Smith. Britan.* 1. p. 45. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Schoeni compreffi varietas. *Lightf. Scot.* p. 1138.

Ic. *Noftr. t.* 1. *f.* 3. *Lightf. l. c. t.* 24. *f.* 2. mala. *Engl. Bot. t.* 1010.

Exf. *Dicks. l. c. fafc.* 10. n. 6.

Germ. Braunrothe Binfe.

Ad litora maris Balthici prope Svienemünde (*Flügge*).

Perennis. Flor. primo vere.

Simillimus praecedenti, fed huic culmi a bafi ad apicem teretes et glabri; folia exacte canaliculata, glabra, nec, vt in praecedente, fuperiori parte carinata atque fcabra; bractea canaliculata, obtufa, glabra, fpica minor, faepius nulla vel breuiffima; fpiculae ex rufo fufcae, pauciores, (5. 6.), magis approximatae, 3-4-, rarius 5florae. Glumae quoque latiores, obtufiores: exterioribus margine parum dilutioribus.

In *Scirpo caricino* bractea fubinde etiam fpica minor et quandoque nulla; reliquis vero characteribus vtraque fpecies a fe inuicem haud difficile diftinguitur.

Specimina huius Scirpi ex litoribus maris balthici priori, ob folum fterilius, omnium partium habitu minora et tenuiora; anglica vero in vliginofis lecta fpecimina *Scirpo caricino* magnitudine vix recedunt.

†† *Spiculis pluribus.*

* *culmo tereti.*

9. SCIRPVS *lacuftris*, culmo tereti, vaginis interioribus in folium breue definentibus, cyma terminali decompofita inuolucro diphyllo fuffulta.

α. Maior.

Scirpus lacuftris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 296. *Smith. Britan.* 1. p. 52. *Desfont. Atlant.* 1. p. 48. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 57. *Pollich. Palat.* n. 46. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Scirpus caule tereti, panicula laterali, ramofa, locuftis ouatis. *Hall. Helv.* n. 1337.

Scirpus paluftris, altiffimus. *Scheuchz. Agroft.* p. 354.

Iuncus laeuis maximus. *Moris. Hift.* 3.

Iuncus maximus Holofchoenos. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 522. c. ic.

Iuncus maximus, feu Scirpus. *C. Bauh. Theatr.* p. 178. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 666. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 1142. *C. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 10. *f.* 1.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 112.

β. Medius.

Scirpus Holofchoenus. *Flor. Dan.*

Scirpus paluftris humilior. *Scheuchz. Agroft.* p. 356.

Iuncus fiue Scirpus medius. *C. Bauh. Theatr.* p. 181. c. ic. *Moris. Hift.* 3.

Ic. *Flor. Dan. t.* 454. *C. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 10. *f.* 2.

γ. Minor.

Scirpus lacuftris. *Flor. Wetter.* n. 57. β. *Pollich* l. c. β.

Germ. See-Binfe.

In lacubus, ftagnis, pifcinis; γ. in paluftribus, pratis humidis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix valde repens, craffa, fufca, vaginarum emarcidarum reliquiis veftita et fibris copiofis, validis firmata. Culmi 8 - 12 pedes et vltra longi, a bafi ad apicem fenfim decrefcentes, recti, teretes, vix ftriati, glabri, nitidi, medulla fpongiofa farcti, inferiori parte vaginati, ceterum nudi. Vaginae membranaceae, neruofae, purpurafcentes vel e fufco et purpurafcente variae: fuperiores fenfim longiores et acutiores; intima f. fuprema definente in folium canaliculatum, rigidum, vncialis vel biuncialis longitudinis. Inuo-

lucrum vniuerſale diphyllum, foliolis acuminatis, canaliculatis, margine ad baſin membranaceis: altero multo longiori. Partiale conſtituit bracteam vnam alteramue, membranaceam, mucronatam, ferrugineam, margine dilutiori, fimbriato. Cyma terminalis, decompoſita. Pedunculi faſciculati, valde inaequales, circa baſin ochrea laxa, inaequaliter fiſſa, fuſceſcente obualati; alii compreſſi, glabri; alii ſemiteretes et ad angulos pilis breuibus, rigidulis, ferrugineis ſcabri. Pedunculi longiores cymam ſimplicem gerunt; breuiores tantummodo faſciculo ſpicularum terminantur. Spiculae omnes terminales, ſeſſiles, congeſtae, nitidae, ferrugineae, multiflorae: floriferae ouatae; fructiferae ex oblogo ouatae et maiores. Glumae lato-ouatae, carinatae, margine dilutiori, fimbriato, multineruеs, neruo intermedio validiori, infra apicem bifidum in mucronem breuem, hiſpidulum producto. Gluma infima plerumque ſterilis. Antherae apice pubeſcentes. Stigmata tria, ſubinde duo. Nux ſubtrigona, baſi attenuata, apice mucrone paruo coronata, pallide flaua. Setae receptaculi 6, flexuoſae, retrorſum hiſpidae.

In β. culmi humiliores et ſpiculae breuius pedunculatae; γ. differt culmis tantum pedalibus vel ſeſquipedalibus, tenuioribus, ſaepe ex glauco vireſcentibus et ſpiculis paucioribus, ſeſſilibus, glomeratis.

10. SCIRPVS *Holoſchoenus*, culmo tereti, vaginis foliiferis, capitulis terminalibus pedunculatis ſeſſilibusue inuolucro diphyllo ſuffultis.

Scirpus Holoſchoenus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 297. (excl. ſyn. Roth. et Flor. Dan.) *Roth. N. Beytr.* 1. p. 86. *Smith. Britan.* 1. p. 53.

α. Capitulis maxima ex parte pedunculatis.

Scirpus Holoſchoenus. *Desfont. Atlant.* 1. p. 49. *Scop. Carn.* n. 61. — *Schleich. Plant. Rar. Dicks. Dr. Pl.*

Scirpoides maritimum, capitulis ſparſis, glomeratis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 371.

Iuncus maritimus capitulis rotundis. *Moris. Hiſt.* 3. *Pluk. Phyt.*

Iuncus acutus maritimus, capitulis rotundis. *C. Bauh. Theatr.* p. 174. c. ic.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 8. *f.* 2-5. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 10. *f.* 17. *Pluk. l. c. t.* 40. *f.* 4. *C. Bauh. l. c.*

Exf. *Schleich. l. c. Cent.* 2. n. 6. *Dicks. l. c.* n. 2.

β. Capitulis fubfeffilibus.

Schoenus auftralis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 297.

Schoenus romanus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 298. *Jacq. Auftr.* 5. p. 23.

Scirpoides acutum, maritimum, capitulo glomerato, folitario. *Scheuchz. Agroft.* p. 373.

Iuncus minor acutus maritimus prolifer. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Jacq. l. c. t.* 448. *Pluk. l. c. t.* 40. *f.* 5. *Scheuchz. l. c. t.* 8. *f.* 6.

Germ. Knopfgrasartige Binfe.

In maritimis et paluftribus Litoralis (*Scopoli*, *Hoft*); in pratis humidis Auftriae (*Jacquin*) et prope Barby (*Scholler*, *Albertini*).

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix horizontalis, craffa, lignofa, fufca, fibris capillata, plures culmos atque foliorum fafciculos fuftinens. Culmi 2-3pedales, in aquis profundioribus ad quadri- vel quinquepedalem altitudinem adfcendentes, erecti, teretes aut ex tereti compreffi, ftriati, glabri, farcti, rigidi, bafi foliorum vaginis tecti, reliqua parte nudi. Folia culmum aequantia vel breuiora, femiteretia, facie canaliculata, ad oras fcabra, apice acuta, ceterum culmis fimilia. Vaginae neruofae, glabrae, nitidae: exterioribus minoribus, fufco-rufefcentibus, mucronatis; interioribus fenfim maioribus, dilutioribus, foliiferis; omnes margine interiori tenuiffime membranaceae, fenefcendo, vt in *Carice ftricta*, in fila reticulato-connata fatifcentes. Inuolucri vniuerfalis folia duo, reliquis fimilia, inaequalia: fuperiori, ex apice culmi producto, rectiufculo vel (quod faepe in culmis vnicum tantum capitulum gerentibus confpicitur) retrofracto, 2-3vnciali, quandoque vero femipedalis, imo pedalis longitudinis; inferiori femper retrofracto, longe minori, fubinde breuiffimo. Partiale inuolucrum conftat fquamis acutis, membranaceis,

fuſceſcentibus, pedunculorum baſin obuoluentibus. Capitula terminalia, ſubrotunda, e ſpiculis numeroſis, exiguis compoſita; in α. plura, pedunculata, vno alteroue ſubſeſſili; in β. plerumque ſolitaria et ſeſſilia. Horum capitulorum magnitudo pro culmi altitudine diuerſa obſeruatur. Pedunculi, quibus capitula in α. fulciuntur, vt folia, ſemiteretes, hinc canaliculati et margine plus minus ſcabri. Glumae obouatae, baſi attenuatae, compreſſae, ſuperiori parte pubeſcentes, ex fuſco et purpuraſcente variae, neruo carinali viridi ſub apice obtuſo concauo in mucronem breuem producto. Stigmata tria. Nux parua, triquetra, nigreſcens. Setae receptaculi nullae.

Scirpus quidem noſter in *Suppl. Florae Suevic.* ſub nomine *romani* (*Hopp. Taſchenb.* 179*. p. 86.) affertur; verum, vt Vir Illuſtr. *Roth* a *Schreckenstein* per literas me monuit, nullibi in Suevia occurrit. Etiam in Sileſia a nullo recentiorum botanicorum, in locis a *Krockero* indicatis, *Scirp. Holoſchoenus* lectus eſt.

11. SCIRPVS *ſetaceus*, culmo tereti, vaginis foliiferis, ſpiculis terminalibus ſubgeminis inuolucro diphyllo ſuffultis, fructu coſtato.

Scirpus ſetaceus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 298. *Smith. Britan.* 1. p. 54. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 58. *Krock. Siles.* n. 77. *Pollich. Palat.* n. 47. *Leers. Herborn.* n. 35. — *Flor. Dan. Hopp. Herb.*, *Ehrh. Phyt.*

Mariſcus ſetaceus, capitulis lateralibus, pauciſſimis. *Hall. Helv.* n. 1345.

Scirpus omnium minimus, capitulo breuiori. *Scheuchz. Agroſt.* p. 358.

Iuncellus omnium minimus. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Leers. l. c. t.* 1. *f.* 6. *Krock. l. c. t.* 16.
Flor. Dan. t. 311. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 10. *f.* 23.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1. n. 78. *Ehrh. l. c.* n. 51.

Germ. Borſtenartige Binſe.

In locis inundatis, paſcuis et pratis humidis, litoribus maritimis, ad ripas riuulorum et lacuum.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix fibrosa. Culmi plures, in cespitem densum vniti, tenues, filiformes, teretes vel ex tereti compressi, striati, vt reliquae partes glabri, erectiusculi vel varie flexi, plerumque simplices, quandoque ima parte procumbentes et ex geniculis terrae appressis, ramos atque radices agentes, sicque culmum repentem sistentes; alii vnciales, alii biunciales, aliqui multo longiores et graciliores. Folia pauca, breuia, obtusiuscula, canaliculata, dorso striata, basi vaginantia, vaginis membranaceis, striatis, ex fusco purpurascentibus. Inuolucrum diphyllum: superiori culmi apicem mentiente, maiori, 2 ad 4 lineas et vltra longo, canaliculato, basim versus in membranam concauam, neruosam, ad spiculas recipiendas, dilatato; inferiori spiculis minori, glumaceo, concauo, mucronato. Spiculae exiguae, ouatae, sessiles, solitariae aut geminae, subinde ternae, multiflorae. Glumae ouatae, concauae, apice reflexae, purpurascentes, neruo carinali validiori, viridi distinctae. Nux minutissima, obouata, subtrigona, apice rudimento stili persistente coronata, longitudinaliter costata, fusca, nitida. Setae nullae.

12. SCIRPVS *supinus*, culmo tereti, vaginis foliiferis, spiculis lateralibus glomeratis inuolucro monophyllo suffultis, fructu transuersim vndulato.

Scirpus supinus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 299. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 58.

Ic. *Nostr. t.* 1. *f.* 1.

Germ. Niedrige Binse.

In vliginosis, inundatis Bavariae prope Barbing (*Düval*), Marchiae Brandenburgicae prope Prenzlow (*Müller*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Affinis praecedenti; sed differt spiculis 3-5 et pluribus, in capitulum glomeratis, e culmi medio vel paulo supra medium prouenientibus; glumis euidentius mucronatis; fructu transuersim vndulato, nigro, nec non omnium partium habitu maiori.

In locis minus humidis culmi humiliores et spiculae pauciores apparent, vt in hoc statu *Scirpo setaceo*

haud diſſimilis ſit, reliquis tamen allatis characteribus facile dignoſcitur.

** *Culmo triquetro v. trigono.*

13. SCIRPVS *mucronatus*, culmi triquetri apice demum horizontaliter retrofracto, vaginis aphyllis, ſpiculis lateralibus ſeſſilibus glomeratis nudis, ſtigmatibus tribus.

Scirpus mucronatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 303. (excl. ſyn. Hall. et Michel.) *Roth. N. Beytr.* 1. p. 91. — *Dicks. Dr. Pl.*

Scirpus glomeratus. *Scop. Carn.* n. 63.

Scirpo-Cyperus paluſtris caule molli, panicula nitida, glomerata, ſemine nigro. *Mich. Nov. Gen.* p. 47.

Scirpo-Cyperus panicula glomerata, e ſpicis imbricatis compoſita. *Scheuchz. Agroſt.* p. 404.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 9. *f.* 14. (iuniorem ſtatum culmi apice erecto repraeſentat).

Exſ. *Dicks. l. c.* 2. n. 26.

Germ. Zugeſpitzte Binſe.

In paluſtribus, ad lacus et foſſas in Litorali et ſimilibus locis Carnioliae, Carinthiae (*Scopoli*, *Wulfen*) — in piſcinis prope Erlangam (*Funk*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix ligneſcens, pluribus fibris firmata, plures culmos et foliorum faſciculos emittens. Culmi ſeſquipedales, bipedales, in aquis profundioribus tripedales et altiores, erecti, triquetri, acutanguli, lateribus concauiuſculis ſ. excauatis, ſtriati, glabri, medulla ſpongioſa farcti, apice, qui vltra ſpiculas producitur, primo recto, dein horizontaliter retrofracto. Horum ſinguli, praeter ſquamas inferiores, vagina longiſſima, plerumque ſolitaria obuallati reperiuntur. Vaginae membranaceae, nitidae, in apicem obliquum acutiuſculum vel acutum attenuatae, pallide vireſcentes, aetate, imprimis baſin verſus, fuſceſcentes vel ex fuſco-purpuraſcentes. Spiculae 10 ad 15 et plures, in capitulum denſum, ebracteatum conglomeratae, ſeſſiles, craſſiuſculae, ouatae, obtuſae, multiflorae. Glumae lato-ouatae, integerrimae, ſcarioſae, ſtriatae,

nitidae, virefcentes, marginem verfus fufcefcentes, tenuiffime ciliatae, neruo carinali in mucronem breviffimum, paulo reflexum definente. Stigmata tria. Nux obouata, lata, fubtrigona, obfolete transuerfe vndulata, caftanea, nitida. Setae receptaculi 5 vel 6, retrorfum hifpidae, nuce paulo longiores.

Neque Lipfiae neque in Auftria rariffima haec Scirpi fpecies adhuc lecta eft; prope Erlangam vero provenire, documento eft fpecimen a Cl. *Funkio* in locis indicatis lectum et a Viro amiciffimo *Flüggio* mecum communicatum.

Scirpo-Cyperus *Scheuchzeri* allatus, ob culmi apicem in icone eiusdem rectum, nec horizontaliter deflexum delineatum, plures botanicos induxiffe videtur, vt hoc fynonymum ad *Scirp. triquetrum* retulerint vel triquetri varietatem fpiculis feffilibus glomeratis pro *Sc. mucronato* habuerint; monente vero *Smithio* (*Flor. Britan.* 1. p. 56.), auctoritate herbarii Sherardiani, fynonymum *Scheuchzeri* omnino ad *Scirpum mucronatum* pertinet, quod etiam huius Scirpi defcriptione a *Scheuchzero* data confirmatur. — *Scirp. mucronatum Scop. Carn.* n. 60. a pluribus ad fequentem relatum, huc forfan etiam fpectare, plures fuadent rationes.

14. SCIRPVS *triqueter*, culmi triquetri apice rectiufculo, vaginis foliiferis, fpiculis ouatis vel oblongo-ouatis lateralibus feffilibus pedunculatisue fubnudis, ftigmatibus duobus.

Scirpus triqueter. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 302. *Smith. Britan.* 1. p. 55.

α. Spiculis maxima ex parte pedunculatis.

Scirpus trigonus. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 90.

Scirpus triqueter. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 59.

Scirpus mucronatus. *Pollich. Palat.* n. 48. (excl. fyn.)

Scirpus caule triquetro, panicula laterali ramofa, locuftis ouatis. *Hall. Helv.* n. 1338.

Iuncus acutus maritimus, caule triquetro maximo molli, procerior noftras. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Pluk. l. c. t.* 40. *f.* 2.

β. Spiculis fere omnibus fessilibus conglomeratis.

Scirpus triqueter. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 91.

Scirpus mucronatus. *Host. Austr.* p. 32. (excl. fyn.) *Flor. Wetter.* n. 59. *Schrank. Bavar.* n. 122. (excl. fyn.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 60. (excl. fyn.) — *Hopp. Herb. Ehrh. Gram.*

Scirpo-Cyperus maritimus, humilis, caule pallide virens, panicula glomerata. *Mich. Nov. Gen.* p. 47.

Iuncus acutus maritimus caule triquetro, rigido, mucrone pungente. *Pluk. Phyt.*

Iuncus maritimus caule triangulo. *Moris. Hist.* 3.

Iuncus acutus maritimus caule triangulo. *C. Bauh. Theatr.* p. 175. c. ic. *Ejusd. Prodr.* p. 22. c. ic.

Ic. *Pluk. l. c. t.* 40. *f.* 1. *Bauh. Theatr. l. c.*
Moris. l. c. sect. 8. *t.* 10. *f.* 20. *Ejusd. Prodr. l. c.*

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 6. *Ehrh. l. c.* n. 2.

Germ. Dreikantige Binfe.

Ad ripas fluuiorum, in paluftribus, pifcinis Litoralis (*Wulfen*), Auftriae (*Jacquin, Hoft*) — prope Salisburgum (*Braune*) — Bavariae (*Schrank, Hoppe*), Sueviae (*Schreckenftein*), Franconiae (*Delavigne*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae? (*Borckhaufen*), Duc. Oldenburgenfis et Bremenfis (*Roth*) — ad Albim a Duc. Lauenburgenfi ad Hamburgum (*Ehrhart, Flügge, Bueck*) — Holfatiae (*Ritter*).

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix repens, fquamis tecta, ad culmorum exortum fibris copiofis, fufcis capillata. Culmi ab vnico ad tres pedes alti, erecti, triquetri, angulis nunc acutioribus, nunc paulo obtufioribus, ftriati, glabri, farcti, inferne vaginati, reliqua parte nudi. Folium plerumque vnicum, ad variam altitudinem culmum vaginans, eoque multo breuius, carinatum, glabrum, acutiufculum. Vagina exterior (fi adeft) duplo breuior, aphylla, vel tantum rudimento folii terminata. Spiculae fub culmi apice erecti vel parum reflexi prodeuntes, ouatae, quandoque ex oblongo-ouatae, obtufiufculae vel acutae; in α. maxima ex parte pedunculatae; in β. omnes fere feffiles et conglomeratae. In vtraque varietate faepe adeft bractea

glumacea, concaua, neruoſa, plus minus mucronata. Pedunculi valde inaequales, ad ſummum vnciales, ſemiteretes, hinc canaliculati, angulis ſcabriuſculis, baſi ochrea parua, inaequaliter fiſſa vaginati vel vna alteraue ſquamula interſtincti. Pedunculi maiores plerumque ſpiculas plures, glomeratas gerunt; minores vnica tantum ſpicula terminantur. Glumae oblongo-ouatae, obtuſae, emarginatae aut bifidae, concauae, margine inaequaliter ciliatae ſ. potius tenuiſſime fimbriatae, neruo vnico, infra fiſſuram in mucronem ſcabrum producto, notatae: inferiorum vna et altera, praecipue in β., ſaepius maiori et longius mucronata. Stigmata duo. Nux obouata, apice acuta, ſubtrigona ſ. latere exteriori conuexa et interiori plana, laeuiſſima, nitida, pallide fuſca. Setae vt in praecedente, ſed pauciores et breuiores.

Ex hac deſcriptione apparet, *Scirpum mucronatum* a noſtra planta, cum qua ſaepe confunditur, etiam nulla ad culmi apicis directionem ratione habita, vaginis, glumis, ſtigmatum numero, fructu aliisque notis ſatis ſuperque differre.

Varietatem β. pro diuerſa ſpecie habere non poſſum, cum hanc inter et α., praeter ſpiculas ſubſeſſiles, nullum certum diſcrimen intercedit. Reliqui a Rothio allati characteres non ſemper in omni ſtatu adſunt, neque ſingulis varietatibus proprii ſunt.

15. SCIRPVS *litoralis*, culmi triquetri apice rectiuſculo, vaginis foliiferis, cyma laterali decompoſita inuolucro monophyllo ſuffulta, ſpiculis oblongis, ſtigmatibus duobus.

Ic. *Noſtr. t.* 5. *f.* 7.

Germ. Meerſtrands-Binſe.

In lacuſtribus, inundatis maritimis Duini et Monfalconii (*Wulfen*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Habitus *Scirpi triquetri* et quidem var. α., a qua tamen infloreſcentia et ſpiculis abunde diſtinguitur. Inuolucrum vniuerſale vmbellae ſubiectum monophyllum, acutum, ſemunciam aut vnciam lon-

gum. Partiale conſtituit foliolum triplo minus, acuminatum, membranaceum. Cyma decompoſita, lateralis. Pedunculi ſemunciales, vnciales et longiores, baſi, vt pedicelli, bractea membranacea, fuſceſcente, inuolucro partiali haud disſimili, vaginati. Pedicelli pedunculis conformes, ſed duplo minores et tenuiores. Spiculae oblongae, obtuſae. Glumae lato-ouatae, obtuſiſſimae, margine dilutiores, neruo dorſali in mucronem longiorem et apice magis reflexum producto, notatae: duabus et aliquando tribus inferioribus obtuſioribus, plerumque ſterilibus. Stigmata et reliqua fere praecedentis. Fructum maturum non vidi.

Nullum certum ſynonymum apud ſcriptores veteres reperire potui, quod in omnibus noſtrae plantae conuenit, nec ab vllo recentiorum hactenus deſcriptam legi.

16. SCIRPVS *maritimus*, culmo triquetro, vaginis foliiferis, ſpiculis terminalibus faſciculatis pedunculatis ſeſſilibusue inuolucro polyphyllo cinctis, glumis ſubtridentatis.

Scirpus maritimus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 306. *Smith. Britan.* 1. p. 56. *Desfont. Atlant.* 1. p. 50. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 60. *Pollich. Palat.* n. 49.

Scirpus locuſtis ouatis, nutantibus, caule triquetro, panicula folioſa, ramoſa, glumis dentatis, ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1339.

α. Vulgaris.

† Culmis altioribus, ſpiculis pedunculatis ſeſſilibusve.

Scirpus maritimus. *Engl. Bot. Curt. Lond.*

Cyperus longus inodorus latifolius ſpicis tumidioribus. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen cyperoides vulgatius aquaticum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 495. c. ic.

Gramen cyperoides panicula ſparſa maius. *C. Bauh. Theatr.* p. 86. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 542. *I. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. faſc. 48. *C. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 11. *f.* 25.

†† Culmis humilioribus, ſpiculis paucioribus ſeſſilibus.

Scirpus compactus. *Hoffm. Germ. ed.* 2. p. 25.

Scirpus maritimus. *Flor. Wetter.* n. 60. var. a.

Scirpus maritimus. *Krock. Siles.* n. 78. var. minor.

Ic. *Krock. l. c. t.* 19.

β. Tuberoſus.

Scirp s tuberoſus. *Desfont. Atlant.* 1. p. 50.

Scirpus maritimus. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 27. — *Flor. Dan.*

Cyperus rotundus inodorus aquaticus ſeptentrionalis. *Moris. Hiſt.* 3.

Cyperus rotundus inodorus germanicus. *C. Bauh. Prodr.* p. 24. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 215. c. ic.

Ic. *Flor. Dan. t.* 937. *Bauh. Prodr. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 8. *Ejusd. Theatr. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 11. *f.* 9.

Germ. See-Binſe.

Ad litora marina, fluuiorum ripas; in lacubus, foſſis, pratis vdis.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens, ſquamoſa, fibris pluribus aucta, ad culmorum exortum, praecipue exeunte aeſtate, magis vel minus incraſſata, in β. tuberoſa, foris fuſca, intus albida, ſapore praedita haud ingrato, ſubdulci. Culmi erecti, triquetri, ſtriati, ad variam altitudinem vaginati, glabri, ſuperiori parte, imprimis apicem verſus, ſcabri, bi-tripedales, in locis minus humidis tantum pedales. Folia plura, linearia, acuminata, carinata, ad oras et ſuperiorem carinae partem magis vel minus ſcabra: ſuperioribus ſenſim maioribus, culmum plerumque ſuperantibus. Vaginae ſtriatae, glabrae. Inuolucri folia 2-4, reliquis ſimilia, inaequalia. Spiculae in culmi apice in faſciculos plures, pedunculatos et ſubſeſſiles congeſtae, maiuſculae, oblongo-ouatae, quandoque ouato-lanceolatae, acutae, nitidae, fuſcae aut ex fuſco in ferrugineum colorem tendentes; in culmis humilioribus minores, pauciores et ſeſſiles. Pedunculi compreſſo-trigoni, ſtriati, glabri, baſi ochrea, interiori latere fiſſa, rufeſcente vel dilute fuſca vaginati; numero et longitudine

valde varii, et eo longiores et plures, quo altiores culmi ſunt. Glumae lato-ouatae, rugoſae, concavae, vninerues, apice inaequaliter tri-quadridentatae, dente intermedio longiori, ariſtaeformi, reflexo. Glumae duae inferiores paulo maiores et plerumque ſteriles. Stigmata tria, ſubinde duo. Nux triquetra, baſi attenuata, apice mucrone paruo coronata, laeviſſima, pallide fuſca. Setae receptaculi 5-6, retrorſum hiſpidae, nuce longiores.

Praeter varietatem noſtram vulgarem et tuberoſam vix plures diſtingui poſſunt. — Cyperum panicula ſparſa, e ſpiculis longioribus tenuioribus compoſita. SCHEUCHZ. *Agroſt.* p. 398. t. 9. f. 7. 8. et Cyperum panicula compacta e ſpicis teretibus craſſioribus compoſita. EJUSD. l. c. p. 400. t. 9. f. 9. 10. inter ſynonyma recipere nolui, quoniam SCHEUCHZERUS in deſcriptione, ab vtroque data, radicem neglexit.

17. SCIRPVS *ſiluaticus*, culmo trigono folioſo, cyma terminali ſupradecompoſita inuolucro polyphyllo cincta, ſpiculis ouatis, glumis mucronatis.

Scirpus ſylvaticus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 307. *Smith. Britan.* 1. p. 57. *Schkuhr. in Ust. Annal. Bot.* 4. p. 48. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 61. *Pollich. Palat.* n. 50. *Leers. Herborn.* n. 36. — *Engl. Bot. Flor. Dan.*

Scirpus planifolius, panicula ramoſiſſima, locuſtis ouatis. *Hall. Helv.* n. 1340.

Gramen arundinaceum paniceum diuiſa panicula. *Loes. Pruſſ.* p. 119.

Cyperus longus miliaceus inodorus locuſtis plurimis brevioribus. *Moris. Hiſt.* 3.

Cyperus gramineus. *I. Bauh. Hiſt.* p. 504. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 393.

Gramen cyperoides miliaceum. *C. Bauh. Theatr.* p. 90. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 919.
Schkuhr. l. c. t. 1.
Flor. Dan. t. 307.
Leers. l. c. t. 1. *f.* 4.
Loes. l. c. t. 33.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 11. *f.* 15.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.

Germ. Wald-Binſe.

In ſiluis et nemoroſis humidis, pratis vdis; ad foſſas, lacus et fluuiorum ripas.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens, craſſa, dura, fibris copioſis firmata, ſapore ſubdulci ac leuiter adſtringente. Culmi ſolitarii aut plures, bipedales circiter, erecti, trigoni, ſtriati, glabri, ſupra medium folioſi, geniculis pluribus intercepti. Folia pedalia, ſeſquipedalia, firma, nitida, latiuſcula, acuta, ad oras et carinam ſcabra: ſuperiora ſenſim minora anguſtioraque. Vaginae ſtriatae, glabrae, ligula obſoleta. Inuolucrum e foliis duobus vel tribus conformibus, inaequalibus: vnico multo maiori, cymam ſuperante. Cyma terminalis, ſupradecompoſita, multiflora. Pedunculi communes inaequales, trigoni, ſtriati, glabri vel parum ſcabri, vt pedicelli, ochrea laxa, truncata, dein lacinulata, vireſcente vaginati et inſuper ad baſin bractea acuminata ſuffulti. Pedicelli compreſſo-trigoni, ſcabri, patentes, ceterum pedunculis conformes. Bracteae pedunculorum palleſcentes, pedicellorum ſenſim minores et glumis plerumque concolores. Spiculae congeſtae, rarius ſolitariae, exiguae, ouatae, ſordide vel fuſceſcenti-virides. Glumae oblongo-ouatae, obtuſiuſculae, mucronatae, carinatae, dorſo ſcabrae, apice obſolete pubeſcentes: inferiori paulo maiori, ſubinde ſterili. Stigmata tria. Nux trigona, baſi attenuata, apice mucrone paruo coronata, glabra, pallide flaua. Setae 5 vel 6, retrorſum hiſpidae, nuce paulo longiores.

Ligula obſoleta huic et ſequenti ſpeciei tantum propria.

18. SCIRPVS *radicans*, culmo trigono folioſo, cyma terminali ſupradecompoſita inuolucro polyphyllo cincta, ſpiculis oblongo-ouatis, glumis muticis, culmis ſterilibus demum deflexis et apice radicantibus.

Scirpus radicans. *Schkuhr. in Vſter. Annal. Bot.* 4. p. 48. *Hopp. Taſchenb.* 1796. p. 158.

Scirpus ſyluaticus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 308.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 1.

Germ. Wurzelnde Binſe.

Ad ripas fluuiorum, in locis inundatis prope Salisburgum (*Braune*), Ratisbonam (*Hoppe*), Erlangam (*De-

lavigne), Wittebergam (*Schkuhr*) – Luſatiae (*Oettel*), Sileſiae (*Heide*, *Günther*).

Perennis. Flor. Auguſto, Septembri.

Radix huius plantae plures effundit culmos tam florigeros quam ſteriles. Florigeri *Scirpo ſiluatico*, quoad altitudinem, infloreſcentiam et reliquas notas, exceptis ſpiculis, tam ſimiles ſunt, vt vix ac ne vix quidem diſtingui poſſint. Steriles contra tenuiores, florigeris minores, poſt quorum deflorationem ſenſim ad quadripedalem et vltra longitudinem producuntur. Dein magis vel minus dependunt, apicibus terrae vicinis (quod SCHKUHRII icon optime exhibet) radicantur et nouos culmos, ſequenti anno plerumque florigeros, proferunt. De ſingulari hac propagatione, a pluribus diuerſis in regionibus obſeruata, *Scirpus ſiluaticus*, eodem ſolo haud raro cum *radicante* creſcens, nil ſimile oſtendit. Inter vtramque vero plantam aliae adhuc, nec minoris momenti differentiae apparent. Spiculae, in *Scirpo ſiluatico* ſaepius congeſtae et ouatae, in *radicante* ſolitariae, oblongo-ouatae et maiores ſunt et inſuper pedicellis longioribus inſident. Glumarum neruus carinalis, in illo vltra apicem ſaepe in mucronem paruum deſinens, in hoc paulo infra apicem euaneſcit. Receptaculi ſetae in illo nuce paulo tantum longiores, erectae et a baſi ad apicem retrorſum hiſpidae, in hoc nuce triplo vel quadruplo longiores, vario modo curuatae et nonniſi ſuperiori parte hiſpidae reperiuntur. Quibus notis adhuc adde, quod ille praecocius, hic ſerius florere ſoleat.

19. SCIRPVS *michelianus*, culmo triquetro, vaginis foliiferis, capitulo terminali inuolucro polyphyllo cincto.

Scirpus michelianus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 309. (excl. vtroque Bauhini ſynon.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 563. (excl. vtroque Bauhini ſynon.) *Schkuhr. in Römer. et Vſter. Diar. Bot.* 5. p. 53. *Idem in Vſter. Annal. Bot.* 2. p. 20.

Cyperus italicus omnium minimus. *Till. Piſ.* p. 51.

Cyperus humilis, ſpicis breuibus rotundis, conglomeratis. *Buxb. Cent.* 1. p. 34.

Ic. *Schkuhr. in Vſter. Annal. l. c. t.* 2. *Till. l. c. t.* 21. *f.* 5. *Buxb. l. c. t.* 55. *f.* 1.

Germ. Michelifche Binfe.

Ad ripas fluuiorum in locis inundatis, paluftribus prope Tergeftum (*Hoft*) — Carinthiae (*Wulfen*) — ad Albim prope Wittebergam (*Schkuhr*).

Annua. Flor. Augufto, Septembri.

Radix fibrofa. Culmi 2-5 et plures in cefpitem vniti, ab vnciali ad triuncialem altitudinem adfcendentes, erecti, triquetri, ftriati, glabri, vnico tantum folio ad bafin vaginati. Folia radicalia plura, culmum aequantia vel paulo longiora, linearia, acuminata, carinata, glabra; erecta tota vel apice reflexa. Vagina leuiter ftriata, vt culmorum et foliorum radicalium inferior pars, magis vel minus purpurafcens. Inuolucri folia 5-9, reliquis conformia, inaequalia, duobus vel tribus exterioribus culmo ipfo duplo plerumque longioribus, apice pariter reflexis. Capitulum terminale, ouatum, ex flauefcente et viridi varium, conftans e 5 ad 10 fafciculis bractea fulfultis, quorum finguli iterum fpiculis pluribus, exiguis, multifloris componuntur. Glumae lanceolatae, carinatae, in apicem mucronatum, parum reflexum attenuatae. Gluma inferior reliquis maior et longius mucronata. Stamina et ftigmata plerumque duo. Nux vtrinque attenuata, trigona, fufcefcens. Setae receptaculi nullae.

Iuncum foliatum minimum. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 523. a *Linnaeo, Rothio* aliisque fub hoc Scirpo et iterum fub *Iunco capitato* citatum, non huius loci effe, fed pofteriori plantae conuenire, omnia fuadent. Nec minus alterum *Bauhini* fynonymum (Gramen iunceum marinum, capitulo fquamofo, l. c. p. 509.) a noftro alienum, eliminari debet.

32. ERIOPHORVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 95. Iuff. Gen. p. 27. Vent. Tabl. 2. p. 92. Gaertn. Fruct. 1. p. 10. t. 2.

Cal. glumae vniualues, vniflorae, in fpicam vndique imbricatae: exteriorum vna alteraue faepe fterili. *Cor.* nulla. *Nux* vnilocularis, lana longiffima cincta.

† *Spica solitaria.*

1. ERIOPHORVM *alpinum*, culmis triquetris, foliis breuissimis, spica oblonga.

Eriophorum alpinum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 314. *H. fl. Grom.* 1. p. 51. *Smith. britan.* 1. p. 60. *Hopp. in d. Bot. Zeit.* 1805. p. 53-63. *Ejusd. Taschenb.* 1800. p. 102. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 64. *Ehrh. Beitr.* 4. p. 155. *Krock. Siles.* n. 82. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Hopp. Plant. Alp. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Phyt.*

Eriophorum caule foliisque triquetris, spica pauciflora. *Hall. Helv.* n. 1353.

Linagrostis iuncea alpina, capitulo paruo, tomento rariore. *Scheuchz. Agrost.* p. 305. *Ejusd. Prodr.* p. 6.

Ic. *Host. l. c. t.* 40. *Krock. l. c. t.* 17.
Engl. Bot. t. 311. *Scheuchz. Agrost. l. c. t.* 7. *f.* 8.
Flor. Dan. t. 620. *Ejusd. Prodr. l. c. t.* 8.

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Ehrh. l. c.* n. 2.
Dicks. l. c. 8. n. 3.

Germ. Alpen-Wollgras.

In vliginosis, turfosis Carnioliae (*Scopoli*), Tyrolis (*Host*), Princip. Salisburgensis pr. Saalfelden et Glaneck (*Irasek, Hoppe*), Bavariae pr. Polling et Riinichen alibique (*Schrank*) — in Sudetis (*Krocker, Blottner*), in Moravia (*Lübeck*) — in demissis Duc. Bremensis prope Rotenberg (*Mertens*) — prope Hamburgum versus Eppendorf (*Flugge, Hayne*) inque Holsatia pr. Münkeberg et Hamburgerbaum (*Weber*).

Perennis. Flor. Aprili, Maio.

Radix repens, squamosa, fusca, plures culmos diuersae altitudinis sustinens. Culmi graciles, erecti vel varie flexi, enodes, triquetri, angulis scabris, ad basin vaginati, reliqua parte nudi; modo omnes fertiles, modo steriles fertilibus immixti; in locis elatioribus semipedales circiter, in demissis pedales et pede altiores. Vaginae striatae, glabrae, pallide virides: interiores in folium breuissimum desinentes; exteriores obscurioris coloris, aphyllae vel tantum rudimento folii terminatae. Folia carinata, obtusa, margine scabra. Spica e congeneribus minutissima, solitaria, erecta, oblonga, compressa, pauciflora. Glu-

mae oblongo-ouatae, obtufae, carinatae, nitidae, flauo-ferrugineae, neruo carinali viridi: interioribus paulo longioribus et anguftioribus. Gluma exterior lato-ouata, fterilis, mucrone breui, obtufo, foliaceo, e neruo dorfali producto, terminata. Nux obouata, fubtrigona, apice ftili rudimento perfiftente coronata, fufca. Lana nucem cingens fpica demum duplo triploue longior.

Variat floribus monandris et diandris in eadem fpica et fubinde etiam polygamis.

2. ERIOPHORVM *cefpitofum*, culmis trigonis, fpica oblongo-ouata.

Eriophorum cefpitofum. *Hoft. Gram.* 1. p. 30.

Eriophorum vaginatum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 312. (excl. Scheuchz. fyn. f. 2. f. dextra). *Smith. Britan.* 1. p. 58. *Hopp. Tafchenb.* 1800. p. 103. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 93. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 62. *Pollich. Palat.* n. 51. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Hopp. Plant. Alp. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Eriophorum caule tereti, foliis caulinis vaginalibus, fpica erecta, ouata. *Hall. Helv.* n. 1332.

Gramen iunceum feu iuncus alpinus capitulo lanuginofo. *Moris. Hift.* 3.

Iuncus alpinus, capitulo lanuginofo, feu Schoenolaguros. *Scheuchz. Agroft.* p. 302.

Iuncus alpinus cum cauda leporina. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 514. c. ic.

Iuncus alpinus capitulo lanuginofo. *C. Bauh. Prodr.* p. 23. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 188. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 873.
Hoft. l. c. t. 39.
Curt. l. c. fafc. 37.
Flor. Dan. t. 236.
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 9. *f.* 6.
Scheuchz. Agroft. l. c. t. 7. *f.* 1-3.
Ejusd. Prodr. l. c. t. 7. fig. finiftra.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. Theatr. l. c.
Ejusd. Prodr. l. c.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 3.
Dicks. l. c. 4. n. 3.
Ehrh. l. c. n. 21.

Germ. Rafen-Wollgras.

In vliginofis ac turfofis alpinis, fubalpinis et demiffis.

Perennis. Flor. Aprili; in alpinis a Maio ad Iunium.

Radix horizontalis, craſſa, fuſca, fibris copioſis, tenacibus aucta, plures culmos et foliorum faſciculos, in ceſpitem denſum vnitos, exſerens. Culmi baſi incraſſati, erecti, glabri, geniculis tribus vel quatuor, inferne teretes, ſuperne trigoni; ſub antheſi ſemipedales aut pedales, ad apicem fere vaginati; poſt antheſin multo altiores et vltra medium nudi. Folia culmum ſuperantia, ſubulata, tenacia, glabra, altero latere conuexiuſcula, altero ſ. interiori plus minus canaliculata, apicem verſus compreſſa; primo erecta, dein varie flexa. Vaginae faſciculorum foliis longiſſimis terminatae, compreſſae, membranaceae, fuſcae, aetate in fila reticulata dilaceratae. Vaginae culmeae tot, quot genicula: inferior, vel (ſi culmi 4 geniculis intercepti ſunt) duae inferiores faſciculorum ſimiles, ſed foliis breuioribus inſtructae; intermedia pallide flaua, ſuperiori parte inflata et rudimento folii terminata; ſuprema glumis concolor, breuior et minus inflata, apice in foliolum obtuſe mucronatum deſinens. Spica ſolitaria, erecta, oblongo-ouata, multiflora. Glumae oblongo-ouatae, acuminatae, ecarinatae, vninerues, tenuiſſime membranaceae, plumbeae vel nigreſcentes, marginem verſus dilutiores: inferioribus 7-10 et pluribus ſterilibus, apice patentibus. Antherae lineares. Nux obouata, ſubtrigona, fuſca. Lana per aetatem ſpica duplo triploue longior.

3. ERIOPHORVM *capitatum*, culmis teretibus, ſpica ſubrotunda.

Eriophorum capitatum. *Hoſt. Gram.* 1. p. 30.

Eriophorum Scheuchzeri. *Hopp. Taſchenb.* 1800. p. 104. *Ejusd. Plant. Alp. Roth. N. Beytr.* 1. p. 93. — *Schleich. Plant. Rar.*

Eriophorum caule tereti, foliis caulinis vaginalibus, ſpica erecta, ouata. *Hall. Helv.* n. 1332. var. *ε.*

Iuncus alpinus, capitulo tomentoſo maiori. *Scheuchz. Agroſt.* p. 304. *Ejusd. Prodr.* p. 28.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 38. — *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 7. fig. dextra.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. — *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 3.

Germ. Kopfförmiges Wollgras.

In vliginofis, ad riuulos, lacuum ripas alpium montiumque Styriae fuperioris, Carinthiae, Tyrolis (*Hoft*), Princip. Salisburgenfis (*Hoppe*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Magna huius cum fequente affinitas plures induxiffe videtur, vt vtramque fpeciem, vt *Linnaeus* aliique fecere, in vnam coniungerent, vel, vt *Hallerus*, pro varietate haberent. Diftinxit vero iam *Scheuchzerus* et nunc etiam VV. Cl. *Host* et *Hoppe* tanquam diuerfam plantam defcripferunt. Sufficiat characteres afferre, quibus *E. capitatum* a *cefpitofo* difcrepat. Radix valde repens plures quidem culmos et foliorum fafciculos, fed per interualla tantum vnicum aut duos profert humiliores, teretes, duobus, rarius tribus geniculis diftinctos, et iam fub anthefi fere nudos. Folia facie canaliculata, dorfo conuexa aut obfcure carinata, culmum floriferum vix aequantia, fructifero femper breuiora. Culmi vagina intermedia folio longiori inftructa: fuprema plerumque etiam in rudimentum folii definente. Spica fubrotunda, nec oblongo-ouata. Glumae anguftiores, arcte imbricatae: exteriori maiori, 5-7nerui, fpicam florentem inuolucri in modum includente. Nux oblongo-obouata.

†† *Spicis pluribus, pedunculatis.*

4. ERIOPHORVM *triquetrum*, culmis trigonis, foliis triquetris, pedunculis fcabris.

Eriophorum triquetrum. *Hopp. Tafchenb.* 1800. p. 106. 1801. p. 133. *Ejusd. Plant. Alp.*

Eriophorum gracile. *Koch. Suppl. Flor. Palat. Mfpt. Roth. Catal.* 2. *App.* (excl. fyn.) *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 95.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 3.

Germ. Dreifeitiges Wollgras.

In vliginofis, paludofis Carinthiae (*Wulfen*), Princip. Salisburgenfis et prope Ratisbonam (*Hoppe*) — pr. Erlangam (*Delavigne*), Swinefurtum (*Wolff*) — Palatinatus prope Lautern (*Koch*), Wetteraviae (*G. M. S.*).

Perennis. Flor. Maio.

Radix repens, tenuis, articulata, ſquamis oblongis tecta, ad culmorum exortum, fibris plurimis capillata. Culmi graciles, erecti, trigoni, glabri, geniculis duobus aut tribus diſtincti: florentes pedales circiter et ad apicem fere vaginis foliorum tecti; peracta floreſcentia ſeſquipedales, bipedales et vltra medium nudi. Folia triquetra, facie ſ. latere interiori, imprimis baſin verſus canaliculata, margine ſcabriuſcula, ſubinde glabra. Folia inferiora plura, longa, emarcida, varie flexa: culmea duo vel tria, erecta, ſenſim minora; faſciculorum ſ. primi anni inferioribus culmi ſimilia, ſed longiora (culmo fructifero tamen breviora) et non emarcida. Vaginae faſciculorum et interiores culmi, membranaceae, glabrae, fuſceſcentes aut ex fuſco et purpuraſcente variae: culmeae breuiores, vireſcentes. Ligula breuiſſima. Inuolucra concaua, neruoſo-reticulata, glabra, apice in acumen foliaceum definentia: interioribus ſenſim minoribus. Spicae ternae vel quaternae, paruae, oblongae, inaequaliter pedunculatae: floriferae erectae; fructiferae cernuae vel nutantes. Pedunculi compreſſi, ſcabri, demum elongati, baſi ochrea laxa, truncata vaginati. Glumae oblongae, obtuſae, carinatae, plurimis neruis diſtinctae, nitidae, e dilute nigreſcente virides: duabus inferioribus lato-ouatis, maioribus. Flores hermaphroditi. Nux oblongo-obouata, baſi attenuata, trigona, fuſca. Lana per maturitatem ſpica ipſa duplo fere longior, ſequentium vero triplo aut quadruplo breuior.

5. ERIOPHORVM *anguſtifolium*, culmis ſubtrigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris.

Eriophorum anguſtifolium. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 313. *Smith. Britan.* 1. p. 59. *Hopp. Taſchenb.* 1800. p. 107. *Ejusd. Plant. Alp. Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 63. *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 94. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Eriophorum polyſtachium. *Pollich. Palat.* n. 52. (excl. ſyn.) — *Curt. Lond.*

Eriophorum polyſtachium. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 312. β.

Eriophorum culmis folioſis teretibus, foliis canaliculato-triquetris ſpicis pedunculatis erectis. *Reich. Moeno-francof.* n. 54. et *App.* p. 165.

Linagroſtis panicula ampliore. *Vaill. Par.*

Linagroſtis paluſtris, anguſtifolia, panicula ſparſa, pappo rariore. *Scheuchz. Agroſt.* p. 308.

Ic. *Engl. Bot. t.* 564. *Vaill. l. c. t.* 16. *f.* 1. *Curt. l. c. faſc.* 37.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Dicks. l. c.* 4. 2.

Germ. Schmalblättriges Wollgras.
In paludoſis montanis et demiſſis.
Perennis. Flor. Aprili, Maio.

Media quaſi inter praecedentem et ſequentem ſpeciem. Ab *E. triquetro*, cui proximum, differt culmo craſſiori; foliis longioribus, latioribus; ſpicis 3-5, maioribus, glumis latioribus, vnineruiis; fructibus latioribus et baſin verſus minus attenuatis. A *polyſtachio* diſtinguitur radice repente; foliis duplo longioribus; inuolucris et vaginis glabris; ſpicis paucioribus, breuius pedunculatis et omnium partium habitu tenuiori. Ab vtroque eſt diuerſum culmis inferne teretibus ſuperne ſubtrigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris, glumis obſcure rugoſis et lana omnium longiſſima.

Glumae plerumque ex fuſceſcente vel ex purpuraſcente et viridi variae. — Flores hermaphroditi, ſubinde quoque polygami dioici.

6. ERIOPHORVM *latifolium*, culmis trigonis, foliis planiuſculis apice triquetris, pedunculis ſcabris.

Eriophorum latifolium. *Hopp. Taſchenb.* 1800. p. 108. *Ejusd. Plant. Alp.*

Eriophorum polyſtachium. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 312. (excl. ſyn. Pollich.) *Smith. Britan.* 1. p. 59. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 63. *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 94. *Leers. Herborn.* n. 37. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Linagroſtis panicula minore. *Vaill. Par.*

Linagroſtis panicula ampliore. *Scheuchz. Agroſt.* p. 306.

Gramen tomentoſum pratenſe panicula ſparſa. *C. Bauh. Theatr.* p. 61. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 563. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 9. *f.* 1. *Leers. l. c. t.* 1. *f.* 5. *C. Bauh. l. c. Vaill. l. c. t.* 16. *f.* 2.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Ehrh. l. c.* n. 31.
Dicks. l. c. faſc. 4. n. 1.

Germ. Breitblättriges Wollgras.

In paluſtribus, vliginoſis.

Perennis. Flor. Maio.

Radix craſſiuſcula, fuſca, fibras copioſas, longas, tenaces emittens. Culmi et foliorum faſciculi in ceſpitem magis vel minus denſum vniti, erecti, trigoni, glabri, geniculis tribus vel quatuor; ſub antheſi pedales vel ſeſquipedales et toti vaginati; poſt antheſin multo altiores atque ſuperiori parte nudi. Folia culmea quam in praecedente plura, latiora et breuiora, planiuſcula, obſolete carinata, apice triquetra, ad oras et ſuperiorem carinae partem ſcabra: inferiora et faſciculorum anguſtiora et longiora, culmo vero ſemper breuiora. Inuolucra, vt vaginarum culmearum ſuperior pars, glutinoſa, nec glabra. Spicae 5-7 et plures, longius pedunculatae, dein nutantes. Pedunculi ſcabri. Glumae vninerues, fuſco- vel nigreſcenti-virides. Flores hermaphroditi. Lana praecedentis longe breuior. Reliqua fere omnia cum *E. anguſtifolio* conueniunt.

Cl. *Host* ſub *E. polyſtachio* (*Gram.* 1. p. 29. t. 37.) hanc et praecedentem ſpeciem confundere videtur. Figura ſiniſtra tab. cit. ad *E. polyſtachium* ſpectat, intermedia vero et dextra potius ad *E. anguſtifolium* pertinere videtur.

33. ELYNA.

Cal. glumae vniualues, vniflorae, in ſpicam vndique imbricatae. *Cor.* duplex, vtraque vniualuis: exteriori maiori, dorſo rachi appreſſa; interiori anguſtiori, laterali, genitalia inuoluente. *Nux* vnilocularis, ſetis nullis cincta.

1. ELYNA *ſpicata.*

Carex myoſuroides. *Villars. Delph.* 2. p. 149.

Carex Bellardi. *Allion. Pedem.* n. 2293. *Host. Austr.* p. 502. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 316. — *Hopp. Plant. Alp. Schleich. Caric.*

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 286. D. *Villars. l. c. t.* 6. n. 16.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Schleich. l. c.* 2. n. 3.

Germ. Aehrenförmige Elyne.

In vliginofis, pratis alpinis Styriae, Carinthiae, Tyrolis (*Host*, *Hoppe*), Princip. Salisburgenfis (*Braune*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix e fibris tenacibus, tortuofis, culmos nonnullos et copiofos foliorum fafciculos, in cefpitem vnitos, proferens. Culmi a tribus vnciis ad femipedalem et vltra longitudinem adfcendentes, tenues, vt folia rigiduli, erecti, fubtrigoni, bafin verfus teretiufculi, ftriati, glabri vel in fpicae vicinia tantum fcabriusculi, enodes, inferiori parte foliorum vaginis tecti, reliqua parte nudi. Folia longitudine varia, erecta vel varie flexa, fetacea, facie magis vel minus canaliculata, dorfo conuexa aut obfcure carinata, ad oras, imprimis apicem verfus, fcabriufcula. Vaginae ftriatae, glabrae, nitidae, fufcae, exterioribus minoribus, fquamaeformibus. Spica terminalis, erecta, teretiuscula, femuncialis circiter. Calix vniflorus. Glumae calicinae vniualues, corollam includentes, lato-ouatae, obtufae, dorfo conuexiufculae, vninerues, glabrae, nitidae, ferrugineae, margine dilutiores. Corolla duplex, vtraque vniualuis: exterior dorfo rachi appreffa, ouato-lanceolata, acutiufcula, concaua, marginibus bafi coadunatis, eneruis, calici concolor; interior lateralis, multo anguftior, lineari-lanceolata, acuta, eneruis, fufca, germen et ftamina inuoluens. Stamina tria, pedicello exiguo infidentia. Stigmata tria. Nux vnilocularis, obouata, trigona, apice ftili rudimento coronata, fufca. Setae receptaculi nullae.

A Carice florum et fructus ftructura diuerfiffimum genus, vt e defcriptione fatis patet, conftituit.

34. NARDVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 97. Iuſſ. Gen. p. 33. Vent. Tabl. 2. p. 111.

Cal. nullus. *Cor.* biualuis.

NARDVS *ſtricta*, ſpica erecta ſecunda.

Nardus ſtricta. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 314. *Hoſt. Gram.* 2. p. 4. *Koel. Gram.* p. 312. *Smith. Britan.* 1. p. 61. *Cavan. Ic.* 3. p. 2. *Roth. Germ.* T. 2 P. 1. p. 65. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 29. *Pollich. Palat.* n. 53. *Leers. Herborn.* n. 58. *Scop. Carn* n. 68. *Hall. Helv.* n. 1410. *Schreb. Gram.* 1. p. 65. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Mart. Fl. Ruſt. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Gramen loliaceum minimum, foliolis iunceis, panicula vnam partem ſpectante. *Mont. Prodr.* p. 43.

Gramen ſparteum capillaceo folio minus erectum. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen ſpartum Lobelio. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 513. c. ic.

Gramen ſparteum iuncifolium. *C. Bauh. Theatr.* p. 70. *Scheuchz. Agroſt.* p. 90.

Spartum noſtras paruum. *Lob. Ic.* 1. p. 90. c. ic.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 4.	*Schreb. l. c. t.* 7.
Engl. Bot. t. 290.	*Mont. l. c. f.* 31.
Cavan. l. c. t. 204. *f.* 2.	*Scheuchz. l. c. t.* 2. *f.* 10.
Flor. Dan. t. 1022.	*Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 8.
Mart. l. c. t. 27.	*I. Bauh. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 11.	*Lob. l. c.*
Leers. l. c. t. 1. *f.* 7.	

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 8. n. 4. *Ehrh. l. c.* n. 22.

Germ. Steifes Borſtengras.

In aſperis, arenoſis, nemoroſis, ſiluaticis, ſolo cum ſicco tum humido, et locis tam demiſſis, quam alpinis. Plerumque ſparſim creſcit, ſaepius tamen amplas plagas, ſolo praeſertim ſterili gaudentes, ſociatim inhabitare ſolet.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix horizontalis, ſquamis obtecta et fibris tenacibus, flexuoſis aucta. Culmi et foliorum faſciculi in ceſpitem magis vel minus denſum diſpoſiti, erecti, ſubtetragoni, tenues, vt tota planta rigidi, glauceſcentes, ad baſin vno alteroue geniculo diſtincti:

florentes 2-4unciales; fructiferi duplo altiores. Folia canaliculato-ſetacea, acuminata, ſtriata, glaucefcentia: culmea pauca (2-3), breuia, patentia; faſciculorum multo longiora, varie flexa. Vaginae teretes, ſtriatae, glaberrimae, plerumque ex albido virides, ſubinde tamen, aeque ac culmi, leui purpura ſuffuſae; omnes baſi ſquamis muticis, concoloribus veſtitae. Ligula breuis, obtuſa. Spica terminalis, erecta, gracilis, ſecunda. Rachis hinc conuexa, inde excavata, margine hiſpida et dentibus alternis pro floſculorum inſertione inſtructa, apice ſupra floſculos in mucronem ſcabrum attenuata. Floſculi magis per paria approximati, ſubſeſſiles, dilute violacei vel ex purpureo et viridi varii; ante antheſin rachi appreſſi, poſt antheſin magis vel minus patentes. Gluma corollina exterior lineari-lanceolata, apice ſenſim in ariſtam breuem deſinens, dorſo conuexa, ariſtis tribus ſcabris diſtincta, marginibus interiorem, minorem, linearem, obtuſam amplectens.

Solo fertiliori vel humidiuſculo innaſcenti plantae culmi altiores, folia longiora; at ſubſtantia minus rigida. — Variat culmis foliisque glabris et obſolete pubeſcentibus.

"Gramen inuiſum Naturae alpeſtris ſcrutatoribus, quod vias lubricas reddat; ſed quod denſis ceſpitibus creſcat, firmiterque terrae inhaereat, ſaepe etiam gratiſſimum in praecipitiis, quod profundiſſime ad radicem manu prehenſum impediat lapſum." SCHRANK in *Prim. Fl. Salisb.* p. 37.

II. DIGYNIA.

35. CHAMAGROSTIS Borkh.

Cal. vniflorus, biualuis, truncatus. *Cor.* pilis parallelis, baſi coniunctis et genitalia includentibus compoſita. *Sem.* liberum.

1. CHAMAGROSTIS *minima.*

Chamagroſtis minima. *Borkh. Catimeliboc.* — *Wib. Werthem.* p. 126.
Knappia agroſtidea. *Smith. Britan.* 3. p. 1387. — *Engl. Bot.*

Sturmia minima. *Hopp. in Sturm. Flor.*

Agroſtis minima. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 372. *Koel. Gram.* p. 94. *Smith. Britan.* 1. p. 82. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 87. *Pollich. Palat.* n. 76. — *Hopp. Plant. Alp.*

Gramen ſparteum, capillaceo folio, minimum. *Dill. Gieſs. App.* p. 172.

Gramen minimum vnciale aut biunciale. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen minimum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 465. c. ic.

Gramen minimum, paniculis elegantiſſimis. *C. Bauh. Theatr.* p. 26. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 40.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1127. *Sturm. Flor. faſc.* 7. *Dill. l. c. t.* 16. *f.* 1. *Scheuchz. l. c. t.* 1. *f.* 7. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 2. *f.* 10. *I. Bauh. l. c.* *C. Bauh. l. c.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

Germ. Röthliches Zwerggras.

In arenoſis Auſtriae? (*Jacquin*), Princip. Baruthini (*Delavigne*), Com. Werthemenſis (*Wibel*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*) — prope Hamburgum (*Bueck*) — Holſatiae (*Weber*) — prope Lipſiam (*Baumgarten*) — Sileſiae (*Mattuſchka, Krocker*).

Annua. Flor. primo vere.

Ex minoribus eſt graminibus. Radix fibroſa. Culmi ceſpitoſi, 1-2-, rarius 3unciales, erectiuſculi, capillares, ſimpliciſſimi, laeuiſſimi, argenteo-nitidi, ſuperne plerumque purpuraſcentes, baſi vaginati, reliqua parte nudi, adultiori aetate, vt muſcorum ſetae obſeruari ſolent, leuiter torti. Folia pauca, breuiſſima, canaliculato- vel complicato-ſetacea, obtuſa, cum vaginis glabra. Vaginae ſuperiores culmum includentes, inferiores laxae, aphyllae, ſquamaeformes. Ligula breuis, obtuſa, vtrinque decurrens. Racemus ſpicatus, terminalis, erectus, pauciflorus, rachi teretiuscula, flexuoſa. Floſculi 8-12, exigui, mutici, breuius pedicellati, rachi appreſſi, alterni, ſecundi. Glumae calicinae, oblongo-lanceolatae, apice truncatae et crenulatae, vninerues, glabrae, e fuſco et purpuraſcente variae, apicibus albidis: exteriori interiorem paulo anguſtiorem amplectente. Corolla nec villoſa, nec vere membranacea eſt dicenda, ſed,

calyptrae Polytrichorum in modum, pilis argenteoalbis, inaequilongis, ſimplicibus ramoſisve, conferte parallelis, infeme coniunctis et genitalia includentibus, compoſita. Stili longiſſimi. Filamenta longitudine ſtilorum vel paulo longiora. Antherae bicornes. Semen maturum liberum, pilis iam laxioribus et criſpatis, intra calicem clauſum, obuolutum.

VV. Cl. *Borckhausen*, *Hoppe* et *Smith* omni iure hanc plantam pro diſtincto genere habuere; verum nullus eorum verum characterem, in ſingulari corollae (ſi alias haec pars corollae ſine glumae interioris nomen meretur) ſtructura reperiundum, quo ab omnibus totius familiae graminum generibus diſtinguitur, eruit. Propterea et data ab *Hoppio* (*Sturm* l. c.) et *Smithio* (*Engl. Bot.* l. c.) corollae figura naturae haud prorſus conuenit.

36. SYNTHERISMA Walt.

Walt. Carol. p. 76.

Cal. vniflorus, triualuis, valuulis corollae appreſſis, inaequalibus: tertia minima. *Cor.* valvula exteriori conuexa, interiorem planiuſculam amplectente. *Sem.* corolla corticatum.

1. SYNTHERISMA *ciliare*, foliis vaginisque piloſis, floſculis oblongis ciliatis.

Panicum ciliare. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 344. *Retz. Obs.* 4. p. 16.

Panicum ciliatum. *Märckl. in Act. Soc. Bot. Ratisb.* 1. p. 332. (excl. ſyn.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 564.

Digitaria ciliaris. *Koel. Gram.* p. 27.

Ic. *Noſtr.* t. 3. *f.* 7.

Germ. Gefranzte Bluthirſe.

In agris, arenoſis Carinthiae (*Wulfen*), Palatinatus prope Weiſſenheim (*Märklin*).

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa. Culmi ceſpitoſi, pedales, ſeſquipedales, ſubteretes, ſtriati, glabri, primo procumbentes, dein

magis erecti, geniculis inferioribus terrae vicinis ramos atque radices agentes. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, ad oras ſcabra, vtrinque, vt vaginae, tuberculis piliferis inſperſa: inferiora breuia; ſuperiora longiora et anguſtiora. Vaginae laxae, compreſſae, tenuiſſime ſtriatae, pilis frequentioribus et horizontaliter patentibus obſeſſae. Ligula obtuſa. Racemi ſpicati, 5-7 et plures, ſubumbellati aut parum a ſe inuicem remoti; primo erecti, dein patentes. Rachis communis breuis, angulata, plerumque glabra: partialis ſ. ſingulorum racemorum linearis, flexuoſa, compreſſa, margine hiſpida; latere altero plana, altero linea longitudinali, eleuata notata. Pedicelli breues, ſemiteretes, hiſpidi, ſolitarii, alternatim lateri exteriori racheos ad coſtam ſ. lineam eleuatam inſerti, (exceptis ſummis, qui vnicum tantum floſculum gerunt) biflori, floſculo altero ſubſeſſili. Floſculi parte conuexa rachi appreſſi, oblongi, acuti, mutici. Glumae calicinae tres, membranaceae, corollae appreſſae, valde inaequales: exteriori maiori, oblonga, acuta, corollam longitudine aequante et margine amplectente, dorſo plana, neruis 5, ſubinde 7, vtplurimum ſcabris, diſtincta: neruo vtroque laterali pilis rigidulis diſtantibus ciliato. Praeter haec cilia margo inſuper tam externe quam interne pilis minoribus appreſſis pubeſcit. Gluma interior maiori oppoſita, quadruplo minor, ouato-lanceolata, acuta, planiuſcula, 2-3neruis, tota ſuperficie et margine pilis appreſſis conſita; gluma infima ad baſin exterioris et maioris inſerta, exigua, ouata, acutiuſcula, concaua, eneruis atque glabra. Corolla cartilaginea, nitida, tenuiſſime ſtriata: exteriori floſculo conformi, dorſo conuexa, margine inflexa; interiori anguſtiori, lanceolata, plana. Semen corolla corticatum.

2. SYNTHERISMA *vulgare*, foliis vaginisque ſubpiloſis, floſculis oblongis margine pubeſcentibus.

Panicum ſanguinale. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 342. *Hoſt. Gram.* 2. p. 14. *Smith. Britan.* 1. p. 66. *Schreb. Gram.* 1. p. 119. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Curt. Lond.*

Digitaria ſanguinalis. *Scop. Carn.* n. 72. *Koel. Gram.* p. 25.

Digitaria foliis fubhirfutis, caule debili, fpicis verticillatis, fcapo ancipite. *Hall. Helv.* n. 1526.

Gramen dactylon maius repens, foliis hirfutiffimis. *Buxb. Cent.* 5. p. 34.

Graminis genus dens caninus tertius, fiue gramen primum, vel Galli crus. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 444. c. ic.

Gramen Dactylon folio latiore. *C. Bauh. Theatr.* p. 114. c. ic. *Moris. Hift.* 3. *Scheuchz. Agroft.* p. 101.

Ifchaemon Plinii. *Clus. Hift.* CCXVII. c. ic.

Ifchaemon vulgare. *Lob. Ic.* 1. p. 24.

Ifchaemon. *Lob. Hift.* p. 13. c. ic.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 17.
Engl. Bot. t. 849.
Mart. l. c. t. 78.
Curt. l. c. fafc. 41.
Schreb. l. c. t. 16.
Buxb. l. c. t. 65.
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 3. *f.* 2.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Clus. l. c.
Lob. Ic. et Hift. l. c.

Germ. Gemeine Bluthirfe.

In hortis, vineis, rarius in aruis, collibus et ad vias.

Annua. Flor. a Iunio ad Auguftum.

Habitus prioris, fed omnibus partibus plerumque paulo minus, racemi pauciores et folia vaginaeque pilis paucioribus et breuioribus infperfae. Praecipue vero differt gluma calicina maiori 3-5nerui et ad oras tantum pubefcente, nec fecundum neruos marginales, vt in praecedente, ciliis obfeffa. — Variat, vt *S. ciliare*, floribus et fubinde quoque culmis foliisque magis vel minus purpurafcentibus.

Panicum aegyptiacum Retz., quod huic nimis affine eft, Cl. *Rebentisch* etiam plantis Neomarchicis adnumerat, fed vix pro mera fpontanea planta haberi poteft. Secundum *Michaux* (*Flor. Bor. Amer.* 1. p. 45.) huc pertinet *Syntherisma praecox Walt. Carol.* p. 76; nomen vero triuiale haud commodum, fi illud ad tempus florendi referas. *Panicum fanguinale Roth.* Germ. T. 2. P. 1. p. 73. inter fynonyma omifi, quoniam defcriptio cum fynonymis allatis partim ad *S. vulgare*, partim ad *S. glabrum* fpectat. Citata fynonyma *Clusii*, *Lobelii*, *Bau-*

HINORUM aliorumque veterum botanicorum, ob folia vaginasque fere nude delineatas, ad ſequentem ſpeciem pertinere, facile quis crederet; omnes vero in deſcriptionibus harum partium, ſuperficiem pilis inſperſam eſſe, annotant. Iſchaemum primum *TABERN. Kräuterb.* p. 534, quod etiam huius plures ſynonymum faciunt, forte ad *Synth. glabrum* pertinet. Dubium mihi videtur Gramen Dactylon aquaticum *C. Bauh. Pin.* p. 8. et Ejusd. *Theatr.* p. 118. a *LINNAEO* aliisque gramini noſtro adſcriptum. Quoad iconem *BAUHINI* habitu quidem non recedit, ob ſuperficiem vero nudam ſequenti ſpeciei proximum habendum. Fateri tamen oportet, me nunquam nec *S. glabrum* nec *vulgare* in locis aquoſis obſeruaſſe, neque ab aliis recentiorum obſeruatum reperiſſe.

MATHIOLO referente Gorizienſes, Carnioliae, Carinthiae aliarumque regionum aſſinium incolae gramen quoddam, a *C. BAUHINO* (*Theatr.* p. 118.) Gramen Dactylum eſculentum, a *LOBELIO* aliisque Gramen Mannae eſculentum dictum, et dudum a *BAUHINO* pro Synth. noſtri, ſolo fertiliori orta, varietate habitum, tamquam frumentum colunt et ferunt, quod *SCOPOLI* vero negat. Varietas haec ſatiua mihi dubia et nunquam viſa. Non ſolum vero Gramen Dactylon folio latiori. *C. BAUHINI* ſ. *Syntherisma vulgare*, ſed etiam *S. glabrum* in vna vel altera Germaniae regione culta eſſe et adhuc coli, vix dubitari poteſt, propterea quod et noſtris temporibus vtriusque ſpeciei ſemina rerum commerciis ſub nomine *Bluthirſe* propagantur.

3. SYNTHERISMA *glabrum*, foliis vaginisque glabris, floſculis ouatis.

Panicum Iſchaemum. *Schreb. in Schweigg. Flor. Erlang.* p. 16.

Digitaria filiformis. *Koel. Gram.* p. 25.

Panicum ſanguinale. *Pollich. Palat.* n. 60. *Leers. Herborn.* n. 42.

Panicum lineare. *Krock. Siles.* n. 98. (fide ſpeciminis a Krockero ipſo determinati et a Rev. Starkio mecum communicati.)

Ic. *Noſtr. t.* 3. *f.* 6. *Leers. l. c. t.* 2. *f.* 6.

Germ. Unbehaarte Bluthirſe.
In cultis et incultis, ad vias alibique.
Annua. Flor. Iulio, Auguſto.
Radix, culmi directio, foliorum forma, inflorefcentia eadem ac duorum praecedentium, proxima tamen eſt *S. vulgari*, cum quo etiam per diuerſas Germaniae regiones mixtim occurrit, et pro cuius forte varietate a pluribus adhuc habita eſt; ſed characteres, quibus *S. glabrum a vulgari* discrepat, maioris ſunt momenti, quam qui poſterius et *ciliare* intercedunt. Syntherisma enim noſtrum omnibus in partibus eſt tenuius; culmi ſemper humiliores; foliorum et vaginarum ſuperficies nuda et vix vnquam tuberculis piliferis inſperſa; foliorum, aeque ac racheos ſpicarum, margo minus ſcaber; ſpicae pauciores, minores, pedicellis ſuperioribus frequentius vnifloris; floſculi magis ouati, et immo quandoque, (quemadmodum icon noſtra eos repraeſentat) ex ſubrotundo ouati; gluma calicina infima minutiſſima et obtuſior. Gluma calicina exterior et interior ante ſeminis maturitatem aequilonga et corollae conformis: exteriori neruis quinque glabris nec ſcabris notata, quorum interſtitia inter neruos exteriores et margine tenuiſſime pubeſcunt; interiori tota ſuperficie tenuiſſime pubeſcente et neruis tribus, pariter haud ſcabris, diſtincta. Corolla (maturo ſemine) fuſco-purpuraſcente colore tincta, glumis ambabus tenuiſſime ſcabriuſculis. Semen etiam minus oblongum.
Panicum ſanguinale Schkuhr. *Handb.* 1. p. 32. t. 10. quoad iconem potius ad hanc, quam ad praecedentem ſpeciem pertinet.

Praeter *Panicum aegyptiacum* huius generis adhuc ſunt *Panic. filiforme* Linn. (eadem forte planta cum *Agroſti lenta* Ait. et *Milio paniceo* Flor. Ind. Occ. 1. p. 179, vt ipſe Swartzius per literas monet), *Panic. lineare* Linn. (cui Vir amiciſſimus, Swartzius, *Milium digitatum* in Flor. Ind. Occ. 1. p. 181. deſcriptum, vt in iisdem literis annotatum eſt, nimis affine putat) et nonnullae aliae nouae ſpecies.

37. DIGITARIA.

Cal. biualuis, vniflorus, valuulis inaequalibus, patentibus. *Cor.* biualuis, calice maior, compreſſa, valuulis ſubaequilongis: interiori anguſtiſſima, ab exteriori incluſa. *Sem.* corolla corticatum.

1. DIGITARIA *ſtolonifera*, ſtolonibus repentibus.

Panicum Dactylon. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 342. *Hoſt. Gram.* 2. p. 15. *Smith. Britan.* 1. p. 67. *With. Britan.* ed. 3. p. 116. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 74. *Pollich. Palat.* n. 61. — *Engl. Bot. Plenk. Ic. Med. Regn. Bot. Hopp. Plant. Alp. Dicks. Hort. Sicc.*

Fibichia vmbellata. *Koel. Gram.* p. 308.

Digitaria Dactylon. *Scop. Carn.* n. 73.

Digitaria ſtolonibus teretibus, foliis patulis, glabris, ſpicis digitatis. *Hall. Helv.* n. 1527.

Gramen Dactylon, folio arundinaceo, maius et minus cum appendice. *Mont. Prodr.* p. 61.

Gramen Dactylon radice repente, ſiue officinarum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 104.

Gramen Crucis ſeu cruciatum tetradactylon. *Barrel. Ic.*

Gramen Dactylon folio arundinaceo maius. *C. Bauh. Theatr.* p. 112. c. ic. et

Gramen Dactylon folio arundinaceo minus. *Ejusd.* p. 113. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen legitimum. *Clus. Hiſt.* p. CCXVII. c. ic.

Gramen Canarium alterum. *Lob. Ic.* 1. p. 23.

Gramen Canarium alterum, Iſchaemi paniculis maximo Gramini marino arundinaceo congener. *Lob. Hiſt.* p. 12. c. ic.

Ic. *Noſtr. t.* 3. *f.* 9.
Hoſt. l. c. t. 18.
Engl. Bot. t. 850.
Plenk. l. c. t. 43.
With. l. c. t. 21.
Regn. l. c. t. 14.
Mont. l. c. f. 99.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 11. *I.*
Barrel. l. c. t. 753. *f.* 1.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 3. *f.* 4.
C. Bauh. l. c.
Clus. l. c.
Lob. Ic. et Hiſt. l. c.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 4. *Dicks. l. c. faſc.* 11. n. 1.

Germ. Wucherndes Fingergras.

In cultis, pratis, pafcuis, ad vias, locis tam ficcis quam humidis, imprimis folo arenofo Circul. Auftriaci (*Jacquin, Scopoli, Hoft*), Bavariae (*Schrank*), Com. Werthemenfis (*Wibel*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*Borckhaufen*) — Silefiae ad limites Bohemiae inque Comitatu Glacenfi ac Niffenfi diftrictu (*Krocker*).

Perennis. Flor. a Iulio ad Septembrem.

Radix longe lateque repens, gracilis, teres, fquamofa, e geniculis deorfum fibras longas perpendiculares, furfum culmos et fafciculos foliorum proferens. Culmi a femipedali ad fefquipedalem altitudinem adfcendentes, bafi ftoloniferi, teretiufculi, ftriati, glabri, fimplices et ramofi, erectiufculi aut bafi procumbentes et radicantes. Folia linearia, acuminata, carinata, dein plana, modo facie tantum, modo facie et dorfo pilofa, aeque ac culmi et vaginae faepe ex glauco virefcentia. Vaginae laxae, compreffae, glabrae, rarius pilofae: ftolonum minora, confertiora, decolora et apicem verfus fenfim minoribus foliis inftructa. Ligulae loco feries pilorum. Spicae terminales, a quatuor ad feptem, vmbellatae, fecundae, ex viridi purpurafcentes, aetate ftraminiae; primo erectae, dein horizontaliter patentes. Rachis parum flexuofa, linearis, triquetra, ad angulos praecipue fcabra. Flofculi racheos lateris exterioris f. excauatae margini alternatim infidentes, folitarii, imbricati, ouati, acuti, mutici, compreffi, glauco-virides, nitidi. Glumae calicinae lanceolatae, compresfae, carinatae, carina fcabrae, vninerues, inaequales: altera maiori acutiorique. Corolla calice maior, compreffa, cartilaginea; gluma exterior oblongo-ouata, obtufa, neruo carinali fcabriufcula; interior exteriori vix maior, fed multo anguftior, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiffime ciliata. Bafi inter glumam corollinam interiorem et calicinam maiorem quandoque pedicellus breuis, fubcapitatus, rariffime altero flofculo terminatus reperitur. Semen corolla corticatum.

Digitariam proprium genus conftituere, ex defcriptione fatis patet. A Panico noftro diuerfiffimum eft. Vt

cum Syntherismate coniungatur, vt *Scopolius*, *Hallerus* aliique fecere, calix biualuis vetat. A Milio discedit fpica vnilaterali et flofculis compreffis, nec ventricofis; a Paspalo corolla calice maiori et calice inaequali. Ab vtroque, vt et a Syntherismate, diftinguitur glumis calicinis carinatis compreffam corollam bafi tantum amplectentibus, nec tota fuperficie tegentibus et includentibus.

Huius generis effet Agroftis linearis *Retz.*, fecundum fpecimen, a Cl. *Willdenowio* miffum; fed fpecie vix diuerfa a noftra planta videtur.

38. CRYPSIS Ait.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 1710. Vent. Tabl. 2. p. 97. — Gaertn. Fruct. 2. p. 7. t. 80. fub Antitrago.

Cal. biualuis, vniflorus, compreffus, inaequalis. *Cor.* biualuis, inaequalis, calice maior. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. CRYPSIS *alopecuroides*, culmis fimplicibus teretiufculis, paniculis fubfpicatis oblongo-cilindraceis nudis, floribus triandris.

Heleochloa alopecuroides. *Hoft. Gram.* 1. p. 23.
Phleum alopecuroides. *Pill. et Mitterb. It.* p. 147.
Ic. *Hoft. l. c. t.* 29. *Pill. et Mitterb. l. c. t.* 16.

Germ. Fuchsfchwanzartiges Dornengras.

In vliginofis agri vindobonenfis prope Herrenals, Bertholsdorf alibique (*Hoft*).

Annua. Flor. Augufto, Septembri.

Radix fibrofa. Culmi plures, longitudine varii, in cefpitem coniuncti, teretes vel ex tereti compreffi, ftriati, glabri, fimplices, multis geniculis infractis intercepti et ad apicem vsque vaginis foliorum veftiti; faepius adfcendentes, plerumque vero procumbentes, tuncque multo longiores et magis vel minus, congenerum more, in orbem difpofiti. Folia breuia, lineari-lanceolata, acuminata, ad oras et fuperiorem carinae partem fcabra. Vaginae teretes, ftriatae,

glabrae; ſuprema laxiuſcula. Ligulae loco pilorum breuium ſeries. Paniculae ſubſpicatae, ex oblongo cilindraceae, obtuſaé, baſi attenuatae, rachi angulata, ſcabriuſcula. Rami breuiſſimi, ſubdiuiſi. Floſculi ouato-lanceolatï, acuti, mutici, externe conuexi, interne concauiuſculi, primo virides aut ex viridi purpuraſcentes, adultiori aetate liuidi. Glumae calicinae corolla minores, compreſſae, inaequales, lanceolatae, acutae, vninerues, carina tenuiſſime ciliatae. Corolla calici conformis, membranacea; gluma maior, glumae calicinae minori proxima, ad lentem obſolete ciliata; gluma minor, huic oppoſita, paulo dilutior et fere glabra. Stamina tria. Piſtilla duo.

Spicae huius, aeque ac ſequentium duarum ſpecierum, floſculi quandoque imperfecti admixti reperiuntur.

2. CRYPSIS *ſchoenoides*, culmis ramoſis compreſſis, paniculis ſubſpicatis oblongis baſi vaginatis, floribus triandris.

Crypſis ſchoenoides. *Lamarck. Illuſtr.* n. 855. *Desfont. Atlant.* 1. p. 62. *Koel. Gram.* p. 60.

Crypſis aculeata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 158. *β.*

Heleochloa ſchoenoides. *Hoſt. Gram.* 1. p. 23.

Spartina phleoides. *Roth. N. Beytr.* 1. 101.

Phleum ſchoenoides. *Linn. Spec. Plant. ed.* 2. 88. *Jacq. Collect.* 1. p. 111. *Ejusd. Ic.* 1. *Cavan. Ic.* 1. p. 39.

Gramen maritimum, typhinum, breui et craſſiori ſpica ad ſingula genicula prodeunte. *Scheuchz. Agroſt.* p. 85. 86.

Gramen typhinum, maritimum, quam breui craſſiore ſpica ad genicula prodeunte. *Mont. Prodr.* p. 50.

Gramen typhinum ſupinum italicum minus. *Barrel. Ic.*

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 30. *Jacq. l. c. t.* 15.
Cavan. l. c. t. 52. *f. V. Mont. l. c. f.* 55.
Lamarck l. c. t. 42. *f.* 1. *Barrel. l. c. t.* 54.

Germ. Knopfgrasartiges Dornengras.

In paluſtribus ad mare adriaticum alibique ſimilibus in locis Circuli Auſtriaci (*Wulſen, Hoſt*).

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Habitu et creſcendi modo aliisque notis cum priori conuenit; ſed differt culmis plerumque ramoſis et

fere compreſſis; foliis, vna cum reliquis partibus, paulo rigidioribus, magis ſcabris et pilis breuibus, imprimis baſin verſus, inſperſis; ſpica breuiori, oblongo-ouata, inferiori parte folii ſuperioris vagina ventricoſa incluſa. Floſculi fere praecedentis, glumae calicinae vero, aeque ac corollina maior, carina aculeis breuiſſimis, rigidulis ſcabrae. Staminum et piſtillorum numerus idem, ac in praecedente.

Variat pro ſoli natura et expoſitione culmis, foliis vaginisque nunc viridibus, nunc ex viridi glauceſcentibus et quandoque etiam purpuraſcentibus.

A Spartina, cui a Cl. *Rothio* noſtrum gramen nunc adnumeratur, et habitu et florum ſtructura diuerſiſſimum eſt. Flores enim, quos *Rothius* monogynos obſeruaſſe ſibi viſus eſt, et quapropter illud cum Spartinae genere coniunxit, nunquam reperi, ſed ſemper piſtilla duo, libera et vix baſi connata.

3. CRYPSIS *aculeata*, culmis ramoſis compreſſis, paniculis ſubſpicatis hemiſphaericis inuolucro foliaceo cinctis, floribus diandris.

Crypſis aculeata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 158. *Hoſt. Gram.* 1. p. 24. *Koel. Gram.* p. 61. *Desfont. Atlant.* 1. p. 62. *Vahl. Symb.* 2. p. 17. *Lamarck. Illuſtr.* n. 856. *Ait. Kew.* 1. p. 48.

Anthoxanthum aculeatum. *Linn. Suppl.* p. 89.

Schoenus aculeatus. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 63. *Schreb. Gram.* 2. p. 62. *Cavan. Ic.* 1. p. 39.

Phleum ſchoenoides. *Jacq. Auſtr. App.* p. 29.

Agroſtis aculeata. *Scop. Carn.* n. 89.

Gramen typhinum aculeatum. *Zannich. Iſt.*

Gramen typhinum aculeatum, ſpica ex vtriculo vix prodeunte. *Mont. Prodr.* p. 50.

Gramen ſupinum aculeatum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 461. c. ic.

Gramen album capitulis aculeatis italicum. *C. Bauh. Theatr.* p. 108. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3. *Scheuchz. Agroſt.* p. 85.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 31.
Cavan. l. c. t. 52. (fig. ſiniſtra.)
Lamarck. l. c. t. 42. *f.* 2.
Jacq. l. c. t. 7.
Schreb. l. c. t. 32.
Zannich. l. c. t. 69.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 9. C.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 5. *f.* 3.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.

Germ. Stechendes Dornengras.

In iisdem cum praecedente locis (*Scopoli*, *Wulfen*, *Host*).

Annua. Flor. Iulio, Augusto.

Habitus duarum praecedentium. A *Crypſ. ſchoenoide*, cui praecipue affinis, diſtinguitur ſpicis hemiſphaericis, intra baſin dilatatam foliorum plurimorum floralium et horizontaliter patentium (nec, vt in praecedente erectorum) inuolucri in modum quaſi immerſis. Huic quoque tantum ſtamina duo, rarius tria. — Floſculi purpuraſcentes, rarius liuidi.

Crypſis Agroſti quam maxime appropinquatur et praecipue calice corolla minori differt. Crypſis Host. et Ejusd. Heleochloa vero nonniſi inuita natura et contra Syſtematis leges, ob ſolum ſtaminum numerum, a ſe inuicem disiungi poſſent.

39. ALOPECVRVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 102. Iuſſ. Gen. p. 29. Vent. Tabl. 2. p. 97. Gaertn. Fruct. 1. p. 2. *t.* 1.

Cal. biualuis, vniflorus, valuulis ſubaequalibus, baſi connatis. *Cor.* vniualuis, baſi ariſtata. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. ALOPECVRVS *pratenſis*, culmo erecto glabro, panicula ſubſpicata cilindracea obtuſa, glumis calicinis infra medium connatis acutis villoſis.

Alopecurus pratenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 357. *Hoſt. Gram.* 1. p. 133. *Koel. Gram.* p. 31. *Smith. Britan.* 1. p. 72. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 77. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 34. *Pollich. Palat.* n. 64. *Leers. Herborn.* n. 43. *Schreb. Gram.* 1. p. 133. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Curt. Lond. Ehrh. Gram.*

Alopecurus ſpica ouata. *Hall. Helv.* n. 1539.

Gramen myurum ſpica molli candicante villoſa. *Scheuchz. Agroſt.* p. 70.

Gramen alopecuroides ſpica longiore medium vulgare folio lanuginoſo. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 31. *Leers. l. c. t.* 2. *f.* 4.
Engl. Bot. t. 759. *Schkuhr. l. c. t.* 11.
Mart. l. c. t. 6. *Schreb. l. c. t.* 19. *f.* 1.
Curt. l. c. faſc. 50. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 8.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 23.

Germ. Wieſen-Fuchsſchwanz.

In pratis et paſcuis.

Perennis. Flor. Maio et ſaepe altera vice Iulio vel Auguſto.

Radix fibroſa. Culmi ſeſquipedales, bipedales altioresve, erecti toti aut baſi tantum incurui, glabri, geniculis pluribus intercepti. Folia linearia, acuta, patentia, modo vbique, modo ad oras et ſuperiorem dorſi partem tantum ſcabra. Vaginae ſtriatae, glabrae: ſuprema longiſſima, laxa, ſubinflata. Ligula breuis, obtuſa. Panicula ſubſpicata, cilindracea, obtuſa, mollis, ex viridi argentea. Rachis ſtriata, glabriuſcula; inferne ſemiteres, ſuperiori parte magis angulata. Rami teretiuſculi, obſolete pubeſcentes: inferiores breues, ramuloſi; ſuperiores breuiſſimi, ſubdiuiſi et ſimplices. Glumae lanceolatae, acutae, compreſſae, albae: calicinae ſubaequales, conniuentes, infra medium connatae, neruis tribus viridibus exaratae, ad carinam praecipue villoſae. Gluma corollina paulo breuior, neruis quinque, pariter viridibus diſtincta, glabra vel apicem verſus villoſa, baſi, vt in ſequentibus, ariſtata, ariſta tortili, ſcabriuſcula, floſculo duplo longiori, primo recta, dein geniculato-reflexa. Stili duo, connati.

2. ALOPECVRVS *agreſtis*, culmo erecto ſuperne ſcabriuſculo, panicula ſubſpicata cilindracea acuta, glumis calicinis vltra medium connatis acutis nudiuſculis.

Alopecurus agreſtis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 357. *Koel. Gram.* p. 34. *Smith. Britan.* 1. p. 73. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 78. *Pollich. Palat.* n. 65. *Leers. Herborn.* n. 44. *Schreb. Gram.* 1. p. 140. — *Engl. Bot. Mart. Fl. Ruſt. Flor. Dan. Hopp. Herb. Ehrh. Phyt.*

Alopecurus myoſuroides. *Curt. Lond.*

Alopecurus culmo recto, ſpicato, calice ciliato. *Hall. Helv.* n. 1540.

Gramen typhoides, ſpica anguſtiore, longiore. *Mont. Prodr.* p. 49.

Gramen ſpicatum, ſpica cilindracea tenuiſſima longiore. *Scheuchz. Agroſt.* p. 69.

Gramen typhinum plantaginis ſpica, ariſtis geniculatis. *Barrel. Ic.*

Gramen alopecuroides ſpica longa tenuiore. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen cum cauda muris purpuraſcente. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 473. c. ic.

Gramen typhoides ſpica anguſtiore. *C. Bauh. Theatr.* p. 53. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 848. *Mart. l. c. t.* 22. *Curt. l. c. faſc.* 17. *Flor. Dan. t.* 697. *Leers. l. c. t.* 2. *f.* 5. *Schreb. l. c. t.* 19. *f.* 2. *Mont. l. c. f.* 51. *Scheuchz. l. c. t.* 2. *f.* 6. A. B. *Barrel. l. c. t.* 699. *f.* 2. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 12. *I. Bauh. l. c.* *C. Bauh. l. c.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 8. *Ehrh. l. c.* n. 71.

Germ. Acker - Fuchsſchwanz.

In agris, praeſertim ſolo limoſo.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix e fibris paruis compoſita, vnicum aut plures culmos ſuſtinens. Culmi quam in praecedente tenuiores, ſeſquipedales, rarius altiores, erecti, in paniculae vicinia magis vel minus ſcabri, ceterum glabri, geniculis 2 - 4 diſtincti. Folia linearia, acuta, facie, margine et ad ſuperiorem dorſi partem ſcabra, laete viridia. Vaginae ſtriatae, glabrae: ſuprema paulo longiori, ſubinflata. Ligula breuis, obtuſa, denticulata. Panicula ſubſpicata, cilindracea, gracilis, acuta, ex viridi albida. Rachis ſtriata, glabra; inferne ſemiteres, ſuperne angulata. Rami teretes, pilis breuiſſimis tecti: ſuperiores breuiores, ſubſimplices, vnico tantum floſculo terminati; reliqui paulo longiores, in ramulos paucos diuiſi et 3 - 4 floſculos gerentes. Floſculi *A. pratenſis*, ſed maiores, minus pubeſcentes et ad baſin cyatho paruo, pedicello inſidente ſuſſulti. Glumae lanceolatae, acutae, com-

preſſae, neruis quatuor prominentibus diſtinctae: calicinae ſubaequales, vltra medium connatae, ad lentem punctis glandulofis inſperſae, carina tenuiſſime ciliata; gluma corollina calice parum maior, glabra. Stilus breuiſſimus.

Variat panicula, culmo vaginisque viridi-purpuraſcentibus.

3. ALOPECVRVS *geniculatus*, culmo adſcendente, panicula ſubſpicata cilindracea obtuſa, glumis calicinis baſi connatis obtuſis ſubuilloſis corollaque apice crenulatis.

α. Radice fibroſa.

Alopecurus geniculatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 358. *Hoſt. Gram.* 2. p. 24. *Koel. Gram.* p. 37. *Smith. Britan.* 1. p. 74. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 79. *Pollich. Palat.* n. 66. *Leers. Herborn.* n. 45. *Scop. Carn.* n. 82. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Curt. Lond. Ehrh. Gram.*

Alopecurus paniceus. *Flor. Dan.*

Alopecurus culmo ſpicato infracto. *Hall. Helv.* n. 1541.

Gramen alopecurum fluuiatile geniculatum procumbens. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum. *C. Bauh. Theatr.* p. 42. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 72.

Gramen aquaticum ſpicatum. *Lob. Ic.* 1. p. 13. *Park. Theatr.* p. 1275. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1250. *Scheuchz. l. c. t.* 2. *f.* 6.
Hoſt. l. c. t. 32. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 15.
Mart. l. c. t. 97. *C. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. faſc. 57. *Park. l. c.*
Flor. Dan. t. 861. *Lob. l. c.*
Leers. l. c. t. 2. *f.* 7.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 42.

β. Radice bulboſa.

Alopecurus geniculatus. *Smith.* l. c. γ.

Alopecurus bulboſus. *Hoffm. Germ.* ed. 2. p. 28. (excl. ſyn.)

Germ. Gegliedeter Fuchsſchwanz.

In pratis humidis, aquis ſtagnantibus, paluſtribus, foſſis; β. in locis ſiccis, ſterilibus.

Perennis. Flor. aeſtate.

Radix fibroſa, fibris longis, ſimplicibus ramoſisve. Culmi longitudine varii, adſcendentes, baſi ramoſi, glabri, geniculis pluribus, magis vel minus infractis intercepti, ad genicula inferiora radicantes; in aquis longiores et maxima ex parte cum foliis natantes. Folia breuia, linearia, acuta, facie et ad oras praecipue ſcabra, vaginis compreſſiuſculis, ſtriatis, glabris. Ligula oblonga, acuta vel obtuſiuſcula. Panicula ſubſpicata, cilindracea, obtuſa, viridi-violacea vel ex purpuraſcente et viridi varia, in aquis ex vireſcente magis albida, praecedentibus duobus breuior, tenuior et floſculis multo minoribus inſtructa. Rachis inferiori parte ſubteres, ſuperiori parte angulata. Rami, vt rachis, pilis breuibus inſperſi, teretes, breves, magis vel minus diuiſi. Glumae lanceolatae, obtuſae, compreſſae, apice ſaepe crenulatae, trinerviae: calicinae ſubaequales, hiantes, baſi connatae pilis appreſſis villoſae, carina ciliatae. Gluma corollina calice parum minor, obtuſiſſima, glabra. Stili duo, primo cohaerentes, dein liberi.

Varietati β., praeter radicem, ob ſolum mutatum, vt in *Phleo pratenſi*, bulbi in modum incraſſatam, culmi humiliores et magis erecti; ſed haec cum vero *A. bulboſo* LINN. (SMITH. *Fl. Brit.* 1. p. 73. *Engl. Bot.* t. 1249.), radice vere bulboſa, foliis anguſtioribus, ſpica attenuata et glumis calicinis diſtinctis et mucronatis gaudente, non confundenda eſt.

4. ALOPECVRVS *vtriculatus*, culmo adſcendente, racemo ſpicato ouato, glumis calicinis carina vltra medium dilatatis.

Tozzettia vtriculata. *Savi in Vſt. Annal. Bot.* 24. p. 50.

Tozzettia pratenſis. *Savi in Memor. d. Matem. dell. Soc. Ital.* T. 8. P. 2. p. 477.

Phalaris vtriculata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 329. *Koel. Gram.* p. 44. *Scop. Delic. Inſ.* 1. p. 28.

Gramen phalaroides, ſpica ex ſquamis duriuſculis ariſtatis congeſta. *Mont. Prodr.* p. 47.

Gramen Alopec. ſpica breui purpurea ex vtriculo prodeunte. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen pratenſe ſpica purpurea, ex vtriculo prodeunte.
C. Bauh. Theatr. p. 44. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 55.

Ic. *Scop. l. c. t.* 12. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 19.
Mont. l. c. f. 46. *C. Bauh. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 3.
B. D. G. II.

Germ. Schlauchartiger Fuchsſchwanz.

In Litorali circa Tergeſtum (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi plures, ſimplices, tenues, glabri, geniculis pluribus diſtincti, vsque ad apicem fere vaginis foliorum incluſi; plerumque adſcendentes et pedalis circiter altitudinis, in fertiliori ſolo magis erecti et paulo altiores. Folia anguſta, linearia, acuta, dorſo glabra, facie et ad ſuperiorem marginis partem ſcabra. Vaginae ſtriatae, glabrae: inferiores culmum amplectentes; mediae paulo laxiores; ſumma, in qua ſpica iuuenilis primo latitat, veſiculae in modum inflata apparet. Ligula exſerta, obtuſa, crenulata, aetate fiſſa. Racemus ſpicatus, ouatus vel oblongo-ouatus, obtuſus, ex viridi albidoque varius. Rachis angulata, cum pedunculis glabriuſcula. Pedunculi conferti, breuiſſimi, teretes, ſimplices, vni-, rarius biflori, apice, vt in *A. agreſti*, cyatho paruo, ad floſculos recipiendos, inſtructi. Glumae calicinae ſubaequales, acutiuſculae, ſcabrae, neruis eleuatis diſtinctae, baſi connatae, carina vltra medium ala cartilaginea, ciliata auctae. Corolla calice vix maior, membranacea, oblongo-lanceolata, obtuſa cum acumine breui parum incuruo, neruis quinque obſoletis notata, carina apicem verſus ſcabra. Stilus vnicus.

Ex deſcriptione clarum fit, hoc gramen Alopecuro, minime vero Phalaridi adnumerandum eſſe. Ad proprium ex eo conſtituendum genus, characteres ſufficientes omnino deſunt.

Allatae ſpecies inter ſe conueniunt culmis teretibus, ſtriatis; foliis planis; vaginis teretibus; ſpica terminali, erecta; floſculis compreſſis, antice conuexis, poſtice concauis.

40. LEERSIA Swartz.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 105.

Cal. nullus. *Cor.* biualuis, clauſa. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. LEERSIA *oryzoides*, panicula diffuſa, floſculis triandris patulis.

Leerſia oryzoides. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 325. *Swartz. Ind. Occ.* 1. p. 129. *Hoſt. Gram.* 1. p. 27. *Koel. Gram.* p. 4. (excl. ſyn. Gronov. et Sloan.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 564.

Ehrhartia clandeſtina. *Web. Holſ.* n. 695.

Phalaris oryzoides. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 81. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 68. *Krock. Sileſ.* n. 87. *Schreb. Gram.* 2. p. 6. *Jacq. Vind.* p. 206. — *Hopp. Herb.*. *Ehrh. Gram.*

Homalocenchrus. *Mieg. in Act. Helv.* 4. p. 307. *Hall. Helv.* n. 1411. *Pollich. Palat.* n. 56.

Gramen miliaceum, paluſtre ſerotinum, paniculis ex locuſtis compreſſis compoſitis. *Pont. Prodr.* p. 51.

Gramen paniculatum aquaticum aſperum, locuſtis planis et orbiculatis. *Pont. Comp.*

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 35. *Schreb. l. c. t.* 22.
Swartz. l. c. t. 4. *f. a. b.* *Ment. l. c. f.* 68.
Krock. l. c. t. 18. *Pont. l. c. t.* 57.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 9. *Ehrh. l. c.* n. 3.

Germ. Reiſsartige Leerſie.

In pratis et ſiluis humidis, paluſtribus, ad ripas foſſarum et fluuiorum prope Vindobonam in inſulis danubialibus (*Jacquin*), Ratisbonam (*Hoppe*), Erlangam (*Delavigne*, *Schweigger*) — Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*) — pr. Duſſeldorpium (*Delavigne*) — Duc. Oldenburgenſis (*Roth*), Holſatiae (*Weber*), Elect. Hannoverani pr. Schwöbber (*Ehrhart*), Haſſiae (*C. Bauhin*, *Mönch*), Saxoniae pr. Barby (*Scholler*), Wittebergam (*Schkuhr*) alibique (*Schreber*), Sileſiae (*Krocker*), Luſatiae (*Oettel*).

Perennis. Flor. Auguſto, Septembri.

Radix more *Tritici repentis* longe lateque horizontaliter ſub terra discurrens, hinc inde ex geniculis

vnum aut plures culmos, variae altitudinis, proferens. Culmi erecti aut bafi procumbentes et radicantes, fimplices et ramofi, teretes, ftriati, glabri, ad apicem vsque vaginis foliorum obtecti, geniculis pluribus, villofis. Folia patentia, linearia, in acumen rigidulum attenuata, plana, ficcitate conuoluta, glauca, vtrinque vt vaginae fcaberrima, margine hifpida, ftriata, fubtus neruo craffiufculo, dorfi medium percurrente, diftincta. Vaginae compreffae, ftriatae: duabus fuperioribus, paniculam includentibus, paulo ampliatis. Ligula breuis, truncata, apice denticulata. Panicula diffufa, ramofa, apice nutans, fed raro, faltem noftris in regionibus, e vagina fua tota prodit; inferior pars plerumque intra vaginam latitat. Rachis magis vel minus flexuofa, angulata et fcabra. Rami ramulofi, filiformes, valde flexuofi, ad lentem pilis breuiffimis, rigidis fcabri: inferiores binati vel ternati; fuperiores folitarii. Flofculi oblongo-ouales, acutiufculi, mutici, virefcentes, femper claufi. Glumae corollinae fubaequales: exteriori concaua, compreffa, ad neruos et carinam pilis rigidis obfeffa (rarius tota fuperficie pilofa); interiori lineari-lanceolata, plana, ciliata, exteriori oppofita.

Obferuationem Ill. SCHREBERI, inclufam paniculae partem flofculos perfectos, exfertam plerumque imperfectos f. fteriles proferre, ex propria autopfia confirmare poffum.

41. PHALARIS.

Cal. biualuis, vniflorus, valuulis fubaequalibus, corollam duplicem includentibus. *Sem.* corolla interiori corticatum.

1. PHALARIS *canarienfis*, panicula fubfpicata ouata, glumis calicinis nauicularibus apice integerrimis, corolla exteriori biualui.

Phalaris canarienfis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 326. *Hoft Gram.* 2. p. 28. *Koel. Gram.* p. 40. *Smith. Britan.* 1. p. 62. *Gärtn. Fruct.* 2. p. 6. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 66. *Retz. Obf.* 3. p. 8. *Leers. Herborn.* n. 48. *Schreb. Gram.* 1. p. 83. — *Engl. Bot. Mant. Flor. Bujt. Plenk. Ic. Medic.*

Phalaris maior femine albo. *C. Bauh. Theatr.* p. 534. c. ic. *Moris. Hift.* 3. *Scheuchz. Agroft.* p. 52.

Phalaris. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 442. c. ic.

Phalaris. *Tabern. Kräuterb.* p. 552. c. ic.

Ic. *Gärtn. l. c. t.* 80. *Engl. Bot. t.* 1310. *Hoft. l. c. t.* 38. *Mart. l. c. t.* 18. *Plenk. l. c. t.* 41. *Leers. l. c. t.* 7. *f.* 3. † *Scheuchz. l. c. t.* 2. *f.* 3. A. C. E. *Moris. l. c. fect.* 8. *t.* 3. *f.* 1. *C. Bauh. l. c. I. Bauh. l. c. Tabern. l. c.*

Germ. Canarifches Glanzgras.

Ad vias, fimeta inque locis cultis Auftriae (*Hoft*).

Annua. Flor. aeftate.

Radix fibrofa, vnicum aut plures culmos proferens. Culmi fefquipedales, bipedales, erecti, teretes vel fubcompreffi, ftriati, fcabriufculi, vltra medium plerumque foliofi. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, fcabra. Vaginae ftriatae, fcabriufculae, laxae: duabus fuperioribus inflatis, apice conftrictis. Ligula exferta, obtufiufcula. Panicula fubfpicata, ouata vel oblongo-ouata, obtufa, compacta. Rachis vna cum ramis angulata, fcabriufcula. Flofculi obouati, compreffi, externe conuexi, interne concauiufculi. Glumae calicinae corolla duplo fere maiores, fubaequales, nauiculares, albidae, neruis tribus viridibus percurfae, latere exteriori praecipue pilis breuibus infperfae, inferne attenuatae, ad fuperiorem carinae partem membrana auctae. Corolla duplex: exterior e glumis compofita duabus, fubaequalibus, lanceolatis, acutis, compreffis, carinatis, vninerulbus, fuperiori parte obfolete pubefcentibus; interior exteriori duplo fere maior, pariter biglumis, oblongo-ouata, cartilaginea, gluma exteriori acutiufcula, apicem verfus compreffa, obfolete quinquenernis, fericeo-villofa; interiori paulo minori, anguftiori, magis compreffa, apice bi-, rarius trifida, pilis paucioribus veftita. Semen, vt in fequentibus, corolla interiori cartilaginea corticatum.

Corolla interior, femen maturum incruftans, colore variat grifeo vel fufcefcente.

2. PHALARIS *aquatica*, panicula ſubſpicata oblonga, glumis calicinis nauicularibus apice denticulatis, corolla exteriori vniualui.

Phalaris aquatica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 326. *Hoſt. Gram.* 2. p. 29. *Aiton. Kew.* 1. p. 56. *Amoen. Academ.* 4. p. 264.

Phalaris minor. *Retz. Obſ.* 3. p. 8.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 39.

Germ. Waſſer-Glanzgras.
In Litorali inter Flumen et Lauranam (*Hoſt*).
Annua. Flor. Maio, Iunio.
Radix fibroſa. Culmi ſeſquipedales, erecti, ſaepe ad vnum alterumue geniculum, vt in praecedente, infracti, teretes ſubinde ſubcompreſſi, ſtriati, glabri, ſimplices vel ramoſi, vltra medium folioſi. Folia linearia, acuta, plana, varie flexa et magis vel minus ſcabra. Vaginae ſtriatae, ſcabriuſculae, laxae. Ligula exſerta, oblongo-ouata, acutiuſcula. Panicula ſubſpicata, oblonga vel ex oblongo cilindracea, obtuſa, compacta. Rachis, vt rami, angulata atque ſcabriuſcula. Floſculi oblongo-obouati, compreſſi, antice conuexi, poſtice concaui. Glumae calicinae ſubaequales, nauiculares, acutae, albidae, neruis tribus viridibus, vt in *canarienſi*, diſtinctae, ſuperne ad carinam membrana denticulata auctae, inferne attenuatae, nudae aut parum ciliatae. Corolla exterior vniualuis, minima, lineari-lanceolata, acuta; interior calice duplo minor, cartilaginea, biualuis, valvula exteriori ouata, acuta, compreſſa, quinquenerui, pilis appreſſis pubeſcente; interiori minori, magis compreſſa, carina ciliata.
Floſculi inferiores ſubinde ſteriles.
Barrelieri et *Buxbaumii* ſynonymum, a *Linnaeo* allatum, ad aliam plantam pertinere videtur.

3. PHALARIS *paradoxa*, panicula ſubſpicata cilindracea: ramorum floſculo intermedio hermaphrodito acuminato, reliquis imperfectis praemorſis.

Phalaris paradoxa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 329. *Hoſt. Gram.* 2. p. 30. *Koel. Gram.* p. 43. *Aiton. Kew.* 1. p. 85. *Schreb. Gram.* 1. p. 93.

Gramen phalaroides ſpica breui reclinata ex vtriculo prodeunte. *Pluk. Phyt.*

Gramen phalaroides luſitanicum. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 40. *Pluk. l. c. t.* 33. *f.* 5.
Schreb. l. c. t. 12. *Moris. l. c. t.* 3. *f.* 6.

Germ. Abgenagtes Glanzgras.

In cultis, ad ſepes Iſtriae prope Umago, Ravigno, Pola alibique (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi ſeſquipedales, erecti toti aut geniculis tantum infracti, teretes, ſtriati, ſcabriuſculi, fere vsque ad apicem vaginis foliorum incluſi. Folia linearia, acuminata, plana, ſubinde obliqua, modo vbique, modo margine tantum ſcabra. Vaginae ſtriatae, ſcabrae: ſuperioribus duabus ſubinflatis. Ligula exſerta, ouata, acutiuſcula. dein fiſſa. Panicula ſubſpicata, cilindracea, obtuſa, compacta. Rachis cum ramis angulata atque ſcabra. Floſculi ſexu et forma varii. Paniculae faſciculi ſ. rami 5 ad 7 floſculos compresſos continentes, quorum medius hermaphroditus et maior, 2 vel 3 poſteriores hermaphrodito conformes, ſed paulo minores et corolla genitalibusque deſtituti, reliqui ſ. anteriores duplo minores, praemorſi et pariter ſteriles. Subinde adhuc ſuperior paniculae pars ex floſculis lanceolato-acuminatis, neutris, vno alteroue hermaphrodito immixtis, compoſita reperitur. Floſculi perfecti ſ. hermaphroditi glumae calicinae ſubaequales, acuminatae, latere anteriori conuexiuſculae, interiori concauae, 5-7neruis diſtinctae, carina ſcabrae, infra carinae medium membrana parua, albida, ſaepius ciliata auctae. Corolla duplex: exterior e glumis duabus, minimis, interiori multo maiori ſubiectis; interior pariter biglumis, glumis ouatis, acutiuſculis, compreſſis, gluma exteriori obſolete quinquenerui et piſis ſparſis obſeſſa, interiori paulo minori, ad ſuperiorem carinae partem ciliata.

4. PHALARIS *arundinacea*, panicula patente glomerata.

Phalaris arundinacea. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 80. *Hoſt. Gram.* 2. p. 25. *Koel. Gram.* p. 45. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1.

p. 67. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 30. *Pollich. Palat.* n. 55. *Leers. Herborn.* n. 49. — *Flor. Dan.* *Ehrh. Gram.*

Arundo colorata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 457. *Smith. Britan.* 1. p. 147.

Baldingera colorata. *Flor. Wetter.* n. 99.

Typhoides arundinacea. *Mönch. Meth.* p. 201.

Arundo locuſtis vnifloris faſciculatis, imbricatis, glumis floralibus nitentibus, ſubhirſutis. *Hall. Helv.* n. 1524.

Gramen aquaticum paniculatum, Phalaridis ſemine. *Scheuchz. Agroſt.* p. 126.

Gramen harundinaceum maius, Tabern. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 480. c. ic.

Gramen arundinaceum Calamagroſtis dictum, ſpica multiplici. *C. Bauh. Theatr.* p. 92. c. ic.

Gramen harundinaceum maius. *Tabern. Kräuterb.* p. 525. c. ic.

Ic. *Noſtr. t.* 6. *f.* 5.
Hoſt. l. c. t. 33.
Schkuhr. l. c. t. 9.
Flor. Dan. t. 259.
Leers. l. c. t. 7. *f.* 3.
Scheuchz. l. c. t. 3. *f.* 4.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Tabern. l. c.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 51.

β. Foliis variegatis.

Phalaris arundinacea picta. *Linn. Spec. Plant.* l. c. β.

Arundo colorata. *Spec. Plant. ed. Willd.* l. c. β. *Smith. Britan.* l. c. γ.

Gramen paniculatum aquaticum Phalaridis ſemine, folio variegato. *Scheuchz. Agroſt.* p. 127.

Gramen panicula toroſa folio variegato, ſtriatum. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen ſtriis pictum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 476. c. ic.

Gramen paniculatum folio variegato. *C. Bauh. Theatr.* p. 37. c. ic.

Ic. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 6. *f.* 43.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.

γ. Floribus viuiparis.

Leers. Herborn. l. c.

Germ. Rohrblättriges Glanzgras.

Ad ripas fluuiorum, lacuum, alibique in locis humidis. Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens. Culmi plures, bi-quadripedales, erecti, firmi, teretes, ſtricti, glabri, ad medium et vltra foliosi. Folia lanceolato-linearia, acuminata, plana, margine et ſuperiori dorſi parte magis vel minus ſcabra, ex glauco-viridia; in β. variegata. Vaginae culmum arcte includentes, teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula obtuſa, breuis, in vaginis inferioribus et faſciculorum paulo longior. Panicula elongata, acuta, ramoſiſſima, erecta vel apice tantum nutans; ſub antheſi patens, in ſpicam contracta ante et poſt antheſin. Rachis ſtriata, ſcabra; inferne ſubteres, ſuperne angulata. Rami ramuloſi, hiſpidi: ſuperioribus ſenſim minoribus et paucioribus. Floſculi glomerati, ſecundi, ouato-lanceolati, acuti, compreſſi. Glumae calicinae ſubaequales, ouato-lanceolatae, acutae, neruis tribus ſcabris percurſae, virides totae vel ex purpureo et viridi variae. Corolla duplex, vtraque biualuis: exterior e glumis duabus, exiguis, linearibus, baſi nudis et gibbis, reliqua parte pilis erectis, niueis obſeſſis. Corolla interior calice minor, cartilaginea, nitida: gluma exteriori glumae calicinae conformi, apice bifida, pilis breuibus inſperſa; interiori anguſtiori, minus piloſa.

Corolla duplici et ſemine corolla interiori corticato noſtrum gramen a Phalaridis genere haud commode disiungitur. Pili, corollam Arundinum cingentes, proprie deſunt; nec ſemen, vt in illo genere, liberum et corolla membranacea tectum, ſed corolla cartilaginea corticatum. Neque etiam vlla nos neceſſitas cogit, vt illud pro diſtincto genere habeamus.

42. PHLEVM.

Cal. biualuis, vniflorus, valuulis ſubaequalibus, mucronato-ſubariſtatis. *Cor.* biualuis, mutica, calice incluſa. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. PHLEVM *pratenſe*, racemo ſpicato cilindraceo, calicibus truncatis mucronato-ariſtatis carina ciliatis: ariſtis calice breuioribus.

α. Culmis altioribus, racemo ſpicato longiori. Phleum pratenſe. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 354. *Koel. Gram.* p. 48. *Smith. Britan.* 1. p. 68. α. *Roth. Germ.*

T. 2. P. 1. p. 75. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 33. *Pollich. Palat.* n. 62. *Leers. Herborn.* n. 46. *Schreb. Gram.* 1. p. 102. α. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Ehrh. Gram.*

Phleum caule erecto, ſpicis cylindricis longiſſimis, glumis calicinis oblique truncatis. *Hall. Helv.* n. 1528.

Gramen cum cauda muris maioris longa maius. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 472. c. ic.

Gramen typhoides maximum ſpica longiſſima. *C. Bauh. Theatr.* p. 49. c. ic. *Ejusd. Prodr.* p. 10. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3. *Scheuchz. Agroſt.* p. 60.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1076.
Mart. l. c. t. 5.
Schkuhr. l. c. t. 10.
Schreb. l. c. t. 14.
Leers. l. c. t. 3. *f.* 1.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 4. *f.* 1.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. Theatr. l. c.
Ejusd. Prodr. l. c.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 32.

β. Culmis humilioribus, racemo ſpicato breuiori.

Phleum pratenſe. *Smith.* l. c. γ. *Schreb.* l. c. δ.

Phleum nodoſum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 355. *Koel. Gram.* p. 50. *Gärtn. Fruct.* 1. p. 11. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 76. *Pollich. Palat.* n. 63. *Leers. Herborn.* n. 47. — *Flor. Dan.*

Phleum caule imo bulboſo, declinante, glumis calicinis oblique truncatis. *Hall. Helv.* n. 1530.

Gramen typhinum pratenſe tuberoſum ſpica aſperum. *Barrel. Ic.*

Gramen typhoides minus nodoſum. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen typhoides aſperum alterum. *C. Bauh. Theatr.* p. 52. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 62.

Ic. *Gärtn. l. c. t.* 1.
Leers. l. c. t. 3. *f.* 2.
Flor. Dan. t. 380.
Barrel. l. c. t. 22. *f.* 1.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 4. *f.* 3.
C. Bauh. l. c.

Germ. Wieſen-Lieſchgras.

In pratis et paſcuis humidis; β. in locis ſterilibus, arenoſis, et ad vias.

Perennis. Flor. a Maio ad autumni initium.

Radix fibroſa, plures culmos et foliorum faſciculos ſuſtinens. Culmi inferne bulbi in modum magis vel minus incraſſati, bi-tripedales altioresue, erecti,

teretes, ſtriati, glabri, ſimplices, ſubinde ramoſi. Folia linearia, acuta, plana, ad oras ſcabra, ſaepe obliqua. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula exſerta, obtuſa, dein fiſſa. Racemus ſpicatus, viridis, cilindraceus, obtuſus, 3-4uncialis et longior. Rachis angulata, glabra vel ſcabriuſcula. Floſculi, vt in ſequentibus, compreſſi. Pedicelli breuiſſimi, 1-, rarius 2-3flori. Glumae calicinae ſuperne paulo latiores, truncatae, trinerues, neruo carinali in mucronem ariſtaeformem, gluma ſua duplo breuiorem, ſubdiuaricatum exeunte, dorſo punctatae et pilis breviſſimis, appreſſis inſperſae, marginem verſus albidae et diaphanae, carina ciliatae, pilis inaequalibus, patentibus, plerumque ſimplicibus. Corolla calice duplo fere minor, inaequalis; gluma exterior maior, quinqueneruis, obtuſa, crenulata; interior paulo minor, apice bifida. Semen, vt in congeneribus, liberum et corolla membranacea tectum.

In β. culmi humiliores, baſi magis bulboſi, geniculis inferioribus plerumque procumbentibus; racemi breviores, ex purpuraſcente virides.

Variat inſuper 1. Floribus viuiparis; 2. Spica ramoſa et 3. Foliis vaginisque inferioribus ſubuilloſis.

2. PHLEVM *alpinum*, racemo ſpicato ouato-oblongo, calicibus truncatis mucronato-ariſtatis carina ciliatis, ariſtis calicem aequantibus.

Phleum alpinum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 355. *Koel. Gram.* p. 55. *Smith. Britan.* 1. p. 69. *Hänk. Sudet.* p. 64. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 77. *Krock. Sileſ.* n. 100. *Scop. Carn.* n. 75. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Hopp. Plant. Alp.*

Phleum pratenſe. *Schreb. Gram.* 1. p. 103. α.

Phleum Gerardi. *Schleich. Plant. Rar.*

Phleum ſpicis ouatis, hirſutis, locuſtis longe bicornibus. *Hall. Helv.* n. 1529.

Gramen typhoides alpinum, ſpica breui, denſa et veluti villoſa. *Scheuchz. Agroſt.* p. 64. *Ejusd. Prodr.* p. 17.

Ic. *Engl. Bot. t.* 519. — *Krock. l. c. t.* 20. *a.*
Flor. Dan. t. 213. — *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 3.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 7. — *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Alpen-Liefchgras.

In pratis alpinis et fubalpinis Circul. Auftriaci (*Jacquin*, *Scopoli*, *Hoft*), Princip. Salisburgenfis et Berchtesgadenfis, Bavariae (*Schrank*), Silefiae (*Krocker*, *Hänke*).

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguftum.

Simillimum praecedenti, imprimis variet. β., vt primo afpectu pro eius varietate habere poffis. Differt autem radice fubrepente; culmis faepe folitariis et ad genicula, imprimis inferiora, infractis; vaginis fuperioribus laxis, fubinflatis; racemo breuiori, ouato vel ouato-oblongo, quandoque fubrotundo, magis hirfuto; flofculis maioribus; glumis calicinis longius ciliatis; ariftis glumarum fere longitudine.

Spicae femper fere ex purpurafcente virides; culmi altitudo femipedalis aut pedalis, rarius culmi humiliores vel altiores occurrunt.

3. PHLEVM *afperum*, panicula fubfpicata cilindracea, glumis calicinis cuneiformibus mucronatis fcabris.

Phleum afperum. *Jacq. Collect.* 1. p. 110. *Ejusd. Ic. Rar.* 1. *Villars. Delph.* 2. p. 61. (excl. plur. fyn.) *Koel. Gram.* p. 54.

Phleum paniculatum. *Smith. Britan.* 1. p. 70. — *Engl. Bot.*

Phleum ventricofum. *Mönch. Meth.* p. 177.

Phleum viride. *Allion. Pedem.* n. 2133. — *Schleich. Plant. Rar.*

Phalaris afpera. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 328. *Hoft. Gram.* 2. p. 28. *Vahl. Symb.* 3. p. 9. *Retz. Obf.* 4. p. 14.

Phalaris paniculata. *Aiton. Kew.* 1. p. 87.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 37. *Jacq. Ic. t.* 14.
Engl. Bot. t. 1077. *Villars. l. c. t.* 2. *f.* 4.

Exf. *Schleich. Cent.* 1. n. 4.

Germ. Scharfes Liefchgras.

In agris, collibus, ficcis Iftriae (*Hoft*), Franconiae prope Erlangam (*Schweigger*), Swinefurtum (*Wolff*), Werthemum (*Wibel*) — prope Moguntiam (*Koeler*) et Gottingam (*Ehrhart*).

Annua. Flor. Iulio, Augusto.

Radix fibrosa. Culmi plures in cespitem coniuncti, semipedales, subinde paulo altiores; basi attenuati, teretes, laeues, glaberrimi, simplices et ramosi, vltra medium fere foliosi, adultiori aetate magis nudi. Folia quam in congeneribus breuiora, erecta, lineari-lanceolata, acuta, plana, ad oras et supremam dorsi partem scabra. Vaginae teretes, striatae, glabrae aut scabriusculae: superiori subinflata. Ligula exserta, obtusa. Panicula subspicata, cilindracea acutiuscula, subcompressa, rigida, scabra, virescens. Rachis parum flexuosa. Rami cum rachi angulati atque scabri. Glumae calicinae corolla duplo maiores, fere aequales, cuneiformes, trineruès, scabrae, marginem versus parum membranaceae, superiori parte angulatae et apice rotundato in mucronem breuem exeuntes. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, obtusa, trinervis, ad lentem pilis breuissimis stipata; interior paulo minor et angustior, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Culmi, quamuis rarius, solitarii et multo minores reperiuntur. — Folia etiam quandoque odorata.

Gramen typhoides asperum primum. *C. Bauh. Theatr.* p. 51. a pluribus huc relatum, potius ad *Phl. Boehmeri* spectat. Gramen *Scheuchz. Agrost.* p. 61. et Gramen typhinum paniceum vtriculatum amplo vtriculo. *Barrel. Ic.* t. 28. f. 2., etiam pro nostri graminis synonymis habita, dubia mihi videntur.

4. PHLEVM *Boehmeri*, panicula subspicata cilindracea, glumis calicinis lanceolatis obtusis submucronatis scabriusculis.

Phleum Boehmeri. *Wib. Werthem.* p. 125.

Phleum phalaroides. *Koel. Gram.* p. 52.

Phleum glabrum. *Bernh. Erford.* p. 38.

Phalaris phleoides. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 328. (excl. plur. synon.) *Host. Gram.* 2. p. 26. *Smith. Britan.* 1. p. 63. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 67. *Pollich. Palat.* n. 54. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Schleich. Plant. Rar. Ehrh. Phyt.*

Gramen typhinum ſpica conoide ſtriata culmo violaceo. *Barrel. Ic.* (ſec. Smithium).

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 54. *Flor. Dan. t.* 531.
Engl. Bot. t. 459. *Barrel. l. c. t.* 21. *f.* 1.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 7. *Ehrh. l. c.* n. 61.

Germ. Boehmerſches Lieſchgras.

In pratis, pomariis, collibus, inque locis ſterilibus et arenoſis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi plures, baſi bulbi in modum incraſſati, pedales, ſeſquipedales, erecti toti aut geniculo vno alteroue tantum infracti, teretes, laeues, glaberrimi, ſimplices, ſaepe purpuraſcentes. Folia linearia, acuta, plana, ad oras et dorſo apicem verſus ſcabra, quandoque vna cum vaginis glauceſcentia. Vaginae teretes, ſtriatae, glabriuſculae: ſuperiori ſubinflata. Ligula truncata, vix exſerta. Panicula ſubſpicata, cilindracea, vtrinque attennata, viridis aut ex viridi et purpuraſcente varia. Rachis, vt rami, angulata et ſcabriuſcula. Rami breues, ſubdiuiſi. Glumae calicinae ſubaequales, lanceolatae, apice oblique truncato in mucronem breuem attenuatae, trinerues, marginem verſus albidae et diaphanae. Corolla calice duplo fere minor; gluma exterior ouato-lanceolata, obtuſa, quinquenerуis, nuda aut pilis breviſſimis tantum inſperſa; interior paulo minor, anguſtior, acuta, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Calices plus minus ſcabri ſunt, ſaepe vero carina euidenter ciliati apparent. — In ſolo fertiliori culmi ad baſin minus bulboſi, altiores, panicula longior et paniculae rami magis diuiſi.

Variat floribus viuiparis.

5. PHLEVM *Michelii*, panicula ſubſpicata cilindracea, glumis calicinis lanceolatis acuminatis carina ciliatis.

Phleum Michelii. *Allion. Pedem.* n. 2138.

Phalaris alpina. *Haenk. in Jacq. Collect.* 2. p. 91. *Hoſt. Gram.* 2. p. 26. *Willd. in Nov. Act. Soc. Amic. H. N. Berol.* 3. p. 414. — *Hopp. Plant. Alp.*

Phleum fpicis paniculatis, hirfutis, calycibus lanceolatis. *Hall. Helv.* n. 1532.

Gramen Typhoides, alpinum, fpica graciliori, delicata et villofa. *Scheuchz. Agroft.* p. 65.

Gramen typhinum iunceum perenne. *Barrel. Ic.*

Gramen caudae muris purpurafcenti aliquantum fimile. *I. Bauh. Hift.* p. 473.

Ic. *Noftr. t.* 1. *f.* 2. *Barrel. l. c. t.* 21. *f.* 2. *Hoft. l. c. t.* 35.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Michelifches Liefchgras.

In pratis alpinis et fubalpinis Circul. Auftriaci (*Hänke, Hoft*), Princip. Salisburgenfis (*Flörke*), Bavariae (*Düval*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fubrepens, plures culmos et denfum foliorum fafciculum fuftinens. Culmi pedales circiter, erecti aut geniculis inferioribus infracti, graciles, teretes, laeves, glaberrimi, vltra medium foliofi. Folia linearia, acuta, plana, margine fcabra, vaginis ftriatis, glabris, laxiufculis, imprimis folii fuperioris. Ligula exferta, obtufa. Panicula fubfpicata, cilindracea, vtrinque attenuata, bafi fubinde interrupta. Rachis vna cum ramis angulata et fcabriufcula. Rami, vt in praecedente, breues. Glumae calicinae corolla duplo maiores, fubaequales, lanceolatae, apice fenfim in acumen breue definentes, purpurafcentes totae vel ex purpurafcente et viridi variae, trineraes, carina ciliatae et infuper etiam plerumque fecundum neruos laterales pilis breuioribus ftipatae. Glumae corollinae pilis breuibus appreffis tectae: exterior ouato-lanceolata, obtufiufcula, quinqueneruis; interior minor, ouata, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiffime ciliata, plerumque ad bafin proceffu paruo ariftaeformi, dorfo appreffo inftructa.

A *Phleo Boehmeri*, cui habitu haud disfimilis, radice, culmis nunquam ad bafin bulbi in modum incrasfatis, glumarum calicinarum forma aliisque notis fatis differt.

Villarsius (*Delph.* 2. p. 60.) ſub *Phleo phalaroideo* noſtrum gramen cum praecedente ſpecie confundere videtur.

6. PHLEVM *arenarium*, panicula ſubſpicata oblongo-obouata, glumis calicinis lanceolatis acutis carina ciliatis, culmis adſcendentibus.

Phleum arenarium. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 88. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 77. — *Flor. Dan.*

Phalaris arenaria. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 328. *Koel. Gram.* p. 42. *Smith: Britan.* 1. p. 62. *Hudſ. Angl.* ed. 2. p. 23. — *Engl. Bot.*

Gramen typhinum maritimum minus. *Scheuchz. Agroſt.* p. 63. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 222. *Pluk. l. c. t.* 33. *f.* 8.
Flor. Dan. t. 915.

Germ. Sand-Lieſchgras.

In maritimis, arenoſis Palatinatus (*Koch*), Dynaſtiae Ieveranae et Duc. Bremenſis (*Roth*), Holſatiae (*Weber*), Duc. Megapolitani (*Timm*) — prope Havelberg (*Ioachimi*) — Sileſiae (*Krocker*), Bohemiae (*Schmidt*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi plures, longitudine varii, adſcendentes, ſimplices et ramoſi ſimplicibus immixti, teretes, laeues, glaberrimi, vsque ad apicem fere folioſi. Folia breuia, lineari-lanceolata, acuta, plana, glauceſcentia, ad oras ſcabra, vaginis omnibus inflatis, ſtriatis, glabris. Ligula exſerta, obtuſa. Panicula ſubſpicata, oblongo-obouata, rarius cilindracea, obtuſa. Rachis anguiata, pubeſcens. Rami breues, ſubdiuiſi, ſcabri. Floſculi fere praecedentis, ſed glumae calicinae minus acuminatae et carina margineque tantum ciliatae. Gluma corollina exterior apice denticulata aut crenulata. — Floſculorum color plerumque albidus, carina vireſcente.

Variat culmis purpuraſcentibus.

7. PHLEVM *Gerardi*, racemo ſpicato ſubrotundo, glumis calicinis lanceolatis acuminatis villoſis.

Phleum Gerardi. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 355. *Jacq. Ic. Rar.* 2. *Allion. Pedem.* n. 2135.

Phleum capitatum. *Scop. Carn.* n. 79.

Alopecurus Gerardi. *Villars. Delph.* 2. p. 66.

Phleum ſpica ſubrotunda, glumis ciliatis, caule ſimplici, foliorum vaginis ventricoſis. *Gerard. Prov.* p. 78.

Gramen montanum ſpicatum, tuberoſa radice. *Tournef. Inſt.* p. 519.

Ic. *Jacq. l. c. t.* 301. *Villars. l. c. t.* 2. *f.* 6. mala.

Germ. Gerardiſches Lieſchgras.

In ſummis alpibus Styriae, Carnioliae et Carinthiae (*Scopoli, Wulfen, Hoppe*).

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix primi et ſecundi anni tantum ceſpitem, e fibris conſtructum, conſtituens, adultiori aetate bulbi in modum incraſſata, ligneſcens et transuerſalis, tuncque annuatim plures culmos et foliorum faſciculos effundens. Culmi erecti vel baſi inclinati, teretes, ſtriati, glabri, ſimplices: florentes 3-8unciales et ad ſpicae exortum fere foliorum vaginis incluſi; fructiferi altiores et ſuperiori parte magis nudi. Folia acuta, ad oras ſcabra, apicem verſus carinata: culmea breuia, latiuſcula; faſciculorum multo longiora anguſtioraque. Vaginae ſtriatae, glabrae, ſuperioribus imprimis inflatis. Ligula breuiſſima, truncata, crenulata. Racemus ſpicatus ſubrotundus vel ex ouato ſubrotundus, compactus, rachi breui, angulata, glabriuſcula. Floſculi pedicellis breuibus inſidentes. Glumae calicinae ſubaequales, lanceolatae, in acumen longum, ariſtaeforme attenuatae, albidae, et vt corolla, nitidae, neruis tribus viridibus diſtinctae, tota ſuperficie, imprimis vero carina, pilis albis veſtitae. Corolla calice, proceſſu terminali ariſtaeformi demto, parum minor; gluma exteriori oblonga, truncata, apice tenuiſſime denticulata, e dorſo baſin verſus ariſtam emittente gluma ſua iam breuiorem iam longiorem, ceterum nuda aut pilis breuiſſimis tantum inſperſa. Gluma interior exteriorem ſubaequans, ſed longe anguſtior, lanceolata, acuminata, carina ad lentem obſolete ciliata.

Glumam corollinam minorem, etiam a *JACQVINO* depictam, et ipſe in omnibus, quotquot examinaui, floſculis obſeruaui; hinc cum Alopecuro, ad quem a *VILLARSIO* refertur, coniungi nequit. — *JACQUINI* icon l. c. data plantam cultam repraeſentare videtur, deſideratur quoque ariſta, e petali exterioris dorſo prouemiens.

8. PHLEVM *tenue*, panicula ſubſpicata cilindracea, glumis calicinis oblongo-ellipticis mucronulatis ſcabriuſculis.

Phalaris tenuis. *Hoſt. Gram.* 2. p. 27.

Phalaris Bellardi. *Willd. in Nov. Act. Soc. Amic. H. N. Berol.* 3. p. 415.

Phalaris bulboſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 327. (excl. ſyn. Cavanill. Roy. Raj. et Scheuchz.) *Bellard. in Act. Turin.* 5. p. 213. *Amoen. Academ.* 4. p. 264. (fide Willdenowii).

Gramen typhinum longiſſima ſpica phalaridis molli albicante. *Barrel. Ic.*

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 36. *Barrel. l. c. t.* 14. *f.* 1.

Germ. Zartes Lieſchgras.

In graminoſis, ad vias, vineas Iſtriae prope Umago, Rovigno, Parenzo, Pola alibique (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi 3-6unciales, etiam pedales, erecti aut geniculis inferioribus tantum infracti, graciles, teretes, laeues, glaberrimi, ſaepius ramoſi, vix vltra medium folioſi. Folia linearia, acuta, ſcabra, erecto-patentia, primo carinata, dein plana. Vaginae ſtriatae, ſcabriuſculae, quandoque etiam glabrae: ſuperioribus ſubinflatis. Ligula exſerta, acutiuſcula. Panicula ſubſpicata, cilindracea, tenuis, obtuſiuſcula. Rachis ſubteres, parum ſcabra. Rami breues, parum diuiſi, ſubangulati, ſcabriuſculi. Calices ſubaequales, elliptici. Glumae calicinae ſingulae oblongo-ellipticae, apice mucronulatae, ſcabriuſculae, trineruies, carina ad lentem viſae hiſpidulae, vireſcentes, verſus marginem interiorem albae. Corolla calice duplo fere minor, gluma exteriori ouata, apice truncata et dentata, ſeptemnerui, pilis breuiſſimis ſparſis obſeſſa;

interiori paulo minori, ouato-lanceolata, acuta, apice bifida, ad flexurae angulos imprimis fcabra.

In folo fertiliori culmi magis ramofi et vaginae euidentius inflatae. — *Phalaris bulbofa* CAVAN. *Ic.* 1. p. 36. t. 64. maiori iure, vt recte iam monuit *WILLDENOWIUS*, meretur nomen triuiale, quam noftra planta.

Conftituto charactere Phalaridis et Phlei, pro vnico et certiori vtriusque generis habendo, nifi ea, quod omnino reprehendendum effet, in vnum genus coniungere velis, *Phalaridem arenariam* Phleo reftituere neceffe erat. Etiam *Phleum Michelii*, ob nimiam affinitatem cum *Phl. Boehmeri*, Phalaridi adnumerari haud poffe, cuique, facta comparatione, facile patebit; faltem vtraque fpecies, vel fecundum characterem Linnaeanum, maiori iure Phleo adiungenda, quam *Phleum Gerardi*. *Phleum* quidem *tenue* habitu potius Phalaridi, quam Phleo conuenit; verum ob corollam fimplicem et femen liberum, nec corolla interiori corticatum, Phalaridis generi adfcribi haud poterat.

43. POLYPOGON Desfont.

Desfont. Atlant. 1. p. 66.

Cal. biualuis, vniflorus, valuulis fubaequalibus, compreffis, apice ariftatis. *Cor.* biualuis, calice inclufa, valuula exteriori arifta terminata. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. POLYPOGON *monfpelienfis*, panicula coarctata.

Polypogon monfpelienfe. *Desfont. Atlant.* 1. p. 66.

Santia plumofa. *Savi in Memoir. di Matemat. et Fific. d. Societ. Italin.* T. 8. P. 2. p. 479.

Agroftis panicea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 363.

Phleum monfpelienfe. *Koel. Gram.* p. 57. (excl. plur. fynon.)

Phleum crinitum. *Schreb. Gram.* 1. p. 151. *Smith. Britan.* 1. p. 71.

Agroftis panicula oblonga, calicibus aequalibus, terminatis ariftis longis, rectis. *Gerard. Prov.* p. 80.

α. Panicula maiori.

Alopecurus monſpelienſis. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 89.

Phleum crinitum. *Schreb.* l. c. α. *Smith.* l. c. α.

Alopecuros maxima anglica paludoſa. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen alopecurum maius ſpica vireſcente diuulſa pilis longioribus. *Barrel. Ic.* *Scheuchz. Agroſt.* p. 155.

Ic. *Schreb. l. c. t.* 20. *f.* 3. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 3. *Barrel. l. c. t.* 115. *f.* 2.

β. Panicula minori, minus diuiſa.

Polypogon monſpelienſe. *Desfont.* l. c. A.

Alopecurus paniceus. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 90.

Phleum crinitum. *Schreb.* l. c. β. *Smith.* l. c. β.

Gramen alopecurum minus ſpica vireſcente diuulſa. *Barrel. Ic.*

Gramen alopecuros minus ſpica longiore. *Scheuchz. Agroſt.* p. 154.

Ic. *Barrel. l. c. t.* 115. *f.* 1.

Germ. Franzöſiſches Bürſtengras.

In agro Tergeſtino (*Hoſt*).

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa. Culmi plures, pedales et ſubinde pede altiores, graciles, erectiuſculi, teretes, laeues, ſimplices. Folia horizontaliter patentia, linearia, acuta, plana, rigidula, modo vbique, modo margine tantum ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, laxiuſculae, glabrae aut parum ſcabrae, ligula oblonga, obtuſa, pilis breviſſimis inſperſa, primo denticulata, dein lacera. Panicula coarctata, erecta, vireſcens, in plures faſciculos ſ. ramos diuiſa. Rachis ſcabra; inferne ſemiteres, ſuperne, vt rami, angulata. Rami inaequales, ramuloſi, conferti, alterni et in ſemiuerticillos diſpoſiti, angulati; ſub antheſi patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Floſculi compreſſi, ſubſeſſiles vel pedicellis breuibus, incraſſatis ſuffulti. Glumae calicinae corolla duplo fere maiores, ſubaequales, lineari-lanceolatae, obtuſae, pilis breuiſſimis, rigidulis, vt pedicelli, exaſperatae, albidae, neruo carinali viridi, paulo infra apicem in ariſtam tenuem, longiſſimam exeunte. Corolla glabra, nitida; gluma

exterior oblongo-ouata, ſub apice obtuſo et denticulato ariſta breui, vix calicem excedente, inſtructa; interior gluma paulo minor, mutica, apice bifida, margine vtrinque inflexa. Semen liberum, corolla tectum.

β. in omnibus plerumque minor et panicula denſior et minus lobata.

44. MILIVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 110. Iuſſ. Gen. p. 29. Vent. Tabl. 2. p. 98.

Cal. biualuis, vniflorus, ventricoſus. *Cor.* bivaluis, calice incluſa, valuula maiori ſub apice ariſtata, rarius mutica. *Sem.* corolla corticatum.

1. MILIVM *lendigerum*, panicula ſubſpicata, floribus ariſtatis.

Milium lendigerum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 359. *Koel. Gram.* p. 64. *Smith. Britan.* 1. p. 76. *Vahl. Symb.* 2. p. 18. *Schreb. Gram.* 2. p. 14. — *Engl. Bot.*

Agroſtis auſtralis. *Linn. Mant.* 1. p. 30.

Agroſtis ventricoſa. *Gouan. Hort.* p. 39.

Gramen ſerotinum, aruenſe, panicula contracta, pyramidali. *Scheuchz. Agroſt.* p. 148.

Gramen Alopecuro accedens, ex culmi geniculis ſpicas cum petiolis longiuſculis promens. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 1107. *Gouan. l. c. t.* 1. *f.* 2.
Schreb. l. c. t. 23. *f.* 3. *Pluk. l. c. t.* 33. *f.* 6.

Germ. Aehrentragendes Hirſegras.

In Iſtria ad ſepes, vias, in pratis (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi erecti aut baſi tantum procumbentes, laeues, glaberrimi, rarius ſimplices, plerumque ex geniculis inferioribus radices agentes; alii bi-triunciales, alii ſemipedales, plures altiores. Folia anguſta, linearia, acuminata, ſcabra, erecto-patentia. Vaginae ſtriatae, glabrae: ſuperiori lon-

giſſima, laxa, ſubuentricoſa. Ligula exſerta, longa; iuuenilis integra, adultior in plures lacinulas diuiſa. Panicula erecta, ſubſpicata, ex viridi argentea, pro culmorum altitudine vni- bi- vel triuncialis longitudinis. Rachis tenuis, angulata, glabriuſcula. Rami rachi appreſſi, breues, ramuloſi, angulati, ad angulos ſcabri. Floſculi exigui, lanceolati, ariſtati, baſi ventricoſi et laeuiſſimi, reliqua parte compreſſi. Glumae calicinae vninerues, carina ſcabrae: exteriori acutiori, interiorem minorem amplectente. Corolla calice triplo fere minor; gluma exterior ouata, concaua, villoſa aut pilis ſparſis tantum obſeſſa, infra apicem obtuſum et denticulatum ariſtam exſerens primo rectam, dein geniculatam ac tortilem, tenuiſſimam, longitudine ipſius glumae calicinae exterioris vel ea paulo longiorem; interior exteriori minor, mutica, baſi piloſa, apice bifida. Semen, vt in ſequentibus, corolla corticatum.

2. MILIVM *multiflorum*, panicula patente multiflora, floribus ariſtatis, gluma calicina exteriori quinquenerui.

Milium multiflorum. *Cavan. Demonſtr. Bot.*

Agroſtis miliacea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 363. *Koel. Gram.* p. 79. *Gouan. Illuſtr.* p. 3. — *Hopp. Herb.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 10.

Germ. Vielblüthiges Hirſegras.

In graminoſis prope Ratisbonam (*Hoppe*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa, paucos culmos atque foliorum faſciculos proferens. Culmi ſeſquipedales, bipedales altioresve, erecti, ſtriati, glabri, rigidi. Folia linearia, acuminata, rigidula, facie et margine imprimis ſcabra; primo erecta, dein horizontaliter patentia et plerumque obliqua. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, truncata. Panicula ſemipedalis, pedalis; ſub antheſi patens, erectiuſcula vel leuiter cernua; poſt antheſin contracta, ſecunda et plus minus cernua. Rachis inferiori parte teretiuſcula, glabra; ſuperiori parte, vt rami, flexuoſa, anguloſa atque ſcabra. Floſculi

ventricoſi, ariſtati. Rami plures, ramoſiſſimi, multiflori. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acuminatae, trinerues, glabrae, virides vel ex viridi et purpuraſcente variae: altera paulo minori. Corollinae cartilagineae, laeuiſſimae, nitidae: exteriori interiorem paulo anguſtiorem amplectente, apice ariſtata, ariſta calicem aequante, ſcabriuſcula, recta aut parum flexuoſa.

Vaginae et folia ſubinde glaucefcentes.

3. MILIVM *paradoxum*, panicula patente laxa pauciflora, floribus ariſtatis, gluma calicina vtraque trinerui.

Milium paradoxum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 360. *Scop. Carn.* n. 83. *Schreb. Gram.* 2. p. 50.

Agroſtis panicula patente, petalorum ariſta terminali recurua. *Gerard. Gallopr.* p. 81.

Gramen paniculatum, galloprouinciale, Aquilegiae ſemine. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Scop. l. c. t.* 1. mala. *Pluk. l. c. t.* 32. *f.* 2. *Schreb. l. c. t.* 28. *f.* 2.

Germ. Fremdartiges Hirſegras.

In ſiluis Carnioliae circa Idriam, prope viam regiam inter *Loitſch* et *Oberlaibach* (*Scopoli*), agri Fluminenſis in *Rezzine, Grohovo, Lopazza* (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iulio.

Radix fibroſa. Culmi bi-tripedales, erecti, aut geniculis inferioribus tantum infracti, ſtriati, glabri. Folia lineari-lanceolata, acuta, ad oras ſcabra, erecto-patentia. Vaginae ſtriatae, glabrae, cum foliis ſaepe glaucefcentes. Ligula breuiſſima, truncata, vtrinque ad vaginae exortum pilorum faſciculo barbata. Panicula ſemipedalis et vltra, laxa, apice nutans; ſub antheſi patens, in ſpicam contracta ante et poſt antheſin. Rachis flexuoſa, ſcabra; inferne ſemiteres, ſtriata; ſuperiori parte, aeque ac rami, angulata. Rami flexuoſi, ſcabri, binati aut ternati, in ramulos paucos diuiſi, baſi, inprimis inferiorum, pilis breuibus ſtipati. Floſculi omnium maximi, ventricoſi, ariſtati, ex viridi albidoque varii, nitidi. Glumae

calicinae ſubaequales, ouato-lanceolatae, acuminatae, ſuperiori parte compreſſae et ſecundum neruos ſcabrae: exteriori neruis quinque, interiori minori, neruis tribus diſtincta. Corolla calice duplo minor, cartilaginea, nitida; gluma exterior oblongo-lanceolata, concaua, primo pilis breuibus inſperſa, aetate nuda, apice in ariſtam longiſſimam, flexuoſam, ſcabriuſculam deſinens; interior exteriori anguſtior, mutica.

4. MILIVM *effuſum*, panicula diffuſa, floribus muticis.

Milium effuſum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 360. *Koel. Gram.* p. 66. *Smith. Britan.* 1. p. 75. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 34. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 79. *Pollich. Palat.* n. 67. *Leers. Herborn.* n. 50. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Milium paniculis raris, longiſſime petiolatis. *Hall. Helv.* n. 1525.

Gramen ſyluaticum et montanum, panicula miliacea, ſparſa. *Mont. Prodr.* p. 51.

Gramen ſyluaticum panicula miliacea ſparſa. *C. Bauh. Theatr.* p. 141. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3. *Scheuchz. Agroſt.* p. 133.

Gramen miliaceum. *Lob. Ic.* 1. p. 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1106.	*Mont. l. c. f.* 61.
Curt. l. c. faſc. 43.	*Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 6.
Flor. Dan. t. 1143.	*Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 5. *f.* 10.
Schkuhr. l. c. t. 11.	*C. Bauh. l. c.*
Leers. l. c. t. 8. *f.* 7.	*Lob. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 33.

Germ. Ausgebreitetes Hirſegras.

In nemoroſis, ſiluaticis.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix repens. Culmi plures, 2-4pedales, erecti, ſtriati, glabri. Folia lanceolata, acuta, ad oras ſcabra, dorſo et facie fere glabra: ſuperiora erecto-patentia; inferiora et faſciculorum apice plus minus nutantia. Vaginae teretes, obſolete ſtriatae, glabrae, ligula exſerta obtuſa, dein lacera. Panicula ſemipedalis, pedalis, laxa, multiflora; primo erecta, dein apice

nutans. Rachis inferne teres, glabra, ſuperiori parte flexuoſa, angulata, ſcabriuſcula. Rami ‑6 et plures, faſciculatim alternato ſitu e rachi egredientes, angulati, ſcabri, ſimplices et ramoſi; ſub antheſi horizontaliter patentes, poſt antheſin plerumque nutantes. Floſculi ouati, ventricoſi, mutici, virides toti vel ex viridi et purpuraſcente varii. Glumae omnes longitudine fere aequales, concauae: calicinae ouatae, obtuſae, trinerues, ſcabrae: altera paulo anguſtiori. Glumae corollinae oblongo-ouatae, acutiuſculae, cartilagineae, laeuiſſimae, enerues: altera ſ. interiori anguſtiori et paulo acutiori.

Cum praecedentibus conuenit culmis teretibus et foliis planis.

45. TRICHODIVM Michaux.

Michaux Flor. Bor. Americ. 1. p. 41.

Cal. biualuis, vniflorus. *Cor.* vniualuis, calice minor, ariſtata et baſi vno alteroue pilorum faſciculo ſtipata. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. TRICHODIVM *caninum*, paniculae ramis trichotomis hiſpidulis, ramulis diuergentibus flexuoſis, calicibus acutis, ariſta dorſali infra medium proueniente.

α. Floribus purpuraſcentibus, ariſta calicem excedente.

Agroſtis canina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 367. *Koel. Gram.* p. 84. *Smith. Britan.* 1. p. 78. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 81. *Pollich. Palat.* n. 70. *Leers. Herborn.* n. 52.

Avena monantha, panicula diffuſa, multiflora adſcendente, gluma calicina exaſperata. *Hall. Helv.* n. 1479.

Gramen paniculatum ſupinum, ad infima culmorum genicula foliorum capillarium faſciculis donatum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 141.

Ic. *Leers. l. c. t.* 4. *f.* 2. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 9. C.

β. Floribus e purpuraſcente et viridi variis, ariſta calicem excedente.

γ. Floribus ſtramineis, ariſta calicem excedente.

δ. Floribus purpuraſcentibus, ariſta calicem vix excedente.

ε. Floribus ſtramineis vel pallide flaueſcentibus, ariſta calicem vix excedente.

Agroſtis pallida. *Schkuhr. Handb.* 3. *Nachtr.* p. 1.

ζ. Floribus omnibus muticis.

Germ. Gemeines Straufsgras.

In pratis, pafcuis, pomariis, nemorofis; etiam vliginofis.

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix fubrepens aut repens, plures culmos ac foliorum fafciculos, et, folo commodo, ftolones quoque reptantes proferens. Culmi fefquipedales, bipedales, graciles, ftriati, geniculati, ex geniculis inferioribus, magis vel minus infractis, plerumque ramos, et faepe etiam fafciculum foliorum (qua nota iam primo afpectu facile ab *A. vulgari ariftata* dignofcitur) emittentes. Folia angufta, linearia, acuta, vtrinque et ad oras fcabra: fafciculorum fetacea. Vaginae ftriatae, glabrae. Ligula oblonga, obtufa, demum laciniata. Panicula fub anthefi patens, ramis trichotomis, dichotomis, ramulis diuergentibus, flexuofis; poft anthefin inaequaliter contracta. Rachis, vt rami, hifpidula. Glumae calicinae acutae; in aliis ouato-lanceolatae et minores, in aliis lanceolatae et, vt omnes reliquae plantae partes, paulo maiores: altera longiori, ad totam fere carinam, altera vix nifi apicem verfus hifpidula. Corolla vniualuis, ouato-lanceolata, dorfo conuexa, lente vifa punctata, apice obtufa et crenulata vel denticulata, quinqueneruis, neruo vno alteroue quandoque mucronis in modum prominente: intermedio fiue dorfali paulo infra medium (nec medio, vt LEERSIUS aliique perperam contendunt,) in ariftam definente, fupra apicem corollae geniculatam et adultiori aetate infra geniculum leuiter tortam. Ad bafin corollae, et quidem latere anteriori, adeft fafciculus pilorum, fed nifi lentis ope dignofcendus, quem plures pro petalo interiori habuiffe videntur. Semen, vt in congeneribus, liberum et corolla tectum.

Panicula plerumque multiflora, 4-6uncias longa, fubinde tamen et indiuidua panicula multo minori occurrunt. — In variet. δ. et ε. plures flores mutici reperiuntur, in reliquis omnibus, praeter ariftam breuiorem et infra apicem corollae obfolete geniculatam, α. β. et γ. fimiles funt; ε. a varietate δ., vt γ. ab α. et β. modo florum colore difcrepat. — Monendum adhuc, glumas calicinas inaequales, rarius

ſubaequales, nunquam vero aequales eſſe, quemadmodum a *Leersio* et *Hoffmanno* depinguntur.

Avena monantha, panicula ſparſa, ariſta paulo florem ſuperante. *Hall. Helvet.* n. 1481, a *Schleichero* (Catal. Plant. p. 4.) ad *Agroſt. vinealem* relata, potius ad *Trichodium caninum* δ. ſpectat. Eiusdem etiam loci videtur citatum ab *Hallero* Gramen caninum vineale. *Scheuchz. Agroſt.* p. 143. t. 3. f. 9. D. E. Cum vtrumque hocce ſynonymum (*Halleri* et *Scheuchzeri*) ab Ill. *Schrebero* ſub *Agroſt.* ſua *vineali* aſſertur, ſuſpicari inde quis poſſet, *A. vinealem Schreb.* vnam eandemque eſſe plantam cum *Trich. canino* δ.; ſed huius flores nunquam *Trich. canini* α. duplo maiores, vt a *Schrebero* deſcribuntur, obſeruaui. Quod vero *Agroſt. vinealem Schleich.* (cuius flores Tab. noſtr. 3. f. 3. repraeſentat) attinet, *Trich. canino* δ. proxima eſt; ſed differt ariſta recta nec geniculata, et ſupra nec infra medium inſerta. Num aliis adhuc characteribus diſtincta ſit, vlterius examinandum reſtat. — *Agroſtis pallida Hoffm. Germ.* ed. 2. p. 34. veriſimile ad *Trichodium caninum* ε. vel ad Agroſtin qualemcunque pertinet, minime vero diſtinctam huius aut Agroſtis generis ſpeciem conſtituit.

2. TRICHODIVM *alpinum*, panicula anguſta pauciflora: ramis ſubdiuiſis patentibus glabris, calicibus acutis, ariſta dorſali infra medium proueniente.

Agroſtis alpina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 368. *Koel. Gram.* p. 88. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 82. *Leyſſ. in Act. Soc. Natur. Scrut. Halenſ.* 1. p. 364. *Scop. Carn.* n. 86. — *Hopp. Plant. Alp.*

Agroſtis rupeſtris. *Allion. Pedem.* n. 2161. (fide ſpeciminis a Cl. Balbiſio miſſi). *Mielichhof. in Hopp. Taſchenb.* 1801. p. 183. et in *Biblioth. Botan. Soc. Ratisb.* 1802. p. 297. (ipſo Mielichhofero per literas monente).

Agroſtis montana noſtra. *Krock. Sileſ.* n. 114.

Avena monantha paniculata, gluma calycina exaſperata, ariſta florali aequali. *Hall. Helv.* n. 1477.

Gramen paruum paniculatum alpinum, panicula ſpadicea ariſtatum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 140. *Ejusd. Prodr.* p. 22.

Ic. *Noſtr. t.* 3. *f.* 4. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 4.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

Germ. Alpen-Straufsgras.

In pratis et pafcuis alpinis et fubalpinis Carnioliae (*Scopoli*), Carinthiae, Styriae (*Schwägrichen*), Princip. Salisburgenfis (*Flörke*, *Hoppe*) et Berchtesgadenfis (*Mielichhofer*), Bavariae (*Schrank*), Silefiae (*Krocker*, *Blottner*), Bohemiae (*Schmidt*) — in montofis Saxoniae prope Cröllwitz (*Leyffer*).

Perennis. Flor. Iulio.

Radix e fibris tenuiffimis, albidis compofita, denfum foliorum culmorumque cefpitem fuftinens. Culmi digitales, fefquidigitales, rarius altiores, fimplices, tenues, ftriati, erecti toti, aut bafi tantum reclinati. Folia fafciculorum fetacea, filiformia, glabra: culmea paulo latiora, plana, dorfo glabra, facie et margine fcabriufcula; vaginis profunde ftriatis, glabris. Ligula oblonga, obtufa, demum plerumque lacinulata. Panicula angufta, pauciflora, vncialis vel fefquiuncialis; fub anthefi patens, contracta ante et poft anthefin. Rami fimplices et fubdiuifi, parum flexuofi, vna cum rachi glabri: inferiores binati vel ternati; fuperiores breuiores, plerumque folitarii. Glumae calicinae quam in praecedente paulo maiores et acutiores, lanceolatae, e fufcefcente violaceo et purpureo variae, aetate ftramineo-fufcefcentes: altera paulo maiori acutiorique, carina et margine interiori, imprimis apicem verfus, fcabra; altera f. minori minus fcabra. Corolla ouato-lanceolata, dorfo conuexa, parum punctata, apice obtufa, quinqueneruis, neruis lateralibus faepe in mucrones breuiffimos definentes, dorfali infra medium in ariftam excurrente. Arifta vt in priori, fed longior et magis fcabra. Fafciculus pilorum ad lateris anterioris corollae bafin.

Variat in folo fteriliori foliis breuioribus, rigidulis. — Icon. SCHEUCHZERI bona, fed paniculam nimis magnam et iam contractam refert.

3. TRICHODIVM *rupeftre*, paniculae ramis fubtrichotomis hifpidulis, calicibus acuminatis, corolla apice biariftata, arifta dorfali fupra bafin proueniente.

Agroftis rupeftris. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 368. (excl. Allion. fyn.)

Agroſtis alpina. *Mielichhof. in Hopp. Taſchenb.* 1801. p. 183.

Avena monantha paniculata, foliis ſetaceis, gluma calycina exaſperata, flore duplo longiore. *Hall. Helv.* n. 1478.

Ic. *Noſtr. t.* 3. *f.* 5.

Germ. Felſen - Strauſsgras.

In alpibus Moraviae, Styriae, Auſtriae, Carinthiae, Tyrolis (*Hoſt*), Principat. Salisburgenſis (*Mielichhofer*) — in Bohemia (*Schmidt*).

Perennis. Flor. a Iulio ad Septembrem.

Altitudine adeo variabilis planta, vt primo aſpectu non eadem credi poſſit. Panicula in ſpeciminibus ſemipedalibus et pedalibus, quae frequentius occurrere videntur, medium tenet inter illam *Tr. canini* et *alpini;* minora contra ſpecimina panicula anguſtiori et minus diuiſa, fere vt in *alpino*, inſtructa ſunt, cum quo etiam radice, foliis, florum colore aliisque notis congruit, ſed diuerſum rachi et paniculae ramis hiſpidulis, floribus (etiam minorum plantarum) duplo fere maioribus et calicibus acutioribus. Eſſentialem vero characterem, quo *Trich. rupeſtre* non ſolum ab *alpino*, ſed etiam a *canino* diſtinguitur, corolla ſuppeditat. Haec enim, ob ariſtam dorſalem paulo ſupra baſin orientem, tantum quadrineruis apparet, neruo vtroque exteriori in ariſtam breuem et rectam producto. Ariſta dorſalis infra apicem corollae geniculata et euidentius torta eſt. Etiam pili, baſin corollae cingentes, ſaepe quatuor faſciculos formant, quorum duo maiores anteriori parte, reliqui plerumque ad latera poſiti ſunt.

Gramen paniculatum, capillaceo folio, locuſtis paruis ſpadiceo - fuſcis ariſtatis. Scheuchz. *Agroſt.* p. 141, quod *Willdenowius* aliique huius ſynonymum faciunt, ſecundum Scheuchzeri deſcriptionem potius *Trich. alpini* varietatem minorem, quam *rupeſtre* deſignat. *Agroſtis* vero *filiformis Villars.*, cuius ſpecimina ſicca in Helvetia a Schleichero lecta poſſideo, Trichodio noſtro tam ſimilis eſt, vt merito dubitandum, num ſpecie differat. Solo habitu graciliori diſcedere videtur.

Trichodium rupeſtre in Sileſia nondum obſeruatum eſt; ſpecimina enim ſileſiaca, quae a Blottnero

aliisque pro hoc gramine mecum ſunt communicata, in omnibus cum *Tr. alpino* conueniunt.

Allatae ſpecies inter ſe congruunt culmis teretibus, glabris; vaginis teretibus, panicula erecta: ramis capillaceis; calicibus compreſſis, vnineruibus, nitidis.

46. AGROSTIS.

Cal. biualuis, vniflorus, compreſſus. *Cor.* biualvis, calice minor, baſi vno alteroue pilorum faſciculo ſtipata, valuula maiori ariſtata v. mutica. *Sem.* liberum, rarius corollae adnatum.

† *Corolla ariſtata.*

1. AGROSTIS *Spica venti*, panicula diffuſa, petalo exteriori infra apicem ariſta longiſſima ſubflexuoſa inſtructo.

Agroſtis Spica venti. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 361. *Koel. Gram.* p. 80. *Smith. Britan.* 1. *p.* 77. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 80. *Pollich. Palat.* n. 68. *Leers. Herborn.* n. 51. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Avena monantha, panicula adſcendente, multiflora, calyce laeui, florali ariſta longiſſima. *Hall. Helv.* n. 1480.

Gramen ſegetum altiſſimum panicula ſparſa. *Scheuchz. Agroſt.* p. 144.

Gramen agrorum Lobelii. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 461. c. ic.

Gramen ſegetum panicula arundinacea. *C. Bauh. Theatr.* p. 35. c. ic.

Gramen harundinaceum aruenſe. *Tabern. Kräuterb.* p. 526. c. ic.

Gramen venti ſpica, et Gramen agrorum, latiore, arundinacea, comoſa panicula. *Lob. Ic.* 1. p. 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 951. — *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 853. — *C. Bauh. l. c.*
Leers. l. c. t. 4. *f.* 1. — *Tabern. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 3. *f.* 10. — *Lob. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 22.

Germ. Gemeiner Windhalm.

Inter ſegetes frequens; ſubinde etiam inter olera reperitur.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrofa. Culmi plures, bi-tripedales, ftriati, erecti toti aut bafi tantum inclinati. Folia linearia, quandoque lanceolato-linearia, acuminata, vtrinque et ad oras fcabra, facie etiam faepe pube breui adfperfa, patentiffima, vaginis ftriatis, glabris. Ligula elongata, obtufa, lacinulata. Panicula ampla, diffufa, erecta vel leuiter cernua. Rachis teretiufcula; inferne glabra; reliqua parte fubflexuofa et, vt rami, hifpidula. Rami plures, capillacei, ramofiffimi, multiflori, fubflexuofi, compreffi; fub anthefi horizontaliter patentes, apicibus plerumque nutantibus; poft anthefin plus minus erecti. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, carina et margine apicem verfus hifpidae, inaequales: exteriori f. minori neruo vnico notata; maiori neruis tribus inftructa. Gluma corollina exterior glumam calicinam minorem vix fuperans, lanceolata, acuta, compreffa, obfolete quinqueneruis, punctis infperfa et fuperiora verfus hifpida, ariftam fub apice exferens flore triplo vel quadruplo longiorem, fubflexuofam; gluma interior exteriorem longitudine aequans, fed anguftior, apice bifida, ad flexurae angulos glabra. Fafciculus pilorum vtrinque ad latus glumae corollinae maioris.

Variat panicula purpurafcente, e purpurafcente et viridi varia et virefcente.

Flores, vt in *A. vulgari* et *alba*, nonnunquam vftilagine corrupti inueniuntur.

2. AGROSTIS *interrupta*, panicula attenuata contracta, petalo exteriori infra apicem arifta longiffima fubflexuofa inftructo.

Agroftis interrupta. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 362. *Koel. Gram.* p. 82. (excl. plur. fynon.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 81. *Villars. Delph.* 2. p. 77. *Scop. Carn.* n. 85.

Gramen capillatum, panicula anguftiore et interrupta. *Vaill. Paris.*

Gramen aruenfe paniculatum, fpica interrupta. *Scheuchz. Agroft.* p. 146.

Ic. *Vaill. l. c. t.* 17. *f.* 4.

Germ. Unterbrochner Windhalm.

In cultis Carnioliae calidioris (*Scopoli*, *Wulfen*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Simillima praecedenti; at omnes partes minores tenuioresque, folia minus patentia, panicula attenuata, ſemper contracta et ſaepe interrupta, ramis paucioribus, breuioribus, minus diuiſis. Culmi altitudo plerumque pedem vel ſeſquipedem aequat, ſed indiuidua etiam occurrunt vix ſemipedem alta.

A. interrupta Florae Bavaricae, Haſſiacae, Wetteraviae aliorumque autorum Florae Germanic. meram *Spicae venti* varietatem minorem, e ſolo ſteriliori ortam, conſtituit.

A. interrupta et *Spica venti* a congeneribus recedunt gluma calicina maiori trinerui, gluma corollina maiori glumae calicinae maiori (nec minori) oppoſita, et quod ſemina matura a corollis paulo arctius includuntur.

3. AGROSTIS *pauciflora*, panicula patente pauciflora, petalo exteriori ſupra medium ariſtata, ariſta mediocri.

Ic. *Noſtr. t. 3. f. 2.*

Germ. Wenigblüthiger Windhalm.

In alpibus Styriae (*Schwägrichen*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Florum magnitudine et colore a congeneribus facile diſtinguenda. Culmi pedales et altiores, ſtriati, erecti aut geniculo vno alterone inferiori infracti. Folia patentia, linearia, acuminata, vtrinque et ad oras ſcabra: faſciculorum paulo anguſtiora. Vaginae ſtriatae, glabrae, vt folia, imprimis inferiora, ſaepe leui purpura ſuffuſae. Ligula oblonga, obtuſa: iuuenilis integra; adultior fiſſa. Panicula erecta, pauciflora; ſub antheſi patens, in ſpicam contracta ante et poſt antheſin. Rachis ſubflexuoſa; inferne ſemiteres ac glabra, ſuperne cum ramis angulata et hiſpidula. Rami pauci, flexuoſi, ſubdiuiſi. Flores *Trichodii rupeſtris* magnitudine vel paulo maiores. Glumae calicinae ſaturate purpureae, lanceolatae, acuminatae,

vninemes; exteriori maiori, carina a medio ad apicem hiſpida; interiori minori, minus hiſpida. Corolla tenuiſſima, diaphana; gluma exterior ouato-lanceolata, dorſo conuexa, antheris exſertis magis compreſſa, apice obtuſa et denticulata, quinquenervis, neruis lateralibus plerumque in mucrones, dorſali ſupra medium in ariſtam excurrentibus. Ariſta mediocris longitudinis; primo recta, dein varie flexa. Gluma interior triplo minor, apice emarginata aut bifida. Faſciculus pilorum vtrinque ad latera baſeos glumae corollinae maioris. — Num radix repens aut tantum fibroſa ſit, ignoro, cum deeſt in ſpecimine, ab amiciſſimo *Schwaegrichenio* mecum communicato.

†† *Corolla mutica.*

4. AGROSTIS *vulgaris*, paniculae ramis laeuiuſculis, ramulis diuergentibus, ligula breuiſſima truncata.

Agroſtis vulgaris. *With. Britan.* ed. 3. p. 132. *Smith. Britan.* 1. p. 79. *Hoffm. Germ.* ed. 2. p. 36. — *Schleich. Plant. Rar.*

Agroſtis diuaricata. *Hoffm. Germ.* ed. 2. p. 37. *Koel. Gram.* p. 97. — *Schleich. Plant. Rar.*

Agroſtis tenella. *Hoffm.* l. c. p. 35.

Agroſtis tenuis. *Sibth. Oxford* p. 36.

Agroſtis capillaris. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 37. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 85. et *plurim. ſcriptorum plantar. Germ.*

Agroſtis ſtolonifera. *Leers. Herborn.* n. 53. *Ehrh. Gram.* et *nonnullor. autorum Flor. Germ.*

Ic. *Noſtr. t.* 2. *f.* 3. *Schkuhr. l. c. t.* 12.
Leers. l. c. t. 4. *f.* 6.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 6. *Ehrh. l. c.* n. 71.
et Cent. 2. n. 9.

β. Floribus ariſtatis.

Agroſtis vulgaris β. *Smith.* l. c.

Agroſtis canina. *With. Britan.* p. 127.

Ic. *Noſtr. t.* 3. *f.* 1.

γ. Floribus vſtilagine corruptis, muticis.

Agroſtis pumila. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 371. *Koel. Gram.* p. 93. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 86. *Pollich. Palat.* n. 75. — *Ehrh. Gram.*

Agroſtis vulgaris γ. *Smith.* l. c.

Gramen minimum paluſtre, panicula ſpadicea delicata, tenuifolium ſemine exiguo rotundo. *Scheuchz. Agroſt.* p. 131.

Ic. *Lightf. Scot. in titulo Vol. ſecund.* (mala).

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 105.

δ. Floribus vſtilagine corruptis, ariſtatis.

ε. Floribus viuiparis.

Agroſtis vulgaris δ. *Smith.* l. c.

Agroſtis ſyluatica. *Koel. Gram.* p. 92. *Flor. Wetter.* n. 90. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 86. *Pollich. Palat.* n. 73.

Steinbuch im Naturſ. 28. p. 233. t. 5.

Ic. *Noſtr. t.* 2. *f.* 4.

Germ. Gemeiner Windhalm.

In verſuris, pratis, paſcuis, nemoroſis, collibus.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens, plures culmos, foliorum faſciculos et ſtolones exſerens. Culmi pedales, ſeſquipedales, adſcendentes, graciles, ſtriati, ex geniculis inferioribus terrae vicinis radices atque ramos agentes. Folia linearia, acuta, ſcabra, vaginis ſtriatis, glabris. Ligula breuiſſima, vix exſerta, truncata. Panicula multiflora, purpuraſcens vel e purpuraſcente et viridi varia; ante et poſt antheſin contracta; ſub antheſi patens, ramis trichotomis, dichotomis, ramulis diuergentibus, flexuoſis. Rachis tcretiuſcula, ſtriata, parum flexuoſa; inferne glabra, reliqua parte cum ramis ramulisue obſolete hiſpiduia. Pedicelli glabri. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, vninerues: altera parum maiori, carina apicem verſus hiſpidula; altera glabra. Gluma corollina exterior longitudine glumae calicinae interioris, ouato-lanceolata, tribus tantum neruis diſtincta, quorum dorſalis ſaepe in mucronem breuem definit, punctis ſparſis obſeſſa, apice tenuiſſime denticulata et obtuſa, antheris vero exſertis, vt in praecedente et ſequente ſpecie, margo interior contrahitur et deinde paulo longior et minus obtuſa apparet. Gluma interior duplo vel triplo minor, apice bifida, baſi pilorum breuiſſimorum faſci-

culo ſtipata. — Haec eſt deſcriptio graminis in pratis et aliis fertilibus locis haud infrequens occurrentis. In nemoroſis prouenientibus indiuiduis, culmi altiores, graciliores, panicula maior, ramulis valde diuergentibus. Gramen contra ſolo ſicco et ſterili innaſcens, radicem habet ſubrepentem, pauciores foliorum faſciculos et nullos aut breuiſſimos tantum ſtolones emittentem, culmum magis erectum, humiliorem, pedicellos magis incraſſatos, calices breuiores, ouato-lanceolatos cum omnibus partibus tenuioribus ac minoribus. Huius graminis ſtatum deſignat *Agroſt. diuaricata* Hoffm. et *ſtolonifera* Ehrharti aliorumque.

Var. β. paſſim occurrens, a *Trichod. canino*, cum quo ob flores ariſtatos confundi poſſet, praeter corollam biualuem, haud difficile diſtinguitur foliis radicalibus ſ. potius faſciculorum haud ſetaceis; geniculis inferioribus nunquam foliorum faſciculos protrudentibus; ligula breuiſſima; racheos, paniculae ramorum et florum ſuperficie minus hiſpida; et quod plerique flores mutici, pauciores vero ariſta inſtructi inueniuntur. Ariſta in hac inque varietate δ. ex neruo dorſali infra medium oriens, variae eſt longitudinis, et modo ſupra, modo infra corollae apicem geniculata apparet. Var. γ. praecipue in locis ſiccis prouenieus, ſemper eſt ſtaturae humilioris et rarius altitudinem ſemipedalem attingit. Num etiam ad vltimam varietatem, ex Cl. Steinbuchii obſeruatione a noua animalis infuſorii ſpecie, Vibrione Agroſtis, productam, vel ad ſequentis ſpeciei varietatem δ. pertineat *Agroſt. ſylvatica* Schrankii, Weberi et Borckhausenii, diiudicari nequit.

Agroſt. ſtoloniferam Leers. eandem eſſe plantam cum *A. vulgari*, icone et deſcriptione ab eo data euincitur; A. vero *capillarem* eiusdem auctoris, a pluribus huc relatam, ad *A. albam* pertinere, pariter ex icone et deſcriptione Leerſiana elucet. — *Agroſtis ſtolonifera* Herb. Linnaei (*A. verticillata* Villars. *Delph.* 2. p. 74. *Spec. plant. ed.* Willd. 1. p. 374), panicula et calicibus vndique hiſpidulis a *vulgari* et congeneribus ſatis diſtincta, in Germania, quantum ſcio, nondum inuenta eſt.

5. AGROSTIS *alba*, paniculae ramis hiſpidis, ramulis patentibus, ligula oblonga.

α. Floribus albis vel albidis.

Agroſtis alba. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 371. *Smith. Britan.* 1. p. 81. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 86. *Pollich. Palat.* n. 74. *Leers. Herborn.* n. 55. — *Schleich. Plant. nar.*

Ic. *Leers. l. c. t.* 4. *f.* 5.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 5.

β. Floribus purpuraſcentibus.

Agroſtis alba. *Koel. Gram.* p. 95. — *Engl. Bot.*

Agroſtis coarctata. *Ehrh. Gram. Hoffm.* l. c. p. 37. *Koel. Gram.* p. 99.

Agroſtis capillaris. *Leers. Herb.* n. 54.

Agroſtis ſtolonifera. *nonnullor. autorum Flor. Germ.*

Ic. *Noſtr. t.* 2. *f.* 1. *Leers. l. c. t.* 4. *f.* 3. *Engl. Bot. t.* 1189.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 153.

γ. Floribus infra apicem corollae obſolete ariſtatis.

Agroſtis vinealis β. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 369.

Agroſtis gigantea. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 83. *Koel. Gram.* p. 86.

Agroſtis compreſſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 368.

Ic. *Noſtr. t.* 2. *f.* 2.

δ. Floribus viuiparis.

Agroſtis ſyluatica. *Spec. Plant. ed. Willd.* p. 371.

Agroſtis alba β. *Smith.* l. c.

Agroſtis capillaris. *Leers. Herborn.* n. 54. variet.

Ic. *Leers. l. c. t.* 4. *f.* 3. †.

ε. Floribus vſtilagine corruptis.

Germ. Weiſser Windhalm.

In nemoroſis, paſcuis, pratis humidis, ad ripas fluuiorum.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Culmi quam in praecedente altiores, rigidiores; folia latiora, magis ſcabra; panicula maior; verticilli ex pluribus ramis compoſiti; flores maiores; gluma corollina exterior, ſi ariſtata eſt, ariſtam infra apicem producit appreſſam, vix obſeruabilem. Sed haec

omnia pro ſoli diuerſitate admodum variant; certius et facilius discernitur: ligula exſerta, oblonga; paniculae ramis ſub antheſi horizontalibus, minus laxis; ramulis exterioribus patentibus (nec diuergentibus); gluma corollina maiori quinquenerui, neruis lateralibus in mucrones deſinentibus; calicis carina, vna cum rachi et paniculae ramis, magis hiſpida.

LEERSII icon *A. albae* optima, panicula vero non ſemper verticillis tam denſis et multifloris occurrit, vt a LEERSIO repraeſentatur. Varietatem β. ſiue *Agroſt. capillarem* LEERS. propriam ſpeciem conſtituere non poſſe, iam ipſe LEERSIUS ſuſpicatus eſt, et reuera nonniſi florum colore ab *A. alba* differt, vt cuique, vtramque plantam conferenti, facile patebit. *A. coarctata* EHRH., ad varietatem β. relata, ab *A. capillari* LEERS. non diuerſa eſt; folia enim anguſtiora ſolo ſicco adſcribenda ſunt, et panicula, aeque ac in var. α. γ. et δ., ſub floreſcentia explicata apparet. — Variet. γ., panicula purpuraſcente, vel e purpuraſcente et viridi varia, vel plus minus albida occurrens, praeter ariſtam exiguam, rarius calicem excedentem, quae in nonnullis floribus ſub corollae apice prouenit, in omnibus reliquis α. et β. ſimilis eſt. — *A. dubia* LEERS. quoad deſcriptionem ab *A. compreſſa* WILLD. diuerſa videtur.

Nomen antiquum Linnaeanum mutare nolui, quamuis nonniſi primae et quidem rariori varietati competat.

Cum praecedentibus conuenit culmis teretibus vaginisque glabris et calicibus compreſſis.

Character generis Linnaeanus quadrat tantum in *Agroſt. pungentem* et paucas alias ſpecies; a reliquis omnibus longiſſime recedit. Quare iſtas potius Crypſi, cum qua in omnibus notis congruunt, adnumerandas puto. Vt limites certiores inter Agroſtin et affinia nonnulla genera ponantur, ex ſpeciebus, ad Agroſtis genus relatas, excludo adhuc 1. omnes, corolla vniualui inſtructas, quae iam Trichodium conſtituunt; 2. quarum flores magis minusue ventricoſi et quarum ſemina corolla demum cartilaginea corticata reperiuntur; 3. quarum corolla extus luculenter pilis per-

ſiſtentibus circumdatur; 4. quarum gluma calicina vtraque, vna cum corolla, ariſta munita reperitur; 5. quarum flores rachi vnilaterali inſident et quarum corolla cartilaginea ſemen maturum incruſtat; et 6. quarum calices multiflori ſunt.

47. ARVNDO Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 124. Iuſſ. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 110.

Cal. biualuis, vni-, rarius multiflorus. *Cor.* bivaluis, pilis perſiſtentibus cincta. *Sem.* liberum, corolla tectum.

† *Calices vniflori.*

* *corolla ariſtata.*

1. ARVNDO *epigeios*, panicula ſtricta patente, calicibus acuminatis, ariſta dorſali recta pilis breuiori, pilis calicem ſubaequantibus.

Arundo epigeios. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 456. *Smith. Britan.* 1. p. 145. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 135. *Ejusd. Gram. Scop. Carn.* n. 125. — *Engl. Bot.*

Calamagroſtis Epigeios. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 91. *Koel. Gram.* p. 110.

Arundo locuſtis vnifloris, muticis, panicula alterne contracta. *Hall. Helv.* n. 1519.

Gramen arundinaceum, panicula molli, ſpadicea, maius. p. 122. *C. Bauh. Theatr.* p. 94. 95. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 122. *Ejusd. Prodr.* p. 21.

Ic. *Noſtr. t.* 4. *f.* 1.
Engl. Bot. t. 402.
Scheuchz. Agroſt. l. c. t. 3. *f.* 3. B.
Scheuchz. Prodr. l. c. t. 5.
C. Bauh. l. c.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 74.

Germ. Land-Rohr.
In collibus aridis, fruticetis; etiam locis humidis et ad foſſas.
Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.
Radix repens. Culmi bi-tripedales, in humidis 4 ad 6 pedes alti, ſimplices, baſi quandoque ramoſi, ſtricti,

ad vnum alterumue geniculum ſaepe paulo infracti, rigidi, teretes, ſtriati, ſuperne ſcabri. Folia lanceolato-linearia, acuminata, rigidula, vtrinque et ad oras ſcabra. Vaginae ſtriatae, ſcabriuſculae. Ligula exſerta, acuta, dein fiſſa. Panicula anguſta, ſtricta, patens, ſemipedalis, pedalis. Rachis vna cum ramis hiſpida; inferne ſemiteres, ſuperne angulata. Rami angulati. Flores imbricato-congeſti, ſecundi, ſubfalcati. Calices vniflori, vireſcentes, vel e fuſco purpureo et viridi varii, glumis ſubaequalibus, lanceolatis, acuminatis, ſcabris, carina et margine, imprimis apicem verſus, hiſpidis: exteriori acutiori, vninerui; interiori parum minori, trinerui: neruis lateralibus, aeque ac in nonnullis aliis ſpeciebus, vix vltra medium productis. Corolla calice dimidio minor, inaequalis; gluma exterior apice bifida, quadrineruis, margine et neruis hiſpida, ceterum glabra, et, vt in pluribus affinibus, tenera atque pellucida, e dorſo infra medium emittens ariſtam rectam, hiſpidam, gluma ipſa paulo longiorem; interior duplo fere minor, apice emarginato-ſubbifida, margine hiſpida, reliqua parte et neruis glabra. Pili, corollam cingentes, baſi coniuncti, copioſi, calicem ſubaequant.

Variat pro ſoli diuerſitate 1. Rachi, culmis foliisque magis vel minus ſcabris, ſaepe ſcaberrimis; 2. Panicula arctiori et 3. Floribus duplo fere maioribus.

2. ARVNDO *litorea*, panicula diffuſa, calicibus acuminatis, ariſta terminali breui piliſque calicem ſubaequantibus.

Ic. *Noſtr.* t. 4. *f.* 2.

Germ. Ufer-Rohr.

In arenoſis Litoralis auſtriaci litoribus (*Wulfen*) et ſimilibus locis in inſulis Danubialibus (*Flügge*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens. Culmi ſeſquipedales, bipedales, ſimplices, primo baſin verſus procumbentes, dein magis erecti, rigiduli, teretes, ſtriati, in paniculae vicinia tantum ſcabriuſculi. Folia linearia, acuminata, ſcabra vaginisque glauceſcentibus, ſcabriuſculis. Ligula ex-

ferta, obtufa. Panicula erectiufcula, fubinde cernua, diffufa, 4-6uncialis. Rachis fubflexuofa, fcabra; inferiori parte femiteres, reliqua parte cum ramis angulata. Rami flexuofi, hifpidi. Calices vniflori, apice fubfalcati, virefcentes. Glumae calicinae fere praecedentis, fed paulo minores, tenuiores et minus fcabrae. Corolla calice minor; gluma exterior fecundum neruos hifpida, át minus ac in praecedente: neruo intermedio inter apicis lacinulas inaequales in ariftam fubflexuofam, hifpidam, pilis vix breviorem producto. Gluma interior exteriori duplo minor, apice magis vel minus emarginata. Pili bafi coniuncti, copiofi, longitudine fere calicis.

Variat culmis vaginisque totis glabris, rachi minus fcabra et panicula purpurafcente.

3. ARVNDO *pfeudophragmites*, panicula diffufa, calicibus acuminatis, arifta dorfali recta pilisque corolla paulo longioribus.

Arundo pfeudophragmites. *Hall. fil. in Röm. Arch.* 1. *B.* 2. p. 11.

Ic. *Noftr. t.* 4. *f.* 3.

Germ. Unächtes Rohrfchilf.

In nemorofis, vliginofis et ad fluuiorum ripas.

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix repens. Culmi bi-tripedales et altiores, fimplices, quandoque ramofi, erecti, teretes, ftriati, glabri. Folia linearia, acuminata, nunc vndique, nunc facie et ad oras tantum fcabra. Vaginae ftriatae, glabrae. Ligula exferta, obtufa; primo integra, adultiori aetate in plures lacinulas diuifa. Panicula erectiufcula, diffufa, laxa, 3-6uncialis. Rachis parum flexuofa; inferne femiteres, glabra; fuperne cum ramis angulata et hifpidula. Rami tenues, flexuofi. Calices vniflori, *A. epigeiae*, vt et plurium fequentium fpecierum plerumque paulo maiores, e fufcefcente purpureoque varii, nitidi, glumis fubaequalibus, lanceolatis, acuminatis, carina hifpidis: exteriori acutiori, vninerui; interiori parum minori, trinerui, carina a medio ad apicem tantum hifpida. Corolla

calice minor; gluma exterior bifida, neruis quatuor notata, verſus baſin e neruo intermedio emittens ariſtam rectam, inferne glabram, ſuperne hiſpidam, pilos aequantem, rarius paulo breuiorem aut longiorem; neruis lateralibus in mucronem excurrentibus. Inter lacinulas tenerrimas apicum margo et nerui ſubhiſpidi, ceterum gluma glabra. Gluma interior duplo minor, tota glabra, apice plerumque multidentata. Pili baſi coniuncti, copioſi, calice parum breuiores, ſemper tamen corolla magis minusue longiores.

Habitus *Arund. Calamagroſtis*, in cuius conſortio ſaepe occurrit et quacum a pluribus autoribus. Flor. Germ. confundi videtur.

Variat 1. Foliis facie pubeſcentibus; 2. Culmo rachique ſcabriuſculo et 3. Floribus minoribus.

4. ARVNDO *Calamagroſtis*, panicula diffuſa, calicibus acuminatis, ariſta terminali breui, pilis corolla longioribus.

Arundo Calamagroſtis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 456. (excl. Linn. Scheuchz. et Bauh. ſynon.) *Smith. Britan.* 1. p. 146. *Hall. fil. in Röm. Arch.* 1. *B.* 2. p. 10. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 136. *Ejusd. Gram. Pollich. Palat.* n. 128. — *Engl. Bot.*

Arundo Leerſii. *Oett. Luſat.* p. 17.

Calamagroſtis lanceolata. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 90.

Ic. *Noſtr. t.* 4. *f.* 4. *Engl. Bot. t.* 403.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 84.

Germ. Rohrgras.

In pratis vliginoſis, turfoſis, ad riuulorum ripas; rarius in nemoroſis.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens. Culmi bi-tripedales circiter, ſaepius ramoſi, erecti, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, acuminata, facie quandoque pubeſcentia, dorſo et ad oras plus minus ſcabra. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligula exſerta, obtuſa. Panicula diffuſa, laxa, 4-6uncialis, primo erecta, dein apice cernua. Rachis ſubflexuoſa; inferiori parte teretiuſcula vel ſemiteres, glabra, reliqua parte angulata atque ſcabra. Rami

tenues, flexuofi, angulati, fcabri aut hifpiduli. Calices vniflori, nitidi, fufco-virefcentes vel e purpurafcente fuscoque varii, glumis fubaequalibus, lanceolato-acuminatis: exteriori, vt in praecedente, acutiori et vnico tantum neruo diftincta; interiori paulo minori, carina minus hifpida et neruis tribus notata. Corolla calice minor; gluma exterior quadrineruis, apice bifida, altera lacinia iterum fiffa, fecundum neruos hifpidula, neruo intermedio in ariftam transiente, ceteris neruis in lacinulas excurrentibus. Arifta parua, terminalis, inter petali exterioris fiffuram, bafi glabra, apice fubhifpida, magis minusue curua. Gluma corollina interior duplo fere minor, glabra, apice parum bifida aut emarginata. Pili bafi coniuncti, copiofi, corolla longiores, calice vero breuiores.

Rachis fubinde tota fcabra apparet.

Diftinguitur a priori culmis faepius ramofis et floribus plerumque minoribus; a fequente panicula diffufa et floribus maioribus, acutioribus; ab vtraque ariftae infertione.

Pauca fynonyma attuli, quoniam botanici tam veteres, quam recentiores hanc fpeciem cum duabus praecedentibus haud raro confuderunt.

5. ARVNDO *ftricta*, panicula ftricta patente, calicibus acutis, arifta dorfali recta corollam fubaequante, pilis corolla breuioribus.

Arundo ftricta. *Timm. in Siemff. Meklenb. Magaz.* 2. p. 235. *Brückn. Neobrandenb.* p. 14.

Arundo neglecta. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 137. *Ejusd. Gram.*

Ic. *Noftr. t.* 4. *f.* 5.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 118.

Germ. Steifähriges Rohr.

In pratis aquofis Duc. Megapolitani prope Malchinum (*Timm*) et Neobrandenburgum (*Brückner*) — prope Berolinum (*Sprengel*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens. Culmi a bi- ad fefquipedalem altitudinem adfcendentes, fimplices, ftricti, rigiduli, teretes, ftriati, glabri. Folia linearia, acuminata, ad oras

praeſertim ſcabra, plana, ſiccata conuoluta. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligula exſerta, obtuſa. Panicula anguſta, ſtricta, patens, 3-6uncialis. Rachis ſcabra, teretiuſcula, ſuperne cum ramis angulata. Rami breues, hiſpidi, ramulis ſubflexuoſis. Calices vniflori, nitidi, e fuſco purpureoque varii, aetate, vt in priori, palleſcentes, glumis ſubaequalibus, lanceolatis, acutis, vnineruibus, ſcabris, carina margineque hiſpidis. Gluma corollina exterior longitudine glumae calicinae interioris, ſtriis purpureis variegata, marginem verſus pellucida, neruis tribus notata, margine et ad neruos hiſpida, ceterum ſcabra, apice bifida et lacinulata; interior duplo fere minor, plerumque tota pellucida, glabra, apice emarginata et denticulata. Ariſta e neruo intermedio petali exterioris pone baſin proueniens, recta aut parum flexuoſa, ſcabra, primo glumam ipſam aequans, aetate paulo ſuperans. Pili baſi coniuncti, quam in praecedente pauciores et corollae gluma exteriori breuiores.

Culmi ex *Ehrharti* obſeruatione etiam ramoſi.

6. ARVNDO *varia*, panicula patente, calicibus acutis, pilis corollam aequantibus, ariſta dorſali geniculata calicem vix excedente.

Calamagroſtis arundinacea. *Wib. Werthem.* p. 122. (excl. ſyn.)

Agroſtis pſeudoarundinacea. *Schleich. Plant. Rar.*

Ic. *Noſtr. t.* 4. *f.* 6.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 2. n. 8.

Germ. Veränderliches Rohr.

In vliginoſis et paluſtribus, locis tam alpinis quam montanis.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix ſubrepens. Culmi ſeſquipedales, bipedales, plerumque ſimplices, erecti, rigiduli, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, acuminata, ſcabra. Vaginae ſtriatae, ſaepe ſcabriuſculae, vt reliquae plantae partes, plus minus ex glauco virides. Ligula exſerta, obtuſa, integra vel crenulata, aetate lacinulata. Panicula erecta, patens, 2-3uncialis. Rachis ſubflexuoſa,

ſcabra; inferne teretiuſcula, ſuperne angulata. Rami flexuoſi, angulati, hiſpiduli. Calices vniflori, ſubaequales, nitidi, fuſco-purpureoque varii, glumis lanceolatis, acutis, ſcabris, margine carinaque hiſpidis: exteriori vninerui; interiori paulo minori, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior gluma calicina interiori paulo minor, quinqueneruis, punctato-ſcabra, margine et ſecundum neruos hispida, neruo intermedio ſupra dorſi baſin in ariſtam, lateralibus duobus aut tribus apice in mucrones paruos exeuntibus; gluma interior longitudine valde varia, exteriori tamen plerumque paulo breuior, apice primo emarginata, aetate bifida, laciniis et margine hiſpidulis. Ariſta ſaepe ad lineae vel ſeſquilineae longitudinem calicem excedens, primo recta, dein medio geniculata, infra geniculum leuiter torta, a baſi ad geniculum latere interiori laeuiuſcula, exteriori latere et ſupra geniculum tota hiſpida. Pili baſi coniuncti, corollam aequantes.

Gramen polymorphum pro vario ſolo et expoſitione adhuc variat 1. Culmis altioribus, foliis latioribus vaginisque, praeſertim inferioribus, pubeſcentibus vel ſubuilloſis, floribus vireſcenti-albidis et vaginis viridibus, nec glauceſcentibus; 2. Culmis, foliis vaginisque magis vel minus ſcabris; 3. Ariſta calicem vix excedente et 4. Pilis paulo breuioribus.

7. ARVNDO *acutiflora*, panicula patente, calicibus acuminatis, pilis corolla breuioribus, ariſta dorſali geniculata calicem vix excedente.

Arundo Agroſtis. *Scop. Carn.* n. 126.

Arundo locuſtis vnifloris, glumis ex imo dorſo ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1522.

Gramen auenaceum, montanum, panicula anguſta, e dilutiſſimo fuſco albicante, et pappoſa. *Scheuchz. Agroſt.* p. 507.

Germ. Spitzblüthiges Rohr.

In nemoroſis humidis, paludoſis, ad riuulorum ripas, imprimis Germaniae auſtralis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Media quasi inter *Arundin. variam* et *ſiluaticam.* A priori, cui proxima, discrepat culmis plerumque altioribus, rigidioribus; foliis longioribus, latioribus; panicula ſtricta, maiori; floribus maioribus; pilis paucioribus, corolla paulo breuioribus. A ſequente diſtinguitur pilis corollam vndique cingentibus, frequentioribus, triplo longioribus; defectu penicilli; ariſtis calicem vix excedentibus. Ab vtraque eſt diuerſa calicibus acuminatis et corolla calice dimidio fere minoribus. — Variat ſubinde panicula pauciflora. Totius plantae color vtplurimum ex glauco viridis et ſuperficies fere nuda; in ſpecimine vero a *Delavigne* in Franconia lecto, folia et vaginae, praecipue baſin verſus, pubeſcunt.

Wulfenio per literas monente, huc pertinet *Scopolii* ſynonymum citatum, a *Linnaeo* aliisque ad *ſiluaticam* relatum. *Halleri* et *Scheuchzeri* ſynonyma potius etiam huius, quam ſequentis ſpeciei videntur.

8. ARVNDO *ſiluatica*, panicula patente, calicibus acutis, pilis breuiſſimis, ariſta dorſali geniculata calicem excedente.

Agroſtis arundinacea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 364. (excl. ſyn. Scop. Haller. Scheuchz. aliorumque). — *Ehrh. Gram.*

Calamagroſtis arundinacea. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 89. (excl. plur. ſyn.) *Koel. Gram.* p. 108. (excl. plur. ſyn.)

Ic. *Noſtr. t.* 4. *f.* 7.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 123.

Germ. Wald-Rohr.

In ſiluaticis et nemoroſis, ſolo tam ſicco quam humido.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens. Culmi 3-4pedales, ſimplices, erecti, ſaepe ad vnum alterumue geniculum paulo infracti, rigiduli, teretes, ſtriati, glabri vel in paniculae vicinia tantum ſcabriuſculi. Folia lanceolato-linearia, acuminata, ad oras et ſuperiorem dorſi partem praecipue ſcabra, baſi quandoque annulo villoſo cincta, primo carinata, dein planiuſcula, ſaltem ſuperiori parte;

dorſo laete viridia, nitida; facie glaucefcentia et pube breui inſperſa. Vaginae ſtriatae, ſcabriuſculae: inferioribus ſaepe pubeſcentibus. Ligula exſerta, ouata, obtuſa, adultiori ſtatu in plures lacinulas diuiſa. Panicula erecta, patens, 4-8uncialis et longior. Rachis ſcabra; inferiori parte teretiuſcula, ſuperiori parte vna cum ramis angulata. Rami ſubflexuoſi, hiſpidi. Calices vniflori, nunc ex albido et vireſcente, nunc ex albido vireſcente purpureoque varii, glumis ſubaequalibus, lanceolatis, acutis, ſcabris, margine carinaque hiſpidis: exteriori vnico tantum neruo, interiori parum minori tribus neruis notata. Gluma corollina exterior calice paulo minor, ſcabra, quinqueneruis, margine et neruis hiſpida, apice bifida, lacinia vtraque iterum fiſſa, hinc velut quadrifida, laciniis omnibus magis vel minus denticulatis; gluma interior exteriori parum minor, ſed anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos hiſpida. E petali exterioris neruo dorſali infra medium prodit ariſta, ad bi- vel trilinearem longitudinem calicem excedens, geniculata, ſub geniculo dein torta, a baſi ad geniculum latere interiori laeuiuſcula, exteriori et ſupra geniculum tota hiſpida. Praeter pilos paucos et breues, ad petali maioris baſin vtrinque occurrentes, adhuc adeſt penicillus paruus pilis diſtichis, qui petali minoris dorſo appreſſus eſt.

In locis ſiccioribus radices ſubrepentes; culmi humiliores, rigidiores, magis ſcabri; folia rigidula, anguſtiora, pube frequentiori tecta; panicula minor, calicibus magis coloratis.

9. ARVNDO *ſpecioſa*, panicula diffuſa, petalo exteriori piloſo, ariſta terminali retrofracto-diuaricata.

Agroſtis Calamagroſtis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 365. *Hoſt. Auſtr.* p. 40. *Hall. fil. in Röm. Arch.* 1. *B.* 2. p. 10.

Arundo locuſtis vnifloris, ex ſumma gluma ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1521.

Gramen arundinaceum, panicula denſa viridi-argentea, ſplendente, ariſtata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 146. *Seguier. Veron.* 3. p. 163.

Ic. *Noſtr. t.* 5. *f.* 8. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 11. A. B.

Germ. Silberfarbiges Rohr.
In rupeſtribus alpium Carnioliae, Tyrolis (*Hoſt*).
Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.
E congeneribus pulcherrima et petalo exteriori piloſo diſtinguenda facile ſpecies. Radix fibroſa, fibris tenacibus, implexis. Culmi bi-tripedales, ſimplices, quandoque ramoſi, erecti, rigiduli, teretes aut ex tereti compreſſi, ſtriati, glabri. Folia linearia, longe acuminata, plana, carinata, ſiccata conuoluta, ad vaginae exortum vtrinque pilorum faſciculo obſeſſa, margine, imprimis apicem verſus, ſcabra. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligula obſoleta. Panicula ſpecioſa, erectiuſcula, diffuſa, 3-4-, ad ſummum 6uncialis. Rachis flexuoſa, ſtriata, glabra; inferne teretiuſcula, ſuperne ſubangulata. Rami ramulique flexuoſi, angulati, hiſpiduli. Calices vniflori, ſplendentes, e dilute vireſcente albidi, marginibus membranaceis, aetate eleganter ſericeo-albi, glumis lanceolatis, trineruiis, dorſo ſcabris, carina et ad neruos hiſpidis, modo ſubaequalibus et acutis, modo (vt icon noſtra eas exhibet) inaequalibus: altera ſ. interiori minori, emarginata cum apicula. Glumae corollinae inaequales, vninerues, tenuiores, diaphanae, ex argenteo albae. Gluma exterior plerumque longitudine glumae calicinae interioris, latere marginem verſus pilis ſericeis, verſus interiorem ſpectantibus, veſtita; dorſo nuda, ſed pilis e baſi orientibus tecta; neruo dorſali ex apicis fiſſura in ariſtam deſinente ſcabram, retrofracto-diuaricatam, calice duplo longiorem. Gluma interior minor, apice faſciculo denticulorum coronata, margine hiſpida. Antherae faſciculis duobus pilorum terminatae.
A Koelero (*Gram.* p. 102.) aliisque hoc gramen cum aliis ſpeciebus confunditur. *Calamagroſtis Arundo* Roth. *Germ.* T. 2. P. 1. p. 88, quae, quoad ſynonyma allata, huc referri poſſet, ad *Airam ceſpitoſam* pertinet, monentibus literis Viri amiciſſimi ad me datis.

** *corolla mutica.*

10. ARVNDO *tenella*, panicula diffuſa, calicibus acutis, pilis corolla breuioribus, foliis planis.

Ic. *Noſtr. t.* 5. *f.* 1.

Germ. Zartes Rohr.

In alpibus Tyrolenſibus Helvetiae conterminis (*Darcot*).

Perennis. Flor. Iulio.

Facies *Agroſtis albae.* Culmi ſeſquipedales, bipedales, ſimplices, graciles, erecti, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, acuminata, plana, ad oras ſcabriuſcula, ceterum glabra. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligula exſerta, obtuſa, dein laciniata. Panicula erectiuſcula, diffuſa, bi-triuncialis. Rachis flexuoſa; inferiori parte ſubteres vel ſemiteres, glabra, ſuperiori parte angulata, parum ſcabra. Rami tenues, flexuoſi, angulati, hiſpiduli. Calices vniflori, nitidi, ex viridi purpuraſcentes, glumis ſubaequalibus, lanceolatis, acutis, vninerуibus: exteriori carina apicem verſus hiſpidula; interiori paulo minori, glabra. Corolla calice minor, pellucida, mutica; gluma exterior ouato-lanceolata, neruis quinque ſcabris notata, apice lacinulis, margine denticulatis, inſtructa; interior multo minor, emarginata. Antherae mucronatae. Pili pauci, baſi coniuncti, corolla breuiores.

In hac et antecedentibus panicula, ſub antheſi patens vel diffuſa, ante et poſt antheſin in ſpicam contracta. Idem in duabus vltimis ſpeciebus obſeruatur.

11. ARVNDO *arenaria*, panicula ſubſpicata, calicibus acutis, pilis corolla triplo breuioribus, foliis inuolutis.

Arundo arenaria. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 457. *Smith. Britan.* 1. p. 148. *Roth. Beytr.* 1. p. 8. *Web. Gotting.* p. 5. — *Engl. Bot. Viborg. Plant. Aren. Mart. Flor. Ruſt. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Calamagroſtis arenaria. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 93. *Koel. Gram.* p. 100.

Gramen ſpicatum, ſecalinum, maritimum, maximum, ſpica longiori. *Scheu. hz. Agroſt.* p. 133.

Gramen ſparteum iuncifolium non ariſtatum ſpica ſecalina. *Moris. Hiſt.* 3.

Spartium ſpicatum pungens oceanicum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 512. c. ic.

Gramen ſparteum ſpicatum foliis mucronatis ſ. ſpica ſecalina. *C. Bauh. Theatr.* p. 67. c. ic.

Spartum herba tertium maritimum. *Clus. Hiſt.* p. CCXXI. c. ic.

Spartum quintum Plinianum tertium. *Tabern. Kräuterb.* p. 548. c. ic.

Spartum nostras, et Spartum tertium *Clusii.* *Lob. Hist.* p. 45. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 89.

Ic. *Nostr. t.* 5. *f.* 2.	*Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 4. *f.* 16.
Engl. Bot. t. 520.	*I. Bauh. l. c.*
Viborg. l. c. t. 1.	*C. Bauh. l. c.*
Mart. l. c. t. 32.	*Clus. l. c.*
Flor. Dan. t. 917.	*Tabern. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 3. *f.* 8.	*Lob. Hist. et Ic. l. c.*
Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 12. n. 5.	*Ehrh. l. c.* n. 17.

Germ. Sand-Rohr.

In arenosis, marinis Wetteraviae (*G. M. S.*), Elect. Hannoverani (*Weber*, *Ehrhart*), Princip. Osnabrugensis (*Wohlleben*), Duc. Oldenburgensis et Bremensis (*Roth*), Holsatiae (*Weber*), Duc. Megapolitani (*Timm*), Pomeraniae (*Weigel*) — prope Berolinum (*Willdenow*), Barby (*Scholler*), Wittebergam (*Schkuhr*), Halam Sax. (*Wohlleben*), Dresdam (*Funk*) — Silesiae (*Krocker*).

Perennis. Flor. Iulio, Augusto.

Radix maxime repens. Culmi bi- vel tripedales, simplices, erecti, rigidi, teretes, leuiter striati, glaberrimi, sub panicula tamen saepe scabri. Folia linearia, longissime acuminata, pungentia, inuoluta, rigida, dorso et ad oras glabra, facie ob neruos eleuatos profunde striata atque hispidula. Vaginae striatae, magis vel minus scabrae, aeque ac culmi et folia, glaucescentes. Ligula elongata, acuminata, bipartita. Panicula subspicata, compacta, stricta, elongata, vtrinque attenuata, 6-8uncialis et longior. Rachis vna cum ramis hispida et striata; inferne semiteres, reliqua parte compresso-angulata. Rami rachi appressi, compresso-angulati: inferiores et superiores breuiores; medii longiores et magis diuisi. Calices quam in praecedentibus magis compressi, vniflori, nitidi, straminei, neruo carinali viridi, glumis lanceolatis, acutis, scabriusculis, carina superiori parte hispidis: exteriori vninerui; interiori (quod huic et duabus sequentibus proprium est) paulo maiori,

neruis tribus diſtincta. Corolla calice paulo minor, opaca, ſcabriuſcula; gluma exterior quinqueneruis, mutica, ſed apice ſubinde breuiſſime mucronata, mucrone ex inciſura e neruo carinali oriente; interior parum minor et anguſtior, 4neruis, apice 4dentata, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos hiſpidula. Pili baſi coniuncti, corolla triplo breuiores. — Variat vaginis purpuraſcentibus.

Obſeruante Cl. *Rothio* huius graminis flores vſtilagine maxime inficiuntur.

12. ARVNDO *baltica*, panicula ſubſpicata lobata, calicibus acuminatis, pilis corolla duplo breuioribus, foliis inuolutis.

Arundo baltica. *Flügg. Mſpt.*
Ic. *Noſtr. t. 5. f. 3.*

Germ. Oſtſee-Rohr.

In litoribus maris baltici prope Svienemünde (*Flügge*).

Perennis. Flor. Iulio.

Dubia adhuc ſpecies, cuius ſpecimen incompletum in Herbario amiciſſimi *Flüggii* videre licuit. In multis cum *arenaria* conuenit, differt vero panicula craſſiori, lobata; ramis inaequalibus, minus contractis; glumis calicinis acutioribus; interiori neruis lateralibus euidentioribus percurſa; pilis corolla duplo tantum breuioribus.

Praecedente ad terram firmandam multo aptior habetur. — Arundo *arenariae* affinis, cuius mentionem facit Cl. *Timm* in *Siemss. Mekl. Magaz.* 2. p. 237. eadem cum noſtra planta videtur.

†† *Calices multiflori.*

13. ARVNDO *Phragmites*, calicibus ſubquinquefloris, floſculis calicem excedentibus.

Arundo Phragmites. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 454. *Koel. Gram.* p. 272. *Smith. Britan.* 1. p. 144. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 53. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 147. *Pollich. Palat.* n. 127. *Leers. Herborn.* n. 94. *Scop. Carn.* n. 128. — *Engl. Bot. Ehrh. Gram.*

Arundo foliis ſecantibus, locuſtis trifloris, pappoſis, muticis. *Hall. Helv.* n. 1515.

Arundo vulgaris ſ. Phragmites Dioſcoridis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 161.

Arundo vulgaris paluſtris. *Moris. Hiſt.* 3.

Arundo vulgaris paluſtris. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 485. c. ic.

Arundo vulgaris. *C. Bauh. Theatr.* p. 269. c. ic.

Calamos: Arundo Vallatoria, ſiue Phragmites Dioſc. *Lob. Ic.* 1. p. 51. *Ejusd. Hiſt.* p. 28. c. ic.

Ic. *Noſtr. t.* 5. *f.* 4.
Engl. Bot. t. 401.
Schkuhr. l. c. t. 18.
Leers. l. c. t. 7. *f.* 1.
Scheuchz. l. c. t. 3. *f.* 14. D.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 8. *f.* 1.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Lob. Ic. et Hiſt. l. c.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 108.

Germ. Gemeines Rohr, (Rohrſchilf).

In foſſis, lacubus, paludibus, ad fluuiorum ripas; etiam in pratis vdis.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix longe lateque repens. Culmi humanae altitudinis, plerumque ſimplices, ſtricti, firmi, teretes, ſtriati, glabri. Folia lanceolata, in acumen longum definentia, plana, ſicca inuoluta, rigida, ad oras hiſpida, dorſo glauceſcentia, facie viridia et neruis eleuatis percurſa. Vaginae ſtriatae, glabrae. Ligulae loco ſeries pilorum breuium. Panicula diffuſa, ramoſiſſima, pedalis, ſeſquipedalis; primo erecta, dein ſaepe cernua. Rachis ſtriata, ſcabriuſcula; inferne ſemiteres, ſuperne angulata. Rami angulati, magis vel minus ſcabri, aeque ac ramuli, ad baſin pilis longis, niueis ſtipati. Calices circiter 5-6flori, glumis trineruibus, acutis, fuſceſcentibus: exteriori minori, ouato-lanceolata; interiori duplo maiori, lanceolata. Floſculi calice multo longiores, mutici: infimo nudo, reliquis pilis niueis, diſtichis, axi inſidentibus, et glumam corollinam exteriorem aequantibus cincti. Gluma corollina exterior lanceolato-acuminata, ad ſuperiorem marginis et carinae partem tantum hiſpidula, vnineruis, purpurea; gluma in-

terior triplo minor, albida, apice bifida, ad flexurae angulos fubhifpida.

In locis minus humidis culmi multo humiliores et fteriles.

14. ARVNDO *Donax*, calicibus fubtrifloris, flofculis calicem aequantibus.

Arundo Donax. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 454. *Koel. Gram.* p. 275. *Scop. Carn.* n. 127. — *Schleich. Plant. Rar.*

Arundo caule lignofo, geniculato, foliis latiffimis, locuftis trifloris. *Hall. Helv.* n. 1516.

Arundo fatiua, quae Donax Diofcoridis. *Mor s. Hift.* 3. *Scheuchz. Agroft.* p. 159.

Arundo maxima et hortenfis. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 486. c. ic.

Arundo fatina. *C. Bauh. Theatr.* p. 271. c. ic.

Arundo Donax fatiua, fiue Cypria. *Lob. Ic.* 1. p. 51. *Ejusd. Hift.* p. 28. c. ic.

Ic. *Scheuchz. l. c.* t. 3. *f.* 14. A - C.
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 8. *f.* 5.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Lob. Ic. et Hift. l. c.

Exf. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 20.

Germ. Zahmes Rohr.

In Litorali in paluftribus Aquileienfibus. In Iftria in fimilibus locis circa Cepichi, et inter Novacum et Pilinum, alibique (*Scopoli, Hoft*).

Perennis. Flor. Augufto.

Culmi quam in praecedente craffiores, duriores, fere lignefcentes et pluribus geniculis intercepti; folia latiora, rigidiora, margine magis hifpida; panicula maior; rachis rigidior et vna cum ramis magis hifpida. Praecipue vero florum ftructura diftinguitur, glumae enim calicinae fubaequales, acutiores et purpurafcentes. Flofculi 2 - 3, vix calicem excedentes. Corolla albida; gluma exterior glumae calicinae conformis, exteriori parte pilis copiofis veftita, trineruis, apice bifida, laciniis acuminatis, infra incifuram arifta breui, hifpidula, ex neruo intermedio oriente, inftructa; interior duplo minor, apice obtufa et denticulata, ad flexurae angulos hifpidula.

48. SACHARVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 104. Iuſſ. Gen. p. 30. Vent. Tabl. 2. p. 98. Gaertn. Fruct. 2. p. 11. t. 82.

Cal. biualuis, vniflorus, extus lanugine ſericea veſtitus *Cor.* biualuis. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. SACHARVM *cilindricum*, panicula ſubſpicata cilindracea, foliis conuolutis, floribus diandris.

Sacharum cylindricum. *Lamarck. Encycl.* 1. p. 588. *Ejusd. Illuſtr.* n. 769. *Desfont. Atlant.* 1. p. 54. *Swartz. in Schrad. Diar. Bot.* 1799. 2. p. 21.

Sacharum ſisca. *Cavan. Ic.* 3. n. 319.

Calamagroſtis Lagurus. *Koel. Gram.* p. 112.

Imperata arundinacea. *Cyrill. Ic. Rar.* 2. p. 26.

Lagurus cilindricus. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 120. *Gerard. Prov.* p. 104.

Gramen tomentoſum creticum ſpicatum, ſpica purpurea. *Scheuchz. Agroſt.* p. 57.

Gramen pratenſe alopecurum ſericea panicula. *Barrel. Ic.*

Alopecuros maritima repens ſpica longiore. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen Alopecuros ſpica longa tomentoſa candicante. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 474. c. ic.

Gramen tomentoſum, Alopecuros, vera Plinii et Theophr. *Dalech. Hiſt.* 1. p. 430. c. ic.

Ic. *Cavan. l. c. t.* 292.
Lamarck. Illuſtr. l. c. t. 40. *f.* 2.
Cyrill. l. c. t. 11.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 4. a.
Barrel. l. c. t. 11.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 4. *f.* 4.
I. Bauh. l. c.
Dalech. l. c.

Germ. Cilindriſches Zuckerrohr.

In Iſtriae oliuetis, ad vineas, ſepes (*Hoſt*).

Perennis. Flor. aeſtate.

Radix longe lateque repens. Culmi pedales, ſeſquipedales, erecti, teretes, ſtriati. glaberrimi, ſimplices aut ad genicula inferiora vno alteroue ramo aucti. Folia erecta, linearia, longe acuminata, facie praeſertim ſtriata, margine ſcabra, ex glauco viridia,

rigida, plus minus conuoluta: culmea duo vel tria, breuiſſima; inferiora et faſciculorum multo longiora. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae, virides, quandoque, vt culmi, leui purpura ſuffuſae. Ligulae loco pilorum ſeries. Panicula ſubſpicata, cilindracea, erecta, ſericea, bi-triuncialis et longior. Rachis glabra; inferne ſemiteres, ſuperne cum ramis angulata. Rami flexuoſi, glabri, in plures ramulos diuiſi. Floſculi mutici, pedicellis breuibus, incraſſatis inſidentes. Glumae calicinae ſubaequales, tenuiſſimae, lanceolatae, acutae, compreſſae, carinatae, vninerues, albidae, dorſo purpuraſcentes, lanugine breui ſericea, verſus baſin vero pilis concoloribus, calice ipſo duplo triploue longioribus tectae. Corolla calice minor, glumis inaequalibus, diaphanis: exteriori maiori, apice pilis breuibus ſtipata; interiori minori, ciliata. Stamina duo, rarius tria. Piſtilla duo. Stigmata ſtilo duplo longiora. Semen liberum, corolla tectum.

Piſtillum vnum deſcripſit et depinxit *Cyrilli* l. c.; ipſe vero in omnibus floſculis piſtilla duo diſtincta vidi. Eundem etiam numerum obſeruarunt VV. Cl. *Desfontaines*, *Cavanilles* aliique.

Variat ſubinde foliis latioribus.

Sacharum ſpicatum Thunb. (*Sach. Thunbergii Retz.*) huic proximum, differt foliis planis, geniculis villoſis aliisque notis. Cf. *Swartz.* l. c.

49. LAGVRVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 123. Iuſſ. Gen. p. 30. Vent. Tabl. 2. p. 98. Gaertn. Fruct. 1. p. 3. t. 1.

Cal. biualuis, vniflorus, valuulis ſingulis in ariſtam villoſam deſinentibus. *Cor.* valuula exterior ariſtis duabus terminalibus, tertia dorſali retorta. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. LAGVRVS *ouatus.*

Lagurus ouatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 453. *Hoſt. Gram.* 2. p. 34. *Koel. Gram.* p. 113. *Smith. Britan.* 1. p. 143. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 52. *Schreb. Gram.* 1. p. 143. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Gramen alopecuros, ſpica rotundiore. *Mont. Prodr.* p. 59

Gramen ſpicatum tomentoſum longiſſimis ariſtis donatum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 58.

Gramen alopecurum molle ſpica incana. *Barrel. Ic.*

Alopecuros ſpica rotundiore. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen alopecuros ſpica rotundiore. *C. Bauh. Theatr.* p. 56. c. ic.

Gramen alopecuroides ſpica rotundiori. *C. Bauh. Pin.* p. 4.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1334.
Hoſt. l. c. t. 46.
Schreb. l. c. t. 19. *f.* 3.
Schkuhr. l. c. t. 17.
Mont. l. c. f. 87.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 4. B. C.
Barrel. l. c. t. 116. *f.* 1. 2.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 4. *f.* 1.
C. Bauh. l. c.

Exſ. *Dicks. l. c.* 7. n. 1.

Germ. Eiförmiges Sammtgras.

In Iſtriae maritimis ad vineas, vias, in oliuetis praecipue prope Pola, Rovigno (*Hoſt*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi pedales, ſeſquipedales, geniculati, ad vnum alterumue geniculum ſaepe infracti, ceterum erecti, teretes, ſtriati, pubeſcentes, ſimplices aut inferiori parte ramoſi. Folia, vt vaginae, molliſſime pubeſcentia, plana: ſuperiora ſenſim minora latioraque. Vaginae teretes, ſtriatae: ſuperioribus ſubuentricoſis. Ligula breuis, obtuſa, pubeſcens. Panicula ſubſpicata, ouata, rarius oblongo-ouata, obtuſa, multiflora, molliſſima, albida, aut ex rufeſcenti-alba; primo erecta, dein cernua. Rachis pilis breuibus inſperſa; inferne ſemiteres; reliqua parte angulata. Rami conferti, pariter angulati et pubeſcentes: intermedii in plures ramulos diuiſi; reliquis breuioribus, ſubſimplicibus. Floſculi lineari-lanceolati, nitidi, ariſtati. Glumae calicinae corolla maiores, ſubaequales, compreſſae, carinatae, diaphanae, neruo viridi notatae, dorſo villoſae, in ariſtam pilis denſis, longioribus, obſeſſam attenuatae. Gluma corollina exterior ſubcompreſſa, ſcabriuſcula, quinqueneruis, triariſtata, ariſtis duabus terminalibus, nudis, rectis, glumam fere aequantibus; tertia dorſali infra apicem proueniente, longiori, pariter pilis

deſtituta, primo recta, dein retorta. Interior gluma exteriori multo minor, mutica, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Semen liberum, corolla tectum.

50. STIPA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 121. Iuſſ. Gen. p. 30. Vent. Tabl. 2. p. 98.

Cal. biualuis, vniflorus. *Cor.* valuula exterior ariſta terminali, longiſſima, baſi articulata. *Sem.* liberum, corolla demum indurata tectum.

1. STIPA *pennata*, ariſtis plumoſis.

Stipa pennata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 440. *Koel. Gram.* p. 72. *Smith. Britan.* 1. p. 138. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 94. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 49. *Pollich. Palat.* n. 120. *Scop. Carn.* n. 122.

Stipa ariſtis plumoſis. *Hall. Helv.* n. 1514.

Gramen auenaceum ſpecioſiſſimum pennatis ariſtis donatum. *Mont. Prodr.* p. 57.

Gramen ſpicatum ariſtis pennatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 153.

Gramen ſparteum pennatum maius. *Barrel. Ic.*

Avena capillacea auſtriaca ariſtis longiſſimis pennatis. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen pennatum, aliis ſpartum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 512. c. ic.

Gramen ſparteum pennatum. *C. Bauh. Theatr.* p. 71. c. ic.

Spartum auſtriacum pennatum. *Clus. Hiſt.* 2. p. CCXXI. c. ic.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 16. *Mont. l. c. f.* 68. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 13. B. *Barrel. l. c. t.* 46. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 9. *I. Bauh. l. c. C. Bauh. l. c. Clus. l. c.*

Germ. Fedriges Pfriemengras.

In montoſis, collibus, apricis, arenoſis, ſiccis Circ. Auſtriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoſt*), Bavariae (*Schrank*), Sveviae (*Schreckenſtein*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*), Princip. Baruthini (*Funk*), Elect. Hannoverani (*Ehrhart*), Hercyniae (*Weber*) — prope Erfordiam (*Bernhardi*), Ienam (*Funk, Graumüller*), Geram (*T. C. Hoppe*), Lipſiam (*Baumgarten*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Wittebergam (*Schkuhr*), Barby

(*Scholler*), Berolinum (*Willdenow*) — Neomarchiae (*Rebentifch*), Lufatiae? (*Gemeinhardt*), Sileliae (*Mattufchka*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix e fibris tortuofis, duriufculis, plures culmos atque foliorum fafciculos, in cefpitem denfum vnitos fuftinens. Culmi fefquipedales, bipedales, in folo fertiliori altiores, erecti, teretes, rigidi, ftriati, glabri, geniculis duobus vel tribus intercepti. Folia rigida, fcabra, glauca, facie praeprimis ftriata: culmea linearia, planiufcula vel canaliculata, dein conuoluta: fafciculorum complicato-fetacea, tenuiora, longiora (pedalia, faepius fefquipedalia) patentiffima. Vaginae concolores, longiffimae, teretes, ftriatae, glabrae, fubinde fcabriufculae. Ligula breuiffima, truncata; iuuenilis integra, adultior fiffa. Panicula pedalis, fefquipedalis; inferne vagina inclufa; fuperne patens vel a flofculorum inferiorum ariftis obuoluta et contracta. Rachis, vt rami, rigida, fcabriufcula, faepius glabra; inferiori parte femiteres; reliqua parte angulofa. Rami breues, flexuofi, plerumque glabri, fimplices immixtis nonnullis ramofis, vel omnes indiuifi: inferiores binati aut ternati; fuperiores folitarii. Spiculae 6-8 lineas longae, acutae, fubcompreffae, vniflorae, laeues, nitidae, e viridi flauefcentes. Glumae calicinae corolla paulo maiores, fubaequales, lanceolatae, margine fcariofae, fubcompreffae, apice in ariftam tenuiffimam, membranaceam, laeuem, gluma longiorem definentes: altera f. maiori neruis 5 vel 7, altera 3, rarius 4 notata. Corollinae glumae lanceolatae, acutae, dorfo conuexae, enerues, demum induratae et femen maturum includentes; exterior bafin verfus pilis breuibus, fericeis ftipata, apice terminata arifta rigidula, longiffima, fere pedali, primo erecta, dein nutanti-recurua, infra geniculum torta et nuda, reliqua parte pilis patentibus, mollibus, furfum decrefcentibus veftita. Interior gluma minor, anguftior, mutica et nuda.

Et huius et fequentis fpeciei icon bona eft maxime defideranda, cum omnes, quae extant, nifi malae, faltem tamen mediocres funt.

2. STIPA *capillata*, ariſtis nudis.

Stipa capillata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 441. *Koel. Gram.* p. 75. *Schrad. Spicil.* p. 5. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 95. *Pollich. Palat.* n. 121. — *Ehrh. Phyt.*

Stipa ariſtis nudis, incuruatis, calycibus ſemine longioribus. *Hall. Helv.* n. 1513.

Feſtuca iunceo folio. *Scheuchz. Agroſt.* p. 151.

Gramen Aegylops, bromoides Tabern. longiſſimis ariſtis. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 512. c. ic.

Feſtuca longiſſimis ariſtis. *C. Bauh. Theatr.* p. 153. c. ic.

Aegylops quarta Bromoides prima. *Tabern. Kräuterb.* p. 545. c. ic.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 13. A. *C. Bauh. l. c.*
I. Bauh. l. c. *Tabern. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 91.

Germ. Haarförmiges Pfriemengras.

In eodem ſolo, vt antecedens, in Circul. Auſtriaco (*Scopoli*, *Jacquin*, *Hoſt*), Princip. Baruthino (*Funk*) et Wirzburgenſi, Comit. Werthemenſi (*Wibel*), Palatinatu (*Pollich*), Wetteravia (*G. M. S.*), Elect. Hannoverano (*Ehrhart*), Hercynia (*Haller, Sr.*) — prope Vinariam (*Denſtedt*), Erfordiam (*Bernhardi*), Ienam (*Rupp*, *Funk*, *Graumüller*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Barby (*Scholler*), Lipſiam (*Böhmer*, *Baumgarten*) — in Neomarchia (*Rebentiſch*), Sileſia (*Mattuſchka*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Differt a priori radice ceſpitem denſiorem proferente; culmis rigidioribus, plerumque craſſioribus, geniculis pluribus diſtinctis; foliis facie pubeſcentibus; ligula elongata, in vaginis ſuperioribus acuminata; panicula e ramis pluribus ramoſis et longioribus compoſita; rachi ramisque plus minus ſcabris; calicibus carina ſcabriuſculis et in ariſtam gluma breviorem attenuatis; corolla calice multo minori; gluma corollina exteriori neruis quinque obſoletis notata; ariſta corollina breuiori, nuda, ſcabra, demum curuata.

In culta planta omnia maiora, ſuperficies magis ſcabra, et panicula demum tota explanata et vagina denudata.

Stipa iuncea omnium autorum Florae Germanicae eſt eadem planta cum *St. capillata;* et nullus dubito, quin etiam huc pertineant allata SCHEUCHZERI et BAUHINI ſynonyma. Feſtucam longiſſimis ariſtis *Bauh. Pin.* p. 10. et *Theatr.* p. 153. ab eiusd. Feſtuca iunceo folio non diuerſam eſſe, poſt SCHEUCHZERUM bene etiam monuit HALLERUS.

51. ANDROPOGON Swartz.

Flor. polygami. *Hermaphrod. Cal* biualuis, vniflorus. *Cor.* biualuis, valuula altera ariſtata, ariſta terminali vel e fiſſura valuulae egrediente. *Masculi* ſubmutici, pedunculati, ſolitarii vel gemini, hermaphrodito adſtantes. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. ANDROPOGON *diſtachyos*, racemis ſpicatis geminatis.

Andropogon diſtachion. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 302. *Koel. Gram.* p. 118. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 510. *Desfont. Atlant.* 2. p. 377. *Jacq. Collect.* 1. p. 165. *Ejusd. Ic. Rar.* 3. *Gerard. Prov.* p. 106. — *Schleich. Plant. Rar.*

Andropogon ſpicis geminis, bifloris, alterne muticis. *Hall. Helv.* n. 1415.

Gramen ſecalinum maritimum, ſpica gemina. *Zannich. Iſt.*

Gramen dactylon, ſpica gemina. *Scheuchz. Agroſt.* p. 95.

Gramen bicorne diſtachyophoron. *Bocc. Sicil.* p. 20.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 342. a. *Zannich. l. c. t.* 36.
Jacq. Ic. t. 630. *Bocc. l. c. t.* 11.
Gerard. l. c. t. 3. *f.* 2,

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 100.

Germ. Zweiährige Bartgras.

In graminoſis agri fluminenſis (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi plures, ſeſquipedales, bipedales et nonnunquam altiores, erecti toti aut vno alteroue geniculo tantum infracti, teretes, ſtriati, glabri, plerumque ſimplices. Folia linearia, acuminata, mar-

gine ſcabra, vtrinque pilis ſparſis obſeſſa, ad vaginae exortum, praeſertim externe, pilorum barba ſtipata. Vaginae teretes, ſtriatae. Ligula obtuſa, ciliata. Racemi ſpicati, gemini, ſubaequales, acuti, teretiusculi, dein patentes. Rachis compreſſa, articulata, margine alternatim villoſa. Floſculi alterni, rachi appreſſi, approximati, geminati: altero ſ. inferiori ſeſſili, hermaphrodito; altero pedicellato, laterali, minori, masculo. Pedicelli incraſſati, margine pilis patentibus, ſericeis villoſi. Hermaphroditi calix vniflorus, biualuis; gluma exterior lanceolata, acuminata, indiuiſa vel bifida, mutica, dorſo conuexa, multineruis, pilis breuibus appreſſis tecta, viridis, margine apicem verſus ſcarioſa et purpuraſcens; interior minor, compreſſa, carinata, tenuior, diaphana, tribus tantum neruis notata, margine ciliata, ſub apice ariſtata, ariſta patente, glumam ipſam fere aequante. Corolla biualuis, tenuiſſima, diaphana, calice minor: altera lineari-lanceolata, acuta, ſaepius bifida, mutica, margine, imprimis baſin verſus, inflexa, ciliata; altera vltra medium bifida, ex fiſſura ariſtam exſerens geniculatam, gluma multo longiorem. Masculi calix vniflorus, biualuis: gluma exteriori ſub apice bifido ariſta parua inſtructa: interiori paulo minori, planiuſcula, acuta, rarius inaequaliter bifida, mutica. Corolla biualuis, mutica, gluma altera margine inflexa, altera plana. Reliqua cum flore hermaphrodito conueniunt. Semen, vt in ſequentibus, liberum et corolla tectum.

Scheuchzeri ſynonymum a Linnaeo ſub *A. hirto* et iterum ſub *diſtachyo* citatum, potius ad poſteriorem ſpeciem pertinere videtur.

2. ANDROPOGON *Iſchaemum*, racemis ſpicatis pluribus.

Andropogon Iſchaemum. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 305. *Hoſt. Gram.* 2. p. 3. *Koel. Gram.* p. 119. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 511. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 546. *Schreb. Gram.* 2. p. 66. *Jacq. Auſtr.* 4. p. 43. *Pollich. Palat.* n. 935. *Scop. Carn.* n. 1237. — *Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Andropogon ſpicis villoſis ſeptenis, loculis bifloris, floribus alternis ſeſſilibus. *Hall. Helv.* n. 1414.

Gramen dactylum ſpicarum ariſtis geniculatis. *Barrel. Ic.*

Gramen digitatum hirfutum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 445. c. ic.

Gramen dactylon fpicis villofis. *C. Bauh. Theatr.* p. 117. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 94.

Ifchaemum fecundum. *Tabern. Kräuterb.* p. 534. c. ic.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 3.
Schkuhr. l. c. t. 342. b.
Schreb. l. c. t. 33.
Jacq. l. c. t. 384.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 11. A. B.
Barrel. l. c. t. 753. *f.* 2.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Tabern. l. c.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 12.

Germ. Vielähriges Bartgras.

In collibus, aggeribus, pratis aridis, ad vias Circul. Auftriaci (*Scopoli*, *Jacquin*, *Hoſt*), Bavariae prope Traunftein, Schwabing, Neuburg (*Schrank*), Ratisbonam (*Hoppe*), Sveviae (*Schreckenſtein*) — prope Norimbergam (*Panzer*) — Princip. Baruthini (*Elwert*), Comit. Werthemenfis (*Wibel*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*) — prope Neowidam ad ripas Rheni (*Albertini*, *Curie*), Quedlinburgum (*Arnal*) — Thuringiae (*Bernhardi*) — prope Vinariam (*Denſtedt*), Ienam (*Rupp*, *Graumüller*), Halam Saxon. (*Leyſſer*), Lipfiam (*Schreber*), Dresdam (*Erdmann*, *Gerlach*) — Bohemiae (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix fibrofa, denfum cefpitem culmorum et foliorum fafciculorum fuftinens. Culmi fefquipedales circiter, rigiduli, laeues, glaberrimi, adfcendentes et ex geniculis terrae appreffis faepe radices ramosque protrudentes; fuperne teretes, inferne plerumque teretiufculi vel femiteretes. Genicula plura, purpurafcentia. Folia linearia, acuminata, carinata, rigidula, erecta vel apice reflexa, margine et fuperne ad carinam fcabra, interne ad ligulae exortum pilorum fafciculo barbata, reliqua parte pilis fparfis obfeffa; aliqua faepe purpurafcentia. Vaginae compreffae, glabrae, vix ftriatae. Ligulae loco pilorum breuium feries. Rami fpicati a 5 ad 7, rarius plures, lineares, anguftiffimi, breuiter pedunculati, oppofiti et alterni, aut toti purpurei, vel ex purpurafcente

et viridi varii; ſub antheſi patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Rachis communis compreſſa, glabra. Rachis propria articulata, articulis pariter compreſſis et vna cum pedicellis vtrinque margine piloſis. Floſculi alternatim rachi propriae affixi, compreſſi, baſi pilis breuibus cincti, geminati: altero ſeſſili, hermaphrodito, ariſtato; altero pedicellato, laterali, maſculo, mutico, minori. Pedicelli quam in praecedente paulo longiores, hinc floſculi minus approximati. Hermaphroditi calix vniflorus, muticus, biualuis: valuula ſ. gluma exteriori oblonga, planiuſcula, multinerui, apice ſubinde fiſſa, ad oras ſuperiori parte obſolete ciliata; interiori paulo longiori, acutiori, tenuiori, tribus tantum neruis notata, apicem verſus compreſſa et carina ciliata. Corolla biualuis, tenuiſſima, calice minor; exteriori lanceolata, acuta, mutica, ſuperne ciliata, albida; interiori duplo minori, lineari, purpuraſcente, apice in ariſtam deſinente concolorem, gluma ipſa triplo vel quadruplo longiorem, primo rectam, dein geniculatam et infra geniculum tortam. Maſculi glumae calicinae fere vt in hermaphrodito, ſed exterior apice ſaepe bi- vel tridentata et interior tota plana, nec apice compreſſa. Corolla vniualuis, glumae calicinae muticae hermaphroditi floſculi ſimilis.

3. ANDROPOGON *Gryllus*, paniculae ramis ſimpliciſſimis trifloris.

Andropogon Gryllus. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 299. *Hoſt. Gram.* 2. p. 1. *Koel. Gram.* p. 116. *Desfont. Atlant.* 2. p. 378. *Scop. Carn.* n. 1235. *Amoenit. Acad.* 4. p. 332.

Phoenix ſpica laxa, locuſtis longe petiolatis, quadrifloris, duobus floribus ſeſſilibus, duobus petiolatis. *Hall. Helv.* n. 1412.

Gramen auenaceum locuſtis purpureis. *Zannich. Iſt.*

Gramen ſparteum feſtuceum ſeu Aegilops ſpartea villoſa. *Barrel. Ic.*

Aegilops bromoides iuba purpuraſcente. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 436. *Scheuchz. Agroſt.* p. 267.

Feſtuca dumetorum vtriculis lanugine flaueſcentibus: Aegilops Dioſcoridis. *C. Bauh. Theatr.* p. 149. c. ic.

Ic. *Host. l. c. t.* 1. *Barrel. l. c. t.* 18. *f.* 2.
Zannich. l. c. t. 135. *C. Bauh. l. c.* (excl. flore feorfim picto).
Scheuchz. l. c. t. 6. *f.* 1.

Germ. Purpurrothes Bartgras.

In pratis, collibus, ad vias Litoralis, Iftriae, Foriiulii, Tyrolis (*Scopoli*, *Host*).

Perennis. Flor. Iunio ad Auguftum.

Radix e fibris plurimis, tenacibus compofita. Culmi bi-tripedales, rarius altiores, erecti, rigidi, vix ftriati; inferne fubcompreffi et glabri, fuperne magis teretes et plerumque pube breui veftiti, geniculis 4-5 et pluribus, faepe purpurafcentibus. Folia linearia, acuminata, carinata, apice reflexa, ad oras et fupremam carinae partem fcabra, ciliata et pilis fparfis albis, imprimis dorfo, obfeffa; iuniora quandoque rugofa. Vaginae tereliufculae, parum fcabrae, nudae, aut paucis pilis infperfae. Ligula breuiffima, truncata, ciliata. Panicula erecta. Rachis angulata, ftriata, vna cum ramis, plus minus villofa aut pubefcens, rarius glabra. Rami plerumque verticillati, fimplices, tenuiffimi, filiformes, fubflexuofi, apice incraffati, fub antheli patentes: finguli tribus flofculis terminati. Flofculi lanceolati, nitidi, ex viridi purpurei: intermedio fubfeffili, hermaphrodito, bafi pilis fuluis aut rufefcentibus cincto; lateralibus pedicellatis, mafculis, nudis. Pedicelli flofculo hermaphrodito appreffi, tenues, incraffati, glabriufculi, latere interiori plani, exteriori conuexi. Hermaphroditi calix vniflorus, biualuis, valuis lanceolatis, coriaceis, margine membranaceis: exterior acuta, mutica, dorfo conuexa, marginem verfus compreffa, obfolete feptemneruis, neruo laterali vtrinque fetis paruis, rigidulis exafperato; interior paulo breuior, obtufior, fuperne compreffa et carinata, carina ciliata, obfolete quinqueneruis, neruo dorfali in ariftam tenuem, rectam, gluma fua duplo fere longiorem exeunte. Corolla e glumis tribus inaequalibus, compreffis, tenuiffimis, ciliatis, purpurafcentibus; exterior lanceolata, acutiufcula, mutica; interior anguftior, apice ariftata, arifta longiffima, primo recta, dein geniculato-inflexa et infra geniculum cum fuperiori glumae parte

torta; intermedia minor, obtufior, mutica et plerumque apice lacinulata. Masculi glumae calicinae duae, acuminatae, conuexae, nudae, minus coriaceae: exteriori in ariftam tenuem, gluma fua breuiorem attenuata; interiori paulo minori, mutica. Corolla fere vt in hermaphrodito, fed glumae omnes muticae.

In fpeciminibus quatuor flofculis inftructis, flofculi duo feffiles ac hermaphroditi et totidem pedicellati masculi. Haec a *Scheuchzero* et *Hallero* obferuata varietas, rarius in Germania occurrit.

4. ANDROPOGON *arundinaceus*, panicula ramofa multiflora.

Andropogon arundinaceum. *Scop. Carn.* n. 1236.

Holcus halepenfis. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 307. *Hoft. Gram.* 1. p. 1. *Mieg. in Act. Helv.* 8. p. 123. *Schreb. Gram.* 1. p. 129.

Blumenbachia haleppenfis. *Koel. Gram.* p. 29.

Gramen arundinaceum, paniculatum, locuftis partim muticis partim ariftatis. *Scheuchz. Agroft.* p. 509.

Gramen paluftre arundinaceum milii panicula femine phalaridis. *Barrel. Ic.*

Gramen arundinaceum halepenfe tragopogonis folio panicula miliacea. *Pluk. Phyt.*

Gramen paniculatum arundinaceum fyriacum. *Moris. Hift.* 3.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 1. *Barrel. l. c. t.* 8. mala.
Mieg. l. c. f. 2. *Pluk. l. c. t.* 32. *f.* 1.
Schreb. l. c. t. 18. *Moris. l. c. fect.* 8. *t.* 6. *f.* 26.
Scheuchz. l. c. t. 11. *f.* 12-15.

Germ. Rohrblättriges Bartgras.

In vineis, ad fepes alibique in Foriiulio, Litorali et Iftria (*Scopoli*, *Hoft*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix teres, craffa, repens, fquamis tecta, fibras copiofas, imprimis ad culmorum exortum emittens. Culmi plures, bi-tripedales, in fertiliori folo ad 5- vel 6pedalem altitudinem adfcendentes, erecti, firmi, teretes vel ex tereti compreffi, ftriati, glabri, fimplices aut bafi ramofi, geniculis pubefcentibus. Folia lanceolata, longe acuminata, rigidula, plana, bafin

verſus carinata, margine et ſuperiori dorſi parte ſcabra, ad ligulae exortum villoſa, neruo coſtali ſubtus prominente, albido: inferiora longiſſima, bipedalia et vltra; ſuperiora ſenſim breuiora. Vaginae teretiuſculae, ſtriatae, glabrae, ligula breui, crenulata, externe villoſa. Panicula ſemipedalis, pedalis, erecta, laxa, apice ſubinde nutans; ſub antheſi patens, rachi appreſſa ante et poſt antheſin. Rachis flexuoſa, angulata, ſcabra, ad ramorum exortum pube ſericea ſtipata. Rami in plures ramulos diuiſi, multiflori, tenues, flexuoſi, compreſſo-angulati, ſcabri et ſaepe inſuper, imprimis baſin verſus, pilis breuibus inſperſi: inferiores plures, in ſemiuerticillos diſpoſiti; ſuperiores pauciores et plerumque alterni. Floſculi vnilaterales, acuti, nitidi: intermedio ſeſſili, oblongo-ouato, pilis appreſſis, ſericeis veſtito, pallide viridi aut rubello, ariſtato, rarius mutico, hermaphrodito; lateralibus pedicellatis, maioribus, lanceolatis, minus pubeſcentibus, viridi-purpureis, ſemper muticis. In floſculis terminalibus pedicellus vterque floſculum maſculum gerit, in lateralibus alter maſculus, alter ramulus ſpiculis pluribus onuſtus. Pedicelli vt in praecedente, ſed margine vtrinque piloſi. Hermaphroditi calix vniflorus, muticus, biualuis, valuulis oblongo-ouatis, coriaceis, margine membranaceis: exterior marginibus inflexis interiorem, paulo longiorem amplectens, apice bi- vel tridentata, dorſo planiuſcula, ſuperiori parte depreſſa et neruis circiter ſeptem diſtincta, interior anguſtior, acuta, dorſo conuexa, apicem verſus compreſſa et tribus tantum neruis notata. Corolla biualuis, tenuiſſima, calice minor, valuula exteriori conuexa, ciliata, apice fiſſa, rarius mutica, plerumque vero ex fiſſura ariſtam exſerente longiſſimam, tortam, primo rectam, dein geniculato-reflexam; interior maior, apice indiuiſa, dorſo plana, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Maſculi glumae calicinae longiores, lanceolatae, acutae, membranaceae, neruis euidentioribus percurſae: exteriori nouemnerui, dorſo plana, marginibus inflexa, ciliata; interiori paulo minori, anguſtiori, neruis quinque notata, dorſo conuexa, apicem verſus compreſſa et carinata. Corolla vt in hermaphrodito, ſed ſemper mutica.

52. PANICVM.

Flor. polygami. *Cal.* biualuis, biflorus, flofculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Cor* biualuis, mutica v. apice ariftata: neutrius 1-2-valuis. *Sem.* corolla cartilaginea corticatum.

1. PANICVM *verticillatum*, panicula fubfpicata cilindracea, inuolucellis deorfum hifpidis, hermaphroditi corollis laeuiufculis.

Panicum verticillatum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 334. *Hoft. Gram.* 2. p. 11. *Koel. Gram.* p. 8. *Smith. Britan.* 1. p. 64. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 69. *Pollich. Polat.* n. 57. *Schreb. Spic.* n. 970. — *Engl. Bot. Curt. Lond.*

Panicum fpica vnica, paniculata, fetis paucioribus. *Hall. Helv.* n. 1543.

Gramen geniculatum, Tabern. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 469. c. ic.

Gramen paniceum fpica afpera. *C. Bauh. Theatr.* p. 139. c. ic. *Moris. Hift.* 3. *Scheuchz. Agroft.* p. 47.

Gramen geniculatum tertium. *Tabern. Kräuterb.* p. 516. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 874. *Hoft. l. c. t.* 13. *Curt. l. c. fafc.* 44. *Moris. l. c. fect.* 8. *t.* 4. *f.* 11. *I. Bauh. l. c.* *C. Bauh. l. c.* *Tabern. l. c.*

Germ. Quirlblüthiger Fennich.

In aruis, hortis, vineis alibique.

Annua. Flor. Iulio, Augufto.

Radix fibrofa. Culmi plures in cefpitem coniuncti, rarius folitarii, pedales, fefquipedales, erectiufculi aut bafi tantum incurui, ramofi; inferne ex tereti compreffi, fuperne magis teretes, profundius ftriati atque apicem verfus fcabri. Folia lineari-lanceolata, acuminata, bafi carinata, reliqua parte plana, facie pilis fparfis obfeffa, vtrinque fcabra, ad oras hifpida. Vaginae ftriatae, glabrae: inferiores compreffae; fuperiores teretes. Ligulae loco feries pilorum in vaginae oram decurrentium. Panicula fubfpicata, cilindracea. Rachis profunde ftriata, hifpida; inferne femiteres, reliqua parte, aeque ac rami,

angulato-triquetra. Rami ſubuerticillati, flexuoſi, inaequales, patentes; interne ſpiculas plures gerentes; ſuperne ſenſim breuiores et ſpiculis paucioribus obſeſſi. Spiculae pedicellis breuibus, caliculo cyathiformi terminatis inſidentes, ſubbiflorae, obtuſae, muticae, glabrae, hinc conuexae, inde planae: ſingulae bracteis ſ. inuolucellis ſuffultae. Inuolucella baſi pedicellorum affixa, ſetacea, deorſum hiſpida, ſpiculis longe maiora. Numerus vero harum ſetarum in ſingulis inuolucellis non isdem reperitur; inuolucella enim, quae ad racemorum baſin occurrunt, ſetas plerumque tres, intermedia geminas, ſumma ſolitarias efficiunt. Glumae omnes ouatae. Calicinae membranaceae: altera maiori, obtuſa, dorſo conuexa, quinquenerui; altera triplo minori, acutiuſcula, dorſo plana, tribus circiter neruis notata. Floris hermaphroditi glumae corollinae calicis glumam maiorem longitudine attingentes, obtuſae, cartilagineae, nitidae: exteriori conuexa, quinquenerui, tenuiſſime transuerſim vndulata, interiorem paulo anguſtiorem, planiuſculam marginibus amplexante. Floris neutrius corolla plerumque vniualuis, membranacea, plana, glumae calicinae maiori conformis et concolor. Semen, vt in ſequentibus, corolla cartilaginea corticatum.

2. PANICVM *viride*, panicula ſubſpicata cilindracea, inuolucellis ſurſum hiſpidis, hermaphroditi corollis laeuiuſculis.

Panicum viride. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 335. *Hoſt. Gram.* 2. p. 12. *Koel. Gram.* p. 10. *Smith. Britan.* 1. p. 65. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 69. *Leers. Herborn.* n. 40. *Schreb. Spic.* n. 971. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Schleich. Plant. Rar. Hopp. Herb. Ehrh. Gram.*

Panicum bicolor. *Moench. Meth.* p. 206.

Panicum Crus galli. *Flor. Dan.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 875. *Flor. Dan. t.* 852.
Hoſt. l. c. t. 14. *Leers. l. c. t.* 2. *f.* 2.
Curt. l. c. faſc. 44.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 4. *Ehrh. l. c.* n. 113.
Hopp. l. c. Cent. 3. n. 6.

Germ. Grüner Fennich.

In aruis, cultis, ad vias.

Annua. Flor. Iulio, Augufto.

Praecedenti perquam affine, at pluribus notis diuerfum. Rachis angulato-fulcata, faepe hifpido-villofa. Verticilli confertiores et ramis paucioribus et breuioribus conftantes. Inuolucella bafi pedicellorum affixa, furfum hifpida, ad ramorum, imprimis inferiorum, bafin e fetis 5-7, intermedia e 3-4, terminalia e 1-2 compofita. Inuolucella inferiora plerumque tres, reliqua duas fpiculas fuftinent. Spiculae etiam paulo minores. — Variat, vt in praecedente, modo tantum panicula, modo fpica, vaginis foliisque purpurafcentibus. Subinde quoque occurrit paniculae verticillis remotioribus. A *P. verticillato* haec varietas vel fetis furfum hifpidis haud difficile diftinguitur.

Ex defcriptione huius et praecedentis fpeciei apparet, in earum characterem fpecialem neque fetarum, neque florum f. fpicularum numerum intrare poffe.

3. PANICVM *glaucum*, racemo fpicato cilindraceo, inuolucellis furfum hifpidis, hermaphroditi corollis transuerfim vndulatis.

Panicum glaucum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 335. *Hoft. Gram.* 2. p. 13. *Koel. Gram.* p. 13. (excl. plur. fyn.) *Gaertn. Fruct.* 1. p. 2. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 70. *Leers. Herborn.* n. 39. *Schreb. Gram.* 2. p. 21. *Ejusd. Spic.* n. 972. — *Ehrh. Gram.*

Panicum flauefcens. *Moench. Meth.* p. 206.

Panicum viride. *Pollich. Palat.* n. 58. ex fide Cl. Kochii.

Panicum fpica vnica, flofculis feffilibus folitariis, fetis numerofis. *Hall. Helv.* n. 1542. (excl. fynon.)

Ic. *Gaertn. l. c. t.* 1. *Leers. l. c. t.* 2. *f.* 2. †.
Hoft. l. c. t. 16. *Schreb. Gram. t.* 25.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 103.

Germ. Gelbhaariger Fennich.

In cultis, ad vias.

Annua. Flor. Iulio, Augufto.

Habitus duarum praecedentium, poſteriori tamen proxima. Flores in racemum ſpicatum diſpoſiti. Pedicelli breuiſſimi, vnicam, rarius binas ſpiculas ferentes. Inuolucella ſub apice pedicellorum inſerta, flaua aut luteſcentia, plerumque multiſetoſa, ſetis 9-14. Singula inuolucella ſingulas ſpiculas continent. Spiculae magnitudine *P. verticillati*, floris hermaphroditi corollis luculenter vndulato-rugoſis. Flos neuter ſaepe biualuis, valuula altera multo minori, tenuiſſima, alba.

Inuolucella quandoque purpuraſcentia.

Synonyma veterum botanicorum et huius et praecedentis ſpeciei valde dubia et vix extricanda.

4. PANICVM *hirtellum*, ſpica ſecunda interrupta, foliis ouato-lanceolatis vndulatis villoſis.

Panicum hirtellum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 340. *Swartz. Obſ.* p. 35. *Scop. Del. Inſ.* 3. p. 72. *Wulſ. in Jacq. Collect.* 1. p. 263. *Linn. Amoen. Acad.* 5. p. 391.

Panicum Burmanni. *Schleich. Plant. Rar.*

Panicum vndulatifolium. *Arduin. Spec.* 2. p. 14.

Gramen ſupinum, breui, hirſuto folio, paniculis echinatis ſingularibus. *Bocc. Muſ.*

Ic. *Arduin. l. c. t.* 4. *Bocc. l. c. t.* 55.

Exſ. *Scheich. l. c. Cent.* 3. n. 6.

Germ. Haariger Fennich.

In Foriiulio ad vias alibique (*Arduini, Wulfen*).

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Culmi baſi repentes, reliqua parte adſcendentes, ſemipedales, pedales, ſaepe ramoſi, graciles, ſubtrigoni, ſtriati, villoſi, geniculis pluribus intercepti; primo virides, dein plerumque purpuraſcentes. Folia ouato-lanceolata, ad oras praeprimis ſcabra, pilis breuibus appreſſis inſperſa, plana quidem, ſed transuerſim vndulata: ſuperiora ſenſim anguſtiora et acutiora. Vaginae laxiuſculae, ſtriatae, longius et frequentius piloſae, pilis, aeque ac culmorum, horizontaliter patentibus. Ligula breuiſſima, truncata, ciliata. Spica ſimplex vel baſi vno alteroue ramo aucta, erecta,

ſecunda, interrupta. Rachis vniuerſalis, vt et partialis ramorum (ſi adſunt), ſubflexuoſa, triquetra, denſe villoſa. Spiculae ſubbiflorae, ouatae, acutae, ariſtatae, remotae, alternae, ſecundae, ſub floreſcentia patentes: inferiores ternae aut quaternae, breuius pedicellatae; reliquae geminae, ſubſeſſiles. Glumae calicinae ouatae, membranaceae, carinatae, trinerues, inaequales, apice ariſtatae: altera latiori, obtuſiori, breuius ariſtata; altera minori, anguſtiori, in ariſtam longiſſimam attenuata. Floris hermaphroditi glumae corollinae calice paulo maiores, ouatae, acutae, muticae, cartilagineae, laeuiſſimae, nitidae: exteriori ſubcompreſſa, interiorem anguſtiorem amplectente. Floris neutrius corolla ſubbiualuis, membranacea: exteriori florem hermaphroditum aequante, dorſo planiuſcula, 5nerui, marginibus inflexa, apice ariſtata, ariſta reliquis breuiori; interiori (ſi adeſt) multo minori et tenuiori. Ariſtae omnes glutinoſae et plerumque cum glumis exterioribus magis vel minus purpuraſcentes.

Variat 1. Rachi, vaginis culmisque minus villoſis; 2. Culmis nudiuſculis; 3. Spiculis confertioribus; 4. Glumis villoſis et 5. Ariſtis, ſed rarius, glabris, nec glutinoſis.

Italicam plantam ab occidentali diuerſam eſſe, autumat Cl. *Swartzius;* ſpeciminibus vero vtriusque regionis, cum iis in Valeſia et Foriiulio lectis, comparatis, earum conuenientia elucet. Hinc etiam *Arduini* et *Bocconi* ſynonyma a *Pan. Burmanni Retz.*, cui a *Willdenowio* in *Spec. Plant.* adnumerantur, remouenda et cum *P. hirtello* coniungenda ſunt. *Panicum hirtellum Burm.* ſ. *Burmanni Retz.*, quoad iconem, ſi alias naturae conuenit, a *P. hirtello Linn.* imprimis culmis ſuperne ramoſis et ſpica denſiori terminatis differre videtur; characteres vero, quibus a Cl. *Retzio* hoc gramen diſtinguitur, etiam magna ex parte *hirtello Linn.* proprii ſunt.

5. PANICVM *Crus galli*, panicula ſecunda erecta, ſpiculis approximatis ariſtatis, foliis lineari-lanceolatis nudis.

Panicum Crus galli. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 337. *Koel. Gram.* p. 17. *Smith. Britan.* 1. p. 64. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 72. *Pollich. Palat.* n. 59.

Panicum ſpica ramoſa, ſetis nullis. *Hall. Helv.* n. 1544.

α. Spiculis ſubmuticis.

Panicum Crus galli. *Hoſt. Gram.* 2. p. 15. *Roth.* l. c. α. *Pollich.* l. c. α. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Ehrh. Gram.*

Panicum. *Hall.* l. c. α.

Gramen paniceum, ſpica diuiſa. *Scheuchz. Agroſt.* p. 49.

Gramen paniceum, ſiue Panicum ſylueſtre ſpica diuiſa. *C. Bauh. Theatr.* p. 136. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 876. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 15.
Hoſt. l. c. t. 19. *C. Bauh. l. c.*
Curt. l. c. faſc. 41.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 103.

β. Spiculis ariſtatis.

Panicum Crus galli. *Leers. Herborn.* n. 41. *Roth.* l. c. β. *Pollich.* l. c. β.

Panicum etc. *Hall.* l. c. β.

Gramen paniceum, ſpica ariſtis longis armata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 48.

Gramen paniceum ſpica diuiſa ariſtis longis armata. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen paniceum, ſiue Panicum ſylueſtre ariſtis armatum. *C. Bauh. Theatr.* p. 137. c. ic.

Ic. *Noſtr. t.* 3. *f.* 8. *Moris. l. c. f.* 16.
Leers. l. c. t. 2. *f.* 3. *C. Bauh. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 2. F.

Germ. Hüner-Fennich.

In cultis, ad fimeta, foſſas, fluuios, alibique haud infrequens.

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa, plures culmos et foliorum faſciculos ſuſtinens. Culmi pedales, ſeſquipedales, ramoſi, ſtriati, glabri, inferne compreſſi, ſuperne teretiuſculi, ad genicula inferiora magis vel minus infracti, in ſolo fertiliori altiores et magis erecti. Folia linearia aut lineari-lanceolata, acuta, baſi tantum carinata, ſaepe transuerſim vndulata, vtrinque glabra, ad oras

vero valde ſcabra. Vaginae laxae, compreſſae, ſtriatae, glabrae. Ligula nulla. Panicula erecta, ſecunda; ſub antheſi patens, in ſpicam contracta ante et poſt antheſin. Rachis, vt rami, ſulcata et flexuoſa; inferiori parte glabra aut parum ſcabra, hinc conuexiuſcula, inde canaliculata; ſuperiori parte triquetro-angulata et ad angulos hiſpida. Rami compreſſo-triquetri, angulis hiſpidis, baſi ſetis longis ſtipati: inferiores ſubinde gemini, reliqui ſolitarii. Ramuli conferti, ſecundi, breues, baſi ſetis paucioribus et breuioribus obuallati. Spiculae pedicellis breuiſſimis, ad baſin tuberculis ſetiferis obſeſſis, inſidentes, biflorae, acutae, ſubmuticae, ex viridi magis vel minus in purpureum colorem tendentes, latere altero conuexae, altero planae. Glumae calicinae ouatae, membranaceae, dorſo conuexae, hiſpidae: altera minima, trinerui; altera multo maiori, acutiori, quinquenerui, ſubinde ariſta breui terminata. Floris hermaphroditi glumae corollinae ouatae, glumam calicinam maiorem fere aequantes, obtuſiuſculae, muticae, cartilagineae, laeuiſſimae, nitidae: exteriori conuexa, neruis 5, obſoletis percurſa; interiori anguſtiori, dorſo planiuſcula, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Floris neutrius corolla biualuis, membranacea, planiuſcula: exteriori glumae calicinae maiori ſimili, hiſpida, marginibus inflexa, 5-6nerui, neruo intermedio in ariſtam magis vel minus longam, ſubflexuoſam exeunte; interiori oblongo-ouata, paulo minori, tenuiori, apice bifida, margine obſolete ciliata.

In *β.*, praeter ſpiculas longius ariſtatas, culmi altiores et omnia maiora.

Panicum Crus corui auctorum Flor. Germ., quoad ſpecimina ſicca mecum communicata, omnibus notis *Panico Crus galli* conuenit, nec Linnaeanas plantas, monente *Smithio*, vera differentia intercedit.

6. PANICVM *miliaceum*, panicula laxa nutante, ſpiculis muticis, foliis lanceolatis piloſis.

Panicum miliaceum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 348. *Hoſt. Gram.* 2. p. 16. *Koel. Gram.* p. 21. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 75. — *Plenk. Ic. Medic.*

Milium. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 446. c. ic.
Milium femine nigro fpadiceove. *Ejusd.* l. c.
Milium femine luteo vel albo. *C. Bauh. Theatr.* p. 502. c. ic.
Milium femine nigro. *Ejusd.* p. 505. c. ic.
Milium. *Tabern. Kräuterb.* p. 656. c. ic.
Milium nigrum. *Ejusd.* l. c. c. ic.
Milium. *Lob. Hist.* p. 24. c. ic. *Ejusd. Ic.* 1. p. 39.

Ic. *Host. l. c. t.* 20.
Plenk. l. c. t. 42.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Tabern. l. c.
Lob. Hist. l. c.
Ejusd. Ic. l. c.

Germ. Hirfen-Fennich.
In aruis, ad vias, fimeta alibique.
Annua. Flor. Iulio, Augufto.
Radix e fibris pluribus, tenacibus compofita. Culmi erecti aut geniculis inferioribus tantum reclinati, fimplices et ramofi, firmi, ftriati, glabri, fubteretes aut internodio vno alteroue hinc conuexo, inde planiufculo, fuperne angulati, geniculis pluribus, villofis: florentes fefquipedales, bipedales et ad paniculae exortum vaginis foliorum veftiti; fructiferi altiores et fuperiori parte nudi. Folia quam in praecedentibus maiora atque latiora, lanceolata, acuminata, bafi tantum carinata, modo facie modo vtrinque pilis infperfa, ad oras et fuperiori dorfi parte fcabra. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, fcabrae, pilofae, pilis horizontalibus, tuberculo infidentibus. Ligulae loco pilorum feries. Panicula fere pedalis, ramofiffima, laxa, apice nutans. Rachis ftriata; inferne femiteres, glabra; fuperne fubtriquetra, fcabriufcula. Rami ramulique alterni, flexuofi, angulato-triquetri, fcabri: fuperioribus fenfim minoribus. Spiculae biflorae, ouatae, ventricofae, acutae, muticae. Glumae calicinae ouatae, membranaceae, acutae, fuperne ad neruum carinalem fcabrae, virides vel ex viridi et purpurafcente variae, inaequales: altera f. inferiori minori, neruis quinque notata; fuperiori duplo maiori, neruis pluribus diftincta. Floris hermaphroditi glumae corollinae ouatae, calice minores, obtufae, cartilagineae, laeuiffimae, nitidae: exteriori dorfo conuexa, neruis 5 vel 7 obfoletis per-

curſa; interiori anguſtiori, dorſo conuexiuſcula, neruis 4 obſoletis notata, margine inflexa. Floris neutrius glumae binae, membranaceae: exteriori glumae calicinae maiori conformi et concolore, dorſo planiuſcula, margine florem hermaphroditum amplectente; interiori oblonga, exigua, tenuiſſima, diaphana.
Floris hermaphroditi corolla ſemen maturum obtegens variat colore albo, flaueſcente, fuſco et nigro.

Panicum germanicum, nimis affine *italico*, vix pro mera ſpontanea planta habendum eſt.

53. HOLCVS Swartz.

Flor. polygami. *Cal.* biualuis, bi-triflorus, hermaphroditum cum masculo ſolitario triandro v. cum binis diandris includens. *Cor.* biualuis: masculi ariſta dorſali. *Sem.* corollae membranaceae adnatum v. liberum.

† *Calices biflori.*

1. HOLCVS *avenaceus*, panicula aequali, floſculo hermaphrodito ſuperiori ſubmutico, masculi ariſta geniculata, culmi geniculis glabris, radice nodoſa.

Holcus avenaceus. *Scop. Carn.* n. 1239. *Smith. Britan.* 1. p. 90. (excl. Moris. ſyn. ad ſequent. pertinente). *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 544. — *Engl. Bot.*

Avena elatior. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 443. *Hoſt. Gram.* 2. p. 36. *Koel. Gram.* p. 305. *Pollich. Palat.* n. 122. *Leers. Herborn.* n. 88. *Schreb. Gram.* 1. p. 25. — *Curt. Lond. Ehrh. Gram.*

Avena diantha, folliculis baſi villoſis, maioris ariſta geniculata. *Hall. Helv.* n. 1492.

Gramen avenaceum, elatius, iuba longa, ſplendente. *Scheuchz. Agroſt.* p. 239.

Gramen avenaceum elatius iuba argentea longiore. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 49. — *Schreb. l. c. t.* 1.
Engl. Bot. t. 813. — *Leers. l. c. t.* 10. *f.* 4.
Curt. l. c. faſc. 32. — *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 37.
Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 46.

Germ. Haferartiges Honiggras.

In pratis, paſcuis, pomariis; ad vias.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix magis vel minus nodoſa. Culmi plures, bi-tripedales, in ſolo fertiliori ad quadripedalem altitudinem adſcendentes, erecti vel ad vnum alterumue geniculum inferius inflexi, teretes, ſtriati, glabri, ſimplices. Genicula glabra. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, laxa, ſaturate viridia, facie et ad oras praecipue ſcabra: ſuperiora ſenſim breuiora. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae, ſubinde ſcabriuſculae, ligula breui, obtuſa, ciliata. Panicula erecta vel apice cernua, aequalis; ſub antheſi horizontaliter patens, in ſpicam contracta ante et poſt antheſin. Rachis ſubflexuoſa; inferne ſemiteres, glabra; ſuperne angulata, ſcabra. Rami plures, ſimplices et ramoſi, flexuoſi, angulati, ſcabri. Spiculae lanceolatae, ſubcompreſſae, acutae, vireſcenti-albidae, biflorae. Floſculi calicem vix excedentes, baſi pilis breuibus ſtipati: altero maſculo, ſeſſili, ſupra baſin ariſtam emittente geniculatam, tortilem, floſculo ipſo duplo fere longiorem; altero hermaphrodito, parum eleuato, ſub apice breuiſſime ariſtato. Glumae lanceolatae, acutae. Calicinae ſubcompreſſae, ad carinam ſcabrae, inaequales: ſuperiori maiori, neruis tribus; inferiori minori, neruo vnico diſtincta. Corollinae aequales: exterior ſubcompreſſa, apice plerumque bifida, pilis ſparſis, breuibus obſeſſa, ſeptemneruis, ad neruos ſcabra, neruo intermedio in vtroque floſculo in ariſtam definente; interior anguſtior, apice minus bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Semen corollae adnatum.

Variat quandoque 1. floſculo hermaphrodito et maſculo muticis; 2. Floſculo hermaphrodito tantum mutico et 3. Ariſta vtriusque floſculi longiori.

2. HOLCVS *bulboſus*, panicula aequali, floſculo hermaphrodito ſuperiori ſubmutico, maſculi ariſta geniculata, culmi geniculis villoſis, radice bulbifera.

Avena bulboſa. *Willd. in Nov. Act. Soc. Amic. H. N. Berol.* 2. p. 116.

Avena elatior. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 443. β. *Schreb. Gram.* 1. p. 25. β.

Avena diantha, folliculis basi villosis, maioris arista geniculata. *Hall. Helv.* n. 1492.

Gramen avenaceum elatius radice tuberculis praedita. *Moris. Hist.* 3.

Gramen nodosum avenacea panicula. *C. Bauh. Prodr.* p. 3. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 18. c. ic. *Scheuchz. Agrost.* p. 237. *Mont. Prodr.* p. 53.

Gramen nodosum. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 456. c. ic.

Gramen bulbosum nodosum. *Lob. Ic.* 1. p. 23.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 27. 28. *I. Bauh. l. c.*
Moris. l. c. sect. 8. *t.* 7. *f.* 38. *Mont. l. c. t.* 76.
C. Bauh. Prodr. l. c. *Lob. Ic. l. c.*
Ejusd. Theatr. l. c.

Germ. Zwiebeltragendes Honiggras.

In agris Duc. Brabantiae, Com. Flandriae et Geldriae (*Tabernaemontan* secundum C. Bauhini Theatr. l. c.).

Perennis. Flor. a Maio ad Iulium.

Praecedenti maxime affinis, sed diuersus bulbis duobus vel tribus, altero super alterum, et culmi geniculis villosis; loco etiam differt. — Panicula florens et deflorata omnino vt in *Holco auenaceo*.

Vaginae inferiores quandoque subuillosae.

Koehlerus in *Descript. Gram.* l. c. hanc speciem cum *auenaceo* confudit.

3. HOLCVS *mollis*, panicula aequali, flosculo hermaphrodito inferiori mutico, masculi arista geniculata calicem excedente, radice repente.

Holcus mollis. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 308. *Host. Gram.* 1. p. 3. *Smith. Britan.* 1. p. 89. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 541. *Pollich. Palat.* n. 937. *Leers. Herborn.* n. 769. *Schreb. Gram.* 1. p. 149. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Avena mollis. *Koel. Gram.* p. 300.

Aira holcus mollis. *Villars. Delph.* 2. p. 88.

Avena . . . . *Hall. Helv.* n. 1485.

Gramen caninum, paniculatum, molle. *Scheuchz. Agrost.* p. 235.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1170. *Schreb. l. c. t.* 20. *f.* 2.
Host. l. c. t. 3. *Leers. l. c. t.* 7. *f.* 7.
Curt. l. c. fasc. 54. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 25.

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 9. n. 17. *Ehrh. l. c.* n. 10.

Germ. Weiches Honiggras.

In pratis, siluis; ad margines agrorum, sepes, alibique haud infrequens.

Perennis. Flor. Iulio, Augusto.

Radix repens. Culmi bi-tripedales, teretes, striati, glabri, erecti vel basi procumbentes, geniculis 3-4, villosis. Folia lineari-lanceolata, acuta, erecto-patentia, plana, inferiori parte carinata, pallide viridia, ad oras scabra, dorso et facie, vt vaginae, obsolete pubescentia. Vaginae teretes, striatae: superioribus laxioribus. Ligula breuis, obtusa, ciliata. Panicula erecta aequalis; sub anthesi horizontaliter patens, contracta ante et post anthesin. Rachis inferne semiteres, reliqua parte angulata et subflexuosa. Rami capillares, flexuosi, angulati, vna cum superiori racheos parte pilis breuibus rigidulis tecti, vix scabri; inferiores binati aut ternati, superiores solitarii. Spiculae ouato-lanceolatae, compressae, biflorae. Flosculi calice minores; altero sessili, hermaphrodito, mutico, basi nudo; altero s. superiori masculo, aristato, basi piloso. Glumae lanceolatae. Calicinae compressae, acutae, secundum neruos, imprimis carinalem, vt rami, pilis breuibus rigidulis obsessi: superiori maiori trinerui: neruis lateralibus carinae approximatis; inferiori minori, neruo vnico notata. Corollinae subaequales, rigidiores, nitidae: exteriori ouata, acuta, compressa, vninerui, plus minus pubescente; interiori plerumque bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. Arista sub apice petali exterioris flosculi superioris enascitur primo recta, demum geniculata, infra geniculum tortilis, calicem excedens. Axis glaber.

Variat flosculo vtroque hermaphrodito, et subinde secundum *Leersium* calice vno alteroue triualui, trifloro, quorum infimus flosculus masculus; reliqui duo hermaphroditi pedicello opposite affixi, vnus infra apicem aristam vnicam, alter ex ipso apice aristas duas exserit rectas.

4. HOLCVS *lanatus*, panicula aequali, flofculo hermaphrodito inferiori mutico, mafculi arifta recuruata calice inclufa, radice fibrofa.

Holcus lanatus. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 308. *Hoft. Gram.* 1. p. 2. *Smith. Britan.* 1. p. 89. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 542. *Pollich. Palat.* n. 936. *Leers. Herborn.* n. 770. *Scop. Carn.* n. 1238. *Schreb. Gram.* 1. p. 145. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Avena lanata. *Koel. Gram.* p. 303.

Aira holcus lanatus. *Villars. Delph.* 2. p. 87.

Avena diantha, floribus ouatis, perfecto mutico, imperfecto ariftato. *Hall. Helv.* n. 1484.

Gramen panicula torofa pratenfe molle. *Moris. Hift.* 3.

Gramen pratenfe, paniculatum, molle. *C. Bauh. Theatr.* p. 27. c. ic. *Scheuchz. Agroft.* p. 234.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1169. *Leers. l. c. t.* 7. *f.* 6.
Hoft. l. c. t. 2. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 24. A. B.
Curt. l. c. fafc. 38. *Moris, l. c. fect.* 8. *t.* 6. *f.* 34.
Schreb. l. c. t. 20. *f.* 1. *C. Bauh. l. c.*

Exf. *Dicks. l. c. fafc.* 9. n. 16. *Ehrh. l. c.* n. 20.

Germ. Wollichtes Honiggras.

In pratis, pafcuis, nemorofis, filuaticis.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguftum.

Habitus praecedentis, fed omnia, ob pubem tenuem, qua tota planta veftita eft, tactu molliora et magis glaucefcentia. Dignofcitur praeterea radice fibrofa, plures culmos et foliorum fafciculos in cefpitem denfum vnitos, fuftinente; foliis latioribus; panicula faepius maiori; paniculae ramis pilis mollioribus tectis. Spiculae etiam paulo minores. Glumae calicinae mucronatae, neruis lateralibus margini, nec carinae approximatis. Flofculus fuperior femper masculus, bafi pilis paruis ftipatus, fub apice ariftatus, arifta breui, primo recta, dein recurua, calicem non excedente. Flofculi mafculi petalum interius exteriori minus; in flofculo hermaphrodito petala plerumque fubaequalia inueni.

Panicula, vt in *H. molli*, ex purpureo viridis, in nemorofis et vmbrofis ex virefcente in albidum vergit colorem.

†† *Calices triflori.*

5. HOLCVS *borealis*, panicula ſubſecunda, pedunculis glabris, floſculo hermaphrodito mutico, maſculis ſubariſtatis, radice repente.

Holcus odoratus (repens). *Schkuhr. Handb.* 3. p. 522. (exl. Roth. Jacq. et Hoſt. ſyn.)

Holcus odoratus. *Timm. in Siemſſ. Meklenb. Magaz.* 2. p. 269. *Willd. Berol.* n. 141. *Koelp. Gryph.* n. 190. — *Flor. Dan.*

Poa nitens. *Web. Holſat. Suppl.* n. 6.

Hierochloe. *Gmel. Sibir.* 1. p. 100.

Gramen Mariae Boruſſorum. *Loes. Pruſſ.* p. 111.

Ic. *Schkuhr. l. c. t.* 344. *Flor. Dan. t.* 963.

Germ. Nördliches Honiggras.

In pratis, praeſertim humidis prope Kiloniam (*Weber*), Roſtochium (*Timm*) — Pomeraniae vlterioris (*Koelpin*) — prope Berolinum (*Willdenow*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Tota planta *Anthoxanthum odoratum* vel *Aſperulam odoratam* redolet. Radix valde repens. Culmi pedales, ſeſquipedales, erecti, teretiuſculi, ſtriati, glabri. Folia lineari-lanceolata, acuta, ſubinde mucronata, plana, ad oras praecipue ſcabra, facie glauceſcentia, dorſo laete viridia et nitida: ſuperiora ſenſim breviora. Vaginae ſubteretes, ſtriatae, glabrae, inferioribus magis vel minus purpuraſcentibus. Vagina ſumma folio breuiſſimo vel eiusdem loco membrana tenui, ligulam conſtituente, terminata. Ligula brevis, acutiuſcula. Panicula erecta, ſubſecunda, pauciflora; ſub antheſi patentiſſima; contracta ante et poſt antheſin. Rachis, vt rami, glabra; inferne ſemiteres, ſtriata; apicem verſus angulata et magis vel minus flexuoſa. Rami capillares, flexuoſi, angulati; inferiores et ſuperiores ſolitarii, intermedii gemini; vel omnes ſolitarii. Ramuli vltimi ſ. pedunculi glabri, nec ad ſpicularum baſin, vt in ſequente, piloſi. Spiculae ouatae, tumidiuſculae, compreſſae, nitidiſſimae ex fuſco aut ex viridi purpuraſcentes, triflorae. Floſculi calice paulo minores vel calicem aequantes: duobus lateralibus masculis, triandris,

intermedio hermaphrodito, diandro. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, compreſſae, carina glabriuſculae, neruo coſtali ſaepe in mucronem breuem producto: ſuperiori maiori, latiori, 5-7nerui; inferiori paulo minori, anguſtiori, 3-5nerui, neruis lateralibus in vtroque vix medium attingentibus. Masculi gluma corollina exterior oblongo-ouata, compreſſa, quinqueneruis, ſuperiori parte imprimis villoſa, apice indiuiſa, acutiuſcula, ſubinde mucronata, rarius infra apicem breuiſſime ariſtata, ariſta in flore masculo ſuperiori euidentiori. Interior paulo longior, anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. In flore hermaphrodito gluma vtraque compreſſa, acutior: exteriori ſemper mutica, interiorem paulo longiorem, vnineruem amplectente. Nectaria ſ. potius ſquamae bipartitae, laciniis linearibus, acuminatis, inaequalibus. Axis flexuoſus, ad baſin ſloſculorum obſolete piloſus. Semen liberum.

Savaſtana hirta SCHRANK. *Bavar.* n. 203. ad hanc vel ad praecedentem ſpeciem pertinet.

6. HOLCVS *auſtralis*, panicula ſubſecunda, pedunculis ad ſpicularum baſin piloſis, floſculo hermaphrodito mutico, masculo inferiori infra apicem breviſſime ariſtato, masculo ſuperiori e dorſi medio ariſtam geniculatam exſerente, radice repente.

Holcus odoratus. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 523. (excl. ſyn. Flor. Svec.)

Holcus odoratus. *Hoſt. Gram.* 1. p. 4. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 543. (deſcriptio non ſynonyma). *Hopp. Taſchenb.* 1791. p. 153. *Ejusd. Plant. Alp. Ejusd. Herb. Haenk. Sudet.* p. 45. *Schrank. Bavar.* n. 1807.

Avena locuſtis trianthis, paniculatis, hiantibus, floſculo tertio imperfecto. *Hall. Helv.* n. 1496.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 4. *Schkuhr. l. c. t.* 344.

Exſ. *Hopp. Pl. Alp. Cent.* 1. *Ejusd. Herb. Cent.* 1. n. 24.

Germ. Südliches Honiggras.

In nemoroſis, ſiluaticis, imprimis ſolo ſaxoſo Auſtriae (*Hoſt*), Princip. Salisburgenſis (*Wulfen*) — prope Ratisbonam (*Hoppe*), Princip. Baruthini (*Delavigne*) — prope Barby? (*Scholler*).

Perennis. Flor. vere.

Cl. *Schkuhr* primo hanc plantam a praecedente diſtinxit, quacum antea confuſa erat. *Linnaeum* ipſum in hunc errorem incidiſſe, apparet non ſolum ex differentia ſpecifica, in vtraque editione Florae Sveciae ab *Holco odorato* data, ſed ex eo praecipue, quod, vt *Smithius*, Vir amiciſſimus, me certiorem fecit, et haec et antecedens ſpecies in Herb. Linnaeano ſub *Holci odorati* nomine adſeruatur. *Holcus borealis* tamen nonniſi Sveciae indigena videtur, cum Cl. *Swartzius* ſemper hunc, nunquam auſtralem mihi miſerit. — Habitus huius ſpeciei omnino praecedentis, ſed pedunculi ad ſpicularum baſin pilis breuibus ſtipati; glumae calicinae oblongo-ouatae, obtuſiſſimae cum acumine, ſubaequales: ſuperiori tri-quinquenerui; glumis corollinis exterioribus plerumque anguſtioribus, minus villoſis; florum mascul. glumis corollinis interioribus apice in lacinias anguſtiores diuiſis. Eſſentialis vero character conſiſtit in nectariis, *Schkuhrio* obſeruante, ſubrotundis, nec non in floſculis masculis apice bifidis, in floſc. masc. infimo infra fiſſuram breuiſſime ariſtato, in masc. ſuperiori e dorſo baſin verſus ariſtam emittente, primo rectam, dein geniculatam, calicem vix excedentem. — Vagina ſumma, vt in *H. boreali*, comparatis pluribus ſpeciminibus, vel aphylla vel breuiſſimo folio terminata. Radice etiam conuenit, quae, quicquid etiam VV. Cl. *Schkuhr* et *Host* aduerſentur, ſolo praeſertim humido longe lateque repens eſt.

Variat, vt *H. borealis*, culmo vaginisque ſcabriuſculis.

54. AIRA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 112. Juſſ. Gen. p. 31. Vent. Tabl. 2. p. 104. Gaertn. Fruct. 1. p. 4. t. 1.

Cal. biualuis, biflorus absque interiecto rudimento tertii floſculi. *Cor.* biualuis, valuula exteriori ſupra baſin ariſtata, rarius mutica. *Sem.* liberum, corolla tectum.

† *Corolla mutica.*

1. AIRA *criſtata*, panicula ſubſpicata, glumis acuminatis, floſculis calicem excedentibus, foliis ciliatis.

Aira criſtata. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 94. *Smith. Britan.* 1. p. 83. *Krock. Sileſ.* n. 132. *Scop. Carn.* n. 92. — *Engl. Bot. Ehrh. Phyt.*

Poa criſtata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 402. *Hoſt. Gram.* 2. p. 54. *Koel. Gram.* p. 199. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 119. *Pollich. Palat.* n. 96. *Leers. Herborn.* n. 73.

Feſtuca locuſtis bifloris, mucronatis, confertis, imbricatis, paniculatis, in ſpicam congeſtis. *Hall. Helv.* n. 1444.

Gramen ſpica criſtata ſubhirſutum. *Moris. Hiſt.* 3. *Scheuchz. Agroſt.* p. 166.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 75. *Krock. l. c. t.* 26.
Engl. Bot. t. 648. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 4. *f.* 7.
Leers. l. c. t. 5. *f.* 6.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 31.

Germ. Kamm-Schmielen.

In collibus, paſcuis, muris, locis ſterilibus.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix ceſpitoſa, fibroſa. Culmi plures, rarius ſolitarii, pedales, ſeſquipedales, teretes, ſtriati, ſuperiori parte plus minus pubeſcentes, erecti toti aut geniculis inferioribus tantum declinati. Folia linearia, acuta, plana, rigidula, margine ſcabra atque ciliata; faſciculorum anguſtiora et longiora. Vaginae teretes, ſtriatae: inferiôres pubeſcentes; ſuperiores glabrae aut pilis ſparſis obſeſſae. Ligula breuiſſima, obſolete ciliata. Panicula ſubſpicata, erecta, cilindracea, vtrinque attenuata. Rachis pubeſcens; inferne teretiuſcula, ſuperne cum ramis angulata. Rami plures, breues, ramuloſi, flexuoſi, pubeſcentes; ſub antheſi patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Ramuli breuisſimi. Spiculae ouato-lanceolatae, compreſſae, bi-, rarius triflorae, nitidae, ex viridi albido vel ex viridi et purpuraſcente variae. Floſculi calicem excedentes: ſuperiori breuiſſime pedicellato. Glumae lanceolatae. Calicinae compreſſae, acuminatae, ſaepius ſubariſtatae, carinatae, ad carinam ſcabrae: ſuperiori trinerui: neruo altero laterali medium ver-

ſus euanido; inferiori minori, neruo vnico notata. Corollina exterior glumae calicinae exteriori conformis; interior acuta, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata; in floſculo inferiori plerumque paulo minor. Axis pubeſcens. Semen, vt in congeneribus, liberum.

Variat 1. Panicula interrupta et 2. Spiculis pubeſcentibus.

Folia a Cl. *Smithio* glabra dicuntur, a noſtra tamen planta diuerſa non eſt, vt ſpecimina ſicca a *Smithio* ipſo miſſa euincunt. Nec ſpecie differt *Krockeri* planta. Icon ab eo data folia quidem nuda repraeſentat, quod cum deſcriptione vero non conuenit.

2. AIRA *glauca*, panicula ſubſpicata, glumis obtuſiuſculis, floſculis calicem excedentibus, foliis glabris.

Aira glauca. *Spreng. Catal. Plant. Hort. Halens.*
Poa glauca. *Schkuhr. Catal. Plant. Hort. Witteberg.* 1799. p. 49.

Germ. Graugrüne Schmielen.

In arenoſis prope Wittebergam (*Schkuhr*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Praecedenti maxime affinis, differt vero colore, imprimis foliorum vaginarumque, glauco; foliis glabris; ligula paulo longiori; glumis omnibus obtuſiuſculis, nec acuminatis; gluma calicina ſuperiori binerui: neruo laterali vix medium attingente; floſculis gluma calicina ſuperiori minoribus. — In ſpiculis trifloris floſculus terminalis glumam calicinam ſuperiorem aequat, vix vnquam vero ſuperat.

Variat cum *A. criſtata* culmi altitudine et foliis magis vel minus rigidulis.

3. AIRA *aquatica*, panicula diffuſa, glumis obtuſis, floſculis calicem excedentibus.

Aira aquatica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 376. *Hoſt. Gram.* 2. p. 30. *Smith. Britan.* 1. p. 84. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 95. *Pollich. Palat.* n. 77. *Scop. Carn.* n. 94. — *Curt. Lond. Flor. Dan.*

Poa airoides. *Koel. Gram.* p. 194.

Molinia aquatica. *Wib. Werthem.* p. 116.

Poa locuftis bifloris glabris, florali gluma maiori plicata, ferrata. *Hall. Helv.* n. 1471.

Gramen paniculatum aquaticum miliaceum. *Vaill. Par.*

Gramen miliaceum, aquaticum. *Scheuchz. Agroft.* p. 176.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 41. *Flor. Dan. t.* 381. mala.
Curt. l. c. fafc. 10. - *Vaill. l. c. t.* 17. *f.* 7.

Germ. Waffer-Schmielen.

Ad riuulos, in pratis vdis aliisque humidis locis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens. Culmus bafi radicans atque ramofus, oblique adfcendens, pedalis, fefquipedalis, teretiufculus, ftriatus, glaber. Folia lineari-lanceolata, obtufiufcula, plana, glabra, margine fcabriufcula. Vaginae fubcompreffae, laxae, ftriatae, glabrae, ligula acutiufcula. Panicula erecta, multiflora; ante anthefin contracta, dein diffufa. Rachis fubflexuofa, glabra; inferne teretiufcula, reliqua parte angulata. Rami plures, flexuofi, ramofiffimi, angulati, glabri; ramulis fcabriufculis. Spiculae ouatae, compreffae, obtufae, ex purpureo et viridi variae, plerumque biflorae, rarius vniflorae. Flofculi calicem excedentes, bafi nudi: inferiori feffili. Glumae obtufae. Calicinae apice crenatae, inaequales: fuperiori maiori, obtufiffima, trinerui; inferiori duplo minori, vninerui, neruis in vtraque vix medium attingentibus. Corollina exterior fubcompreffa, apice pariter crenata, trineruis; interior paulo minor, apice emarginata, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos glabra. Axis glaber.

†† *Corolla ariftata.*

4. AIRA *cefpitofa*, panicula diffufa, flofculis calicem fubaequantibus, arifta recta breui, foliis planis.

α. Minor.

Aira caefpitofa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 378. *Hoft. Gram.* 2. p. 31. *Koel. Gram.* p. 125. *Smith. Britan.* 1. p. 84. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 97. *Pollich. Palat.* n. 78. *Leers. Herborn.* n. 59. *Scop. Carn.* n. 93. — *Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Aira altiffima. *Moench. Meth.* p. 182.

Avena dianthis, panicula amplissima patula, bicolore. *Hall. Helv.* n. 1487.

Gramen segetum, panicula arundinacea. *Scheuchz. Agrost.* p. 244.

Ic. *Host. l. c. t.* 42. *Leers. l. c. t.* 4. *f.* 8.
Flor. Dan. t. 240. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 2. 3.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 52.

β. Maior.

Aira paludosa. *Wib. Werthem.* p. 118.

Germ. Rasen - Schmielen.

In pratis, nemorosis, locis humidis; β. ad ripas Albis arenosas flumine mari affluente represso, inundatas prope Altonaviam (*Wibel*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrosa, plures culmos atque foliorum fasciculos sustinens. Culmi bi-tripedales et altiores, erecti, teretes, striati, glabri. Folia linearia, acuminata, plana, rigidula, dorso glabra, facie profunde striata et scabra, ad oras hispida. Folia fasciculorum angustiora, longiora et magis laxa. Vaginae teretes, striatae, glabrae. Ligula exserta, acutiuscula, denuum fissa. Panicula semipedalis, pedalis, ramosissima, erecta vel apice nutans; sub anthesi diffusa, ante et post anthesin contracta. Rachis scabra; inferne teres, superiori parte cum ramis angulata. Rami plures, longi, graciles, scabri, ramulis floriferis nutantibus. Spiculae lanceolatae, compressae, obtusae, aristatae, ex viridi, purpureo et argenteo variae. Flosculi duo, rarius tres, basi pilosi: inferiori sessili. Glumae calicinae compressae, carina scabrae, apicem versus ad lentem magis vel minus inaequaliter serratae. Gluma calicina superior maior, neruis tribus notata; inferior minor, neruo vnico distincta. Glumae corollinae subaequales: exteriori obtusissima, apice dentata, quinqueneruis: neruo intermedio supra basin in aristam breuem rectam vel paulo inflexam producto; interiori apice bifida, ad flexurae angulos plus minus ciliata. Axis pilosus, demum elongatus.

Var. β. nullo charactere dignoscenda, nisi quod folia latiora, rigidiora et spiculae duplo triplove maiores

ſint. In vtraque varietate floſculi calicem modo aequant, modo ſuperant, et ariſtae floſculis nunc longiores nunc breuiores. Panicula etiam vtriusque varietatis in humidis et vmbroſis plus minus flaueſcit.

Cl. *Wibel* varietatem β. pro *Aira paludoſa Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 96. habet. *Rothii* vero Aira eſt Gramen paluſtre, paniculatum minus *Scheuchz. Agroſt.* p. 156, a *Wibelii* Aira (vt ipſe etiam Vir amiciſſimus l. c. iam ſuſpicatus eſt) longe diuerſum et dubium admodum gramen, a nemine vnquam nec Ienae nec alibi obſeruatum. Cl. *Rothius Airam* ſuam *paludoſam* ipſe non vidit, ſed *Halleri* auctoritate inductus ex *Scheuchzero* in Floram Germanicam recepit.

Aira alpina Roth. Germ. T. 2. P. 1. p. 98. (ab *alpina Linn.* in *Flor. Dan.* t. 961. delineata, diuerſiſſima) ſpecie quoque a *ceſpitoſa* non differt, ſed pro mera eiusdem varietate cenſenda, cui culmus humilior et folia rigidiora demum conuoluta: characteres nonnili ſolo ſicco, vbi a *Rothio* haec planta ſemel lecta et mihi ab eodem miſſa, adſcribendi. Cum plantae, quae mecum praeterea e Sileſia, ex alpibus Salisburgenſibus aliisque elatioribus locis pro *Aira alpina* communicatae ſunt, ad *flexuoſam* vel ad aliam affinem ſpeciem pertinent; nullus dubito, *Airam alpinam Linn.* aeque ac *paludoſam Roth.* ex Flora Germanica delendas eſſe.

5. AIRA *flexuoſa*, panicula patente, floſculis calicem vix ſuperantibus, ariſta geniculata calicem excedente, foliis ſetaceis.

Aira flexuoſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 378. *Hoſt. Gram.* 2. p. 32. *Koel. Gram.* p. 129. *Smith. Britan.* 1. p. 85. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 96. *Pollich. Palat.* n. 79. *Schreb. Gram.* 2. p. 57. *Leers. Herborn.* n. 60. t. 5. f. 1. — *Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Aira montana. *Koel. Gram.* p. 131. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 98. *Leers. Herborn.* n. 61. t. 5. f. 2. et omnium ſcriptorum plantarum Germaniae.

Avena montana. *Web. Holſat.* p. 9.

Avena diantha, paniculis flexuoſis, floribus baſi villoſis, locuſtis ouatis. *Hall. Helv.* n. 1486.

Gramen auenaceum, paniculatum, alpinum, foliis capillaceis, breuibus, locuſtis purpureo-argenteis, ſplendentibus et ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 216. *Ejusd. Prodr.* p. 23.

Gramen alpinum, nemoroſum, paniculatum, foliis anguſtisſimis, locuſtis ſplendentibus, ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 218.

Gramen nemoroſum, paniculis albis, capillaceo folio. *Moris. Hiſt.* 3. *Scheuchz. Prodr.* p. 24.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 43. *Flor. Dan. t.* 157. *Schreb. l. c. t.* 30. *Leers. l. c.* *Scheuchz. Agroſt. t.* 4. *f.* 16. A-C. *Ejusd. Prodr. t.* 4. *et* 6. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f. vlt.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 81.

Germ. Geſchlängelte Schmielen.

In montoſis, collibus, nemoroſis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi et foliorum faſciculi plures, ceſpitem denſum formantes, erecti, teretes, ſubinde teretiuſculi, ſtriati, glabri, apicem verſus ſaepius ſcabri; in locis ſterilibus et apricis pedalis vel ſeſquipedalis altitudinis; in nemoroſis altiores, tenuiores et magis laxi. Folia complicato-ſetacea, facie tenuiſſime pubeſcentia, margine et carina ſcabra, rigidula, in nemoroſis longiora et magis laxa; culmea pauca, breuiora. Vaginae teretes, ſtriatae, magis vel minus ſcabrae, quandoque glabrae. Ligula elongata, obtuſa, ſaepius crenulata. Panicula ſub antheſi patens, contracta ante et poſt antheſin; apice erecta, in nemoroſis plerumque cernua. Rachis flexuoſa, ſcabra; inferne ſemiteres et ſtriata, reliqua parte angulata. Rami trichotomi, tenues, flexuoſi, angulati, ſcabri, pauciflori; inferiores binati, ſuperiores plerumque ſolitarii. Spiculae oblongo-ouatae, compreſſae, acutae, ariſtatae, nitidae, ex viridi et albo, vel ex viridi albo et purpuraſcente variae. Floſculi duo, calice paulo longiores, baſi piloſi: altero ſeſſili, altero ſ. ſuperiori breuius pedicellato. Glumae calicinae lanceolatae, acutiuſculae, apice ſubinde dentatae, compreſſae, ad carinam ſcabrae, vninerues: inferiori paulo minori. Gluma corollina exterior calicinis conformis, apice bi- vel trifida, quinque-

neruis, neruo intermedio ſupra baſin deſinente in ariſtam primo rectam, dein geniculatam, tortilem, gluma ipſa duplo fere longiorem; interior paulo minor, apice pariter bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Axis breuiſſimus, vt in praecedente, piloſus.

Varietatem panicula minus patente et pedunculis vix flexuoſis *Leersius* l. c. ſub *A. montana* deſcripſit. Haec mihi non ſolum foliis breuioribus et rigidulis, quemadmodum a *Leersio* et *Smithio* obſeruata, ſed etiam longioribus et tenuioribus obuia fuit.

Aira montana Linn., ſecundum *Smithium* diuerſam a *flexuoſa* conſtituens ſpeciem, in Germania nondum lecta eſt.

5. AIRA *caryophyllea*, panicula diuaricato-patente, floſculis calice minoribus, ariſta geniculata calicem excedente, foliis ſetaceis.

Aira caryophyllea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 380. *Hoſt. Gram.* 2. p. 33. *Koel. Gram.* p. 127. *Smith. Britan.* 1. p. 88. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 100. *Pollich. Palat.* n. 82. — *Curt. Lond. Engl. Bot. Flor. Dan. Stillingſl. Miſc. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Phyt.*

Avena caryophyllea. *Web. Holſat.* p. 10.

Avena diantha, foliis ſetaceis, panicula diuaricata. *Hall. Helv.* n. 1482.

Gramen paniculatum, minimum, molle. *Scheuchz. Agroſt.* p. 215.

Gramen paniculatum, locuſtis paruis purpuro-argenteis, annuum. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 44. *Stillingſl. l. c. t.* 5.
Curt. l. c. faſc. 65. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 15.
Engl. Bot. t. 812. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 5. *f.* 11.
Flor. Dan. t. 382.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 4. n. 5. *Ehrh. l. c.* n. 22.

Germ. Nelkenartige Schmielen.

In arenoſis, ſterilibus.

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix parua, fibroſa. Culmus ſemipedalis, pedalis, gracilis, erectus, ad genicula, praeſertim inferiora, in-

flexus, teretiuſculus, ſuperiori parte magis angulatus, plus minus ſcaber, ſimplex vel baſi ramoſus. Folia complicato-ſetacea, breuia, carina et margine praecipue ſcabra: inferiora longiora, emarcida. Vaginae elongatae, laxae, profunde ſtriatae, ſcabrae; ligula elongata, acutiuſcula, demum laciniata. Panicula erecta, multiflora, primo contracta, dein, floreſcentia etiam peracta, diuaricato-patens. Rachis ſcabriuſcula; inferiori parte ſemiteres, reliqua parte, vt rami, angulata. Rami trichotomi, capillacei, angulati, ſcabri: inferiores plerumque gemini; ſuperiores ſolitarii. Spiculae paruae, oblongo-ouatae, compreſſae, acutae, ariſtatae, nitidae, purpureo-argenteae, vel ex viridi et albo variae. Flosculi duo, calice minores, ſeſſiles, baſi pilis breuiſſimis cincti. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, ſubaequales, compreſſae, carina ſcabrae, vninerues. Gluma corollina exterior calici conformis, carina ſcabra, apice bicuſpidata, ſupra baſin ariſtata, ariſta geniculata, calicem excedente; interior minor, apice emarginata, ad flexurae angulos ciliata.

Aira caryophyllea Leers. *Herborn.* n. 62. t. 5. f. 7. potius ad *flexuoſam* ſpectat, cuius forte ſolam varietatem conſtituit.

7. AIRA *praecox*, panicula ſubſpicata, floſculis calicem ſubaequantibus, ariſta geniculata calicem excedente, foliis ſetaceis.

Aira praecox. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 380. *Koel. Gram.* p. 132. *Smith. Britan.* 1. p. 87. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 99. *Pollich. Palat.* n. 81. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Phyt.*

Avena puſilla. *Weh. Holſ.* p. 9.

Gramen minimum, ſpica breui, habitiore, noſtrum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 219.

Gramen paruum praecox, panicula laxa caneſcente. *Raj. Syn.* p. 407. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 1296. *Pluk. l. c. t.* 33. *f.* 9.
Curt. l. c. faſc. 25. *Raj. l. c. t.* 22. *f.* 2.
Flor. Dan. t. 383.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 4. n. 4. *Ehrh. l. c.* n. 81.

Germ. Frühe Schmielen.

In arenosis et sterilibus, locis tam elatioribus quam depressis.

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix parua, fibrosa. Culmi plures, bi-triunciales, quandoque altiores, simplices vel ad genicula inferiora vno alterone ramo aucti, glaberrimi; inferne teretes, laeuiusculi, superne subteretes, striati. Vaginae, imprimis superior, laxae, striato-angulatae, glabrae, ligula elongata, obtusa, dein laciniata. Panicula parua, subspicata, semper contracta. Rachis glabra; inferne semiteres, reliqua parte angulata. Rami angulati, scabriusculi: inferiores gemini, breves, subdiuisi, spiculas 2-3 gerentes; superiores solitarii, breuissimi, simplices, spicula vnica terminati. Spiculae ex viridi albescentes, demum canescentes. Flosculi calicem fere aequantes, basi obsolete pubescentes. Reliqua vt in *A. caryophyllea.*

Variat culmo vnciali et paniculae ramis subsimplicibus.

8. AIRA *canescens*, panicula patente coarctata, flosculis calice minoribus, arista apice clauata calice minori, foliis setaceis.

Aira canescens. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 379. *Koel. Gram.* p. 134. *Smith. Britan.* 1. p. 86. *With. Britan.* ed. 3. p. 137. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 99. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 59. *Pollich. Palat.* n. 80. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Dr. Pl. Ehrh. Gram.*

Weingaertneria canescens. *Bernh. Erford.* p. 51.

Avena canescens. *Web. Holf.* p. 9.

Avena diantha, foliis setaceis, panicula stricta, aristis clavatis. *Hall. Helv.* n. 1483.

Gramen foliis iunceis, oblongis, radice alba. *Scheuchz. Agrost.* p. 242.

Ic. *Engl. Bot.* *t.* 1190. *Schkuhr. l. c. t.* 12.
Flor. Dan. *t.* 1023. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 29. 30.
With. l. c. t. 24.

Exs. *Dicks. l. c.* n. 4. *Ehrh. l. c.* n. 34.

Germ. Graue Schmielen.

In arenosis, ericetis, sterilibus; ad litora marina.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix fibroſa, plures culmos et foliorum faſciculos, in ceſpitem vnitos, proferens. Culmi ſemipedales, pedales, erecti toti aut geniculis inferioribus inflexi, graciles, teretiuſculi, ſuperne obſolete ſtriati, glabri, ſimplices vel baſi ramoſi. Folia complicato-ſetacea, erecta, rigida, ſcabra: faſciculorum longiora, tenuiora. Vaginae teretes, ſtriatae, ſcabriuſculae: ſuperiori laxiori. Ligula elongata, acutiuſcula. Panicula erecta, coarctata, ſub antheſi patens. Rachis ſubflexuoſa; inferne ſemiteres, glabra; ſuperiori parte cum ramis angulata atque ſcabra. Rami tenuiſſimi, flexuoſi, gemini, breues, in ramulos diuiſi. Spiculae oblongo-ouatae, acutae, compreſſae, ariſtatae, ex albido virides, demum caneſcentes. Floſculi calice minores, baſi pilis breuibus ſtipati: altero pedicellato. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, compreſſae, ſubaequales, carinatae, ad carinam ſcabrae, vninerues. Corollina exterior ouata, acutiuſcula, compreſſa, vnineruis, dorſo ad ariſtam recipiendam longitudinaliter canaliculata; interior minor, obtuſa, emarginata vel crenata, ad flexurae angulos glabra. Ariſta ſupra baſin glumae corollinae exterioris prouenit recta, inferne ferruginea, medio verticillo pilorum breuiſſimorum cincta, ſupra medium albida, apice clauata, calicem non excedens. Antherae violaceae.

Tota planta primo glauca, demum caneſcit.

9. AIRA *ſubſpicata*, panicula ſubſpicata, ariſta reflexa calicem excedente.

Aira ſubſpicata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 377. *Hoſt. Gram.* 2. p. 33. *Wulf. in Jacq. Collect.* 3. p. 32. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 96. *Linn. Svec.* ed. 2. p. 69. — *Flor. Dan.*

Avena airoides. *Koel. Gram.* p. 298.

Avena diantha; panicula denſa ſpicata. *Hall. Helv.* n. 1490.

Gramen avenaceum, paniculatum, alpinum, humile, locuſtis in ſpicam collectis, varicoloribus, ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 221. *Ejusd. Prodr.* p. 24.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 45. *Flor. Dan. t.* 228.
Wulf. l. c. t. 19. *f.* 3. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 6.

Germ. Aehrentragende Schmielen.

In ſummis iugis alpium Styriae, Carinthiae, Tyrolis (*Wulfen*, *Hoſt*) et Princip. Salisburgenſis (*Mielichhofer*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix e fibris longis, tenuiſſimis. Culmi digitales, ſpithamaei, erectiuſculi, teretes, ſtriati, inferne foliorum vaginis tecti et glabri, ſuperiori parte nudi denſoque villo pubeſcentes. Folia linearia, acuta, facie, margine et ſuperne ad carinam ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, magis vel minus pubeſcentes. Ligula breuis, lacinulata. Panicula ſubſpicata, erecta, oblongo-ouata, quandoque cilindracea, rachi pubeſcente. Rachis inferiori parte ſemiteres, ſuperiori parte, vt pedunculi, angulata. Pedunculi breuiſſimi, pubeſcentes: inferiores ſubdiuiſi, ſpiculas duas aut tres gerentes; ſuperiores ſenſim breuiores, ſimplices, ſpiculam vnicam ferentes; vel omnes ſimplices et ſpicula ſolitaria terminati. Spiculae ouato-lanceolatae, acutae, compreſſae, ariſtatae, bi-, rarius triflorae, ex fuſco, viridi et purpuraſcente, vel ex purpuraſcente, aureo et viridi variae. Floſculi baſi nudi, calicem excedentes: inferiori ſeſſili. Glumae lanceolatae. Calicinae acutae, compreſſae, ad carinam ſcabrae: ſuperiori maiori, neruis tribus notata; inferiori minori, neruo vnico diſtincta. Corollinae apice bifidae: exteriori maiori, acuminata, vninerui, ariſtata; interiori minori, obtuſiori, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Ariſta infra apicem glumae corollinae exterioris enaſcitur primo recta, dein reflexa. Axis pilis breuibus obſeſſus.

Culta planta ad ſeſquipedalem altitudinem adſcendit, folia latiora, ſpica elongata, magis compoſita.

Gramen vere alpinum et vix vnquam extra circuli auſtriaci alpes obſeruatum. Hinc valde ſuſpicor, *A. ſubſpicatam* Doerr. *Naſſov.* p. 2. et Web. *Spic.* p. 3. ad *Air. criſtatam*, plantae noſtrae, obiter inſpectae, haud disſimilem, pertinere.

55. MELICA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 113. Iuff. Gen. n. 31. Vent. Tabl. 2. p. 104. t. 3. f. 3. Gaertn. Fruct. 2. p. 5. t. 80.

Cal. biualuis, membranaceus, fubbiflorus cum rudimento tertii flofculi *Cor.* biualuis, mutica. *Sem.* liberum, corolla cartilaginea tectum.

1. MELICA *ciliata,* flofculi inferioris petalo exteriori ciliato, panicula fubfpicata aequali, fpiculis erectis.

Melica ciliata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 381. *Hoft. Gram.* 2. p. 10. *Koel. Gram.* p. 137. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 101. *Krock. Silef.* n. 130. *Pollich. Palat.* n. 83.

Arundo locuftis bifloris, fpicatis, gluma florali exteriori ciliata. *Hall. Helv.* n. 1517.

Gramen auenaceum, fpica fimplici, locuftis denfiffimis, candicantibus et lanuginofis. *Scheuchz. Agroft.* p. 174.

Gramen cum locuftis paruis candidis pilofis, femine auenaceo. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 434. c. ic.

Gramen auenaceum montanum lanuginofum. *C. Bauh. Theatr.* p. 156. c. ic.

Gramen montanum auenae femine. *Clus. Hift.* p. CCXIX. c. ic.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 12.	*I. Bauh. l. c.*
Krock. l. c. t. 23.	*C. Bauh. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 3. *f.* 16.	*Clus. l. c.*

G - K.

Germ. Gefranztes Perlgras.

In montofis, collibus, faxofis, vineis; ad fepes et filuarum margines Circul. Auftriaci (*Scopoli, Jacquin, Hoft*) — prope Ratisbonam (*Hoppe*), Tubingam (*Gmelin*) — Princip. Baruthini (*Hoppe*), Comit. Werthemenfis (*Wibel*), Palatinatus (*Koch*), Naffoviae prope Weilburgum (*Meyer*), Idftein ad Rhenum (*Schreckenftein*) — prope Ifenacum (*Grimm*), Erfordiam (*Bernhardi*), Vinariam (*Dennftedt*), Ienam (*Bernhardi, Graumüller*), Halam Sax. (*Leyffer*), Lipfiam (*Boehmer*) — Silefiae (*Krocker*), Bohemiae (*Clufius*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrofa, fubrepens, plures culmos et foliorum fafciculos, in cefpitem vnitos, fuftinens. Culmi fesquipedales, bipedales, altioresue, erecti, rigidi, teretes, ftriati, glabri, in paniculae vicinia faepe fcabri,

geniculis pluribus, vt in duabus ſequentibus, intercepti. Folia linearia, acuminata, ad oras et dorſo apicem-verſus ſcabra, facie praeprimis ſtriata et pube breui obtecta, rigidula, pallide viridia; primo canaliculata, dein plana et margine ſaepe reuoluta, ſiccitate vero inuoluta. Vaginae ſubteretes, ſtriatae, glabrae vel ſcabriuſculae. Ligula exſerta, obtuſa: iuuenilis integra; adultior bifida aut in plures lacinias fiſſa. Panicula ſubſpicata, aequalis, cilindracea, erecta, biuncialis circiter. Rachis, vna cum ramis, flexuoſa, ſcabra; inferne ſemiteres et ſtriata, ſuperne angulata. Rami angulati, ſcabri et pilis breuibus veſtiti. Spiculae lanceolatae, acutae, teretiuſculae, triflorae, nitidae, ſtramineae, aut ex viridi et flaueſcente variae, rarius purpuraſcentes; primo erectae, dein patentes. Glumae calicinae congenerum more tenuiſſime membranaceae, lanceolatae, acuminatae, dorſo conuexae, quinquenerues, ſcabrae, inaequales: altera ſ. ſuperiori maiori, acutiori, euidentius neruoſa. Corolla calice paulo tenacior; gluma exterior lanceolata, acutiuſcula, apicem verſus compreſſa, quinqueneruis, ſcabra; in floſculo inferiori pilis copioſis, longis, ſericeis, imprimis marginem verſus, ciliata, in floſculo ſuperiori margine nuda. Gluma interior minor, elliptica, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Floſculi tertii rudimentum e glumis duabus, inanibus, corpuſculum ſubclauatum conſtituentibus, compóſitum.

Variat 1. Culmo ſuperne flexuoſo; 2. Spica inferne interrupta et 3. Spiculis bifloris.

2. MELICA *nutans*, petalis imberbibus, panicula ſubſimplici ſecunda, ſpiculis nutantibus ouatis trifloris: floſculo tertio imperfecto.

Melica nutans. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 382. *Hoſt. Gram.* 2. p. 9. *Koel. Gram.* p. 141. *Smith. Britan.* 1. p. 92. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 102. *Leers. Herborn.* n. 63. *Schreb. Gram.* 2. p. 62. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſſ. Curt. Lond. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Gramen auenaceum ſpica mutica rariore gluma. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen montanum ſpicatum. *Clus. Hiſt.* p. CCXIX. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1059.	*Leers. l. c. t.* 3. *f.* 4.
Host. l. c. t. 10.	*Schreb. l. c. t.* 6. *f.* 2.
Mart. l. c. t. 65.	*Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 49.
Curt. l. c. fasc. 70.	*Clus. l. c.* mala.
Flor. Dan. t. 962.	

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 8. n. 5. *Ehrh. l. c.* n. 25.

Germ. Ueberhängendes Perlgras.

In nemorosis et ad siluarum margines.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix repens. Culmi graciles, erecti, inferne subcompressi laeuiusculi, superne trigoni striati et ad angulos scabri, pedales, sesquipedales, in solo subhumido vel vliginoso, cui saepe innascitur plerumque, multo altiores. Folia lineari-lanceolata, acuminata, plana, ad oras et supremam carinae partem plerumque tantum scabra, laete viridia: culmea sensim longiora; inferiora breuissima, squamiformia. Vaginae compressae, subancipites, profunde striatae, scabrae. Ligulae loco margo membranaceus, breuissimus, albidus, per aetatem fuscescens. Panicula subsimplex, racemiformis, secunda, primo erecta, dein cernua. Rachis flexuosa, scabra, trigona, apicem versus compressa. Rami alterni, breues, flexuosi, subcompressi, scabri: inferiores gemini, rarius terni, vnicam, subinde binas spiculas gerentes; superiores solitarii et spicula vnica terminati; vel omnes solitarii et spiculam vnicam ferentes. Spiculae nutantes, ouatae, tumidae, triflorae. Glumae calicinae subaequales, ouales, dorso conuexae, subquinquenerues, glabrae, purpurascentes, margine albidae. Corolla cartilaginea. Gluma exterior calici conformis, sed paulo acutior, plerumque neruis septem notata, virescens vel apice tantum purpurascens; interior minor, virescens, marginibus inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. Rudimentum tertii flosculi est corpusculum turbinatum, e glumis duabus, cartilagineis, albidis, staminibus pistilloque destitutis, compositum.

Hallerus, *Scheuchzerus* et plures veterum botanicorum hanc cum sequente specie confudere; hinc pauca tantum synonyma allata sunt.

3. MELICA *vniflora*, petalis imberbibus, panicula ramoſa ſecunda, ſpiculis erectis ouatis bifloris: altero imperfecto.

Melica vniflora. *Retz. Obſ.* 1. p. 10. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1.° p. 383. *Hoſt. Gram.* 2. p. 9. *Koel. Gram.* p. 139. *Haenk. in Jacq. Collect.* 2. p. 87. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 102. — *Engl. Bot. Mart. Fl. Ruſt. Flor. Dan. Curt. Lond. Hopp. Plant. Alp. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Melica Lobelii. *Villars. Delph.* 2. p. 90.

Melica nutans. *Pollich. Palat.* n. 84.

Gramen auenaceum gluma mutica montanum locuſtis rubris. *Moris. Hiſt.* 3. [illegible]

Ic. *Engl. Bot. t.* 1058. *Curt. l. c. faſc.* 51.
Hoſt. l. c. t. 11. *Villars. l. c. t.* 3. *f.* 3.
Mart. l. c. t. 64. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 48.
Flor. Dan. t. 1141.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 3. *Ehrh. l. c.* n. 35.
Dicks. l. c. faſc. 8. n. 6.

Germ. Einblüthiges Perlgras.

In ſiluis montanis, nemoribus, alibique.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix, vt in praecedente, repens, nec fibroſa, quemadmodum a plurimis deſcribitur; conuenit etiam culmo, foliis, vaginis, ſuperficie aliisque notis, ſed habitu plerumque tenuior; ligula ſaepe ouato-acuminata et ex anteriori parte oris vaginae orta, quod in paucis tantum graminibus obſeruatur. Panicula diſtincte ramoſa, ramis capillaceis, racemoſis, ſecundis. Spiculae erectae, minores, biflorae, floſculo altero hermaphrodito, altero imperfecto. Glumae calicinae acutae, ſubcompreſſae: maiori neruis quinque; minori neruis tribus diſtincta. Glumae corollinae paulo obtuſiores.

Variat, vt in *M. nutante*, foliorum facie pilis breuibus inſperſa.

4. MELICA *caerulea*, petalis imberbibus, panicula ſubcoarctata aequali, ſpiculis erectis oblongo-cilindraceis.

α. Minor.

Melica caerulea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 383. *Hoſt. Gram.* 2. p. 7. *Smith. Britan.* 1. p. 93. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 40. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 103. *Pollich. Palat.* n. 85. — *Engl. Bot. Curt. Lond.*

Aira caerulea. *Leers. Herborn.* n. 58. — *Flor. Dan.*

Molinia caerulea. *Schrank. Bavar.* n. 201. *Koel. Gram.* p. 145.

Arundo locuſtis bifloris, floribus conicis, petiolis ſubuilloſis. *Hall. Helv.* n. 1518.

Gramen arundinaceum, enode, minus, ſyluaticum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 209.

Gramen pratenſe ſerotinum panicula longa purpuraſcente. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 750. *Flor. Dan. t.* 239.
Hoſt. l. c. t. 8. *Leers. l. c. t.* 4. *f.* 7.
Curt. l. c. faſc. 60. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 5. *f.* 22.
Schkuhr. l. c. t. 13.

β. Maior.

Melica caerulea. *Spec. Plant. ed. Willd.* l. c. β. *Roth.* l. c. β.

Gramen paniculatum, autumnale, panicula ampliore, ex viridi nigricante. *Scheuchz.* l. c. p. 207. c. 10.

Gramen arundinaceum enode, montanum, panicula longiſſima, locuſtis anguſtiſſimis. *Scheuchz.* l. c. p. 208.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 11. 12.

Germ. Blaues Perlgras.

In paludoſis, paſcuis et pratis humidis; β. in ſiluaticis, nemoroſis.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix e fibris tortuoſis, tenacibus compoſita. Culmi ſeſquipedales, bipedales, baſi plerumque bulbi adinſtar incraſſati, ſupra baſin vnico, rarius duobus geniculis intercepti, erecti aut ſtricti, rigiduli, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, acuminata, canaliculata, dein magis plana, rigidula, ad oras et ſuperiorem carinae partem ſcabra, dorſo glabra, facie ſaepe, imprimis inferiori parte, pilis ſparſis obſeſſa et inſuper ad vaginae exortum vtrinque pilorum barba inſtructa. Vaginae ſubteretes, ſtriatae, glabrae. Ligulae loco pilorum breuiſſimorum ſeries. Panicula

magis vel minus coarctata, rarius patens, aequalis, erecta, 2-6uncialis. Rachis, vna cum ramis, flexuosa; inferne femiteres, ftriata, glabra, fuperne fcabra. Rami compreffo-angulati, fcabri. Spiculae erectae, oblongo-cilindraceae, tri-, rarius quadriflorae, ex viridi et purpureo, aut ex viridi, violaceo et purpurafcente variae; ante anthefin teretiufculae, poft anthefin compreffae flofculis fubdiuergentibus. Glumae ouato-lanceolatae. Calicinae acutiufculae, vninerues, carina parum fcabrae vel totae glabrae: fuperiori paulo maiori. Glumae corollinae calicinis maiores, cartilagineae: exteriori apicem verfus compreffa, obtufa, trinerui; interiori vix minori, fed anguftiori, apice bifida. Rudimentum tertii flofculi pedicellatum. Semen, vt in congeneribus oblongo-ouatum, nitidum, liberum, corolla tectum.

Variat 1. Foliis nudis; 2. Glumis fcabriufculis et 3. Flofculorum numero. — β. differt tantum culmis altioribus (4-6pedalibus) et panicula maiori.

Structura florum, imprimis corollae, in hac et congeneribus calice femper durioris fubftantiae, vt et fere femper praefente flofculo fterili euincitur, hoc gramen potius Melicae, quam vlli alii generi adnumerandum effe.

56. SESLERIA Scop.

Scop. Carn. 1. p. 63. Iuff. Gen. p. 31.

Cal. biualuis, bi-triflorus, fubariftatus. *Cor.* biualuis, obtufa, apice ariftata, ariftis variis. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. SESLERIA *elongata*, racemo fpicato elongato bracteato, fpiculis fubtrifloris, gluma corollina exteriori 3-5ariftata, radice ftolonifera.

Sesleria elongata. *Hoft. Gram.* 2. p. 69.
Ic. *Hoft. l. c. t.* 97.

Germ. Langblüthige Seslerie.

In Iftriae, Litoralis, Foriiulii pratis, collibus, alibique (*Hoft*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrofa, ftolonifera. Culmi pedales circiter, erecti aut bafi tantum procumbentes, teretes, ftriati, ad genicula pubefcentes. Folia longitudine culmi vel paulo longiora, erecta, acuta, fubcarinata, ad oras et fuperiorem carinae partem fcaberrima. Vaginae compreffae, glabrae, ligula breuiffima, truncata, glabra. Racemus fpicatus, elongatus, cilindraceus, bi- aut triuncialis. Rachis fubflexuofa, angulata, angulis fcabris. Spiculae pedicellatae, oblongae, fuperne compreffae, glabrae, virides, bi-triflorae: inferiorum vna vel altera bractea laciniata fuffultis, reliquis nudis. Glumae calicinae inaequales, ouato-lanceolatae, compreffae, carinatae, vninerues, neruo in ariftam fcabram, gluma ipfa paulo minorem producto. Gluma corollina exterior oblonga, quinquenervis, neruis tribus intermediis, rarius omnibus, in ariftam breuem definentibus. Arifta carinalis lateralibus paulo longior, gluma ipfa tamen duplo fere breuior. Gluma corollina interior multo minor, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata, apice bifida, laciniis diftantibus, fubariftatis. Semen, vt in fequentibus, liberum et corolla tectum.

Cynofurus cylindricus BALB. *Addit. ad Flor. Pedem.* p. 86. cum noftra Sesleria confundi non debet; *S. caeruleae* ob florum ftructuram magis accedit.

2. SESLERIA *tenuifolia*, racemo fpicato lineari nudo, fpiculis fubtrifloris, gluma corollina exteriori triariftata, foliis fetaceis.

Ic. *Noftr. t.* 6. *f.* 4.

Germ. Zartblättrige Seslerie.

Duini et Monfalconii in rupibus mari imminentibus (*Wulfen*).

Perennis. Flor. Iunio.

Radix fibrofa, fibris tortuofis, rigidis, fimplicibus et compofitis. Culmi pedales, fefquipedales, erectiusculi, graciles, ex tereti compreffi, profunde ftriati, glabri, rigiduli, verfus bafin, vt in fequentibus, geniculis 2 aut 3 intercepti. Folia fetacea, triquetra, mucronata, rigidula, ad oras fcabra, reliqua parte

glabra: culmea pauca, breuia, vnciam vix longa; inferiora et fasciculorum multo longiora, culmo tamen duplo breuiora. Vaginae subcompressae, striatae, glabrae, ligula breui, truncata, ciliata. Racemus spicatus, pauciflorus, vncialis vel paulo longior, rachi subflexuosa, compressa, glabra. Spiculae nudae s. ebracteatae, pedicellatae, oblongo-ouatae, compressae, nitidae, caerulescentes vel e caerulescente, albido et virescente variae, e duobus vel tribus flosculis compositae: inferiores ternae aut geminae; superiores solitariae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acuminatae, compressae, carinatae, superne ad carinam scabriusculae, neruo vnico, dorsi medium percurrente, notatae, inaequales: altera s superiori, longiori, saepe in apicem aristaeformem attenuata. Gluma corollina exterior oblongo-lanceolata, apicem versus scabriuscula, margine ciliata, quinqueneruis, neruis tribus intermediis in aristam breuem, vt in congeneribus scabram, exeuntibus. Arista carinalis lateralibus duplo longior, gluma ipsa vero multo breuior. Gluma interior exteriori vix minor, sed angustior, apice bifida, laciniis cuspidatis vel subaristatis, marginibus inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

3. SESLERIA *caerulea*, racemo spicato oblongo bracteato, spiculis bi- trifloris, gluma corollina exteriori 3-rarius 5aristata, aristis gluma breuioribus.

Sesleria caerulea. *Arduin. Spec.* 2. p. 18. *Scop. Carn.* n. 90. *Smith. Britan.* 1. p. 94. *Host. Gram.* 2. p. 69.

Sesleria locustis vnifloris, imbricatis, calyce tricorni. *Hall. Helv.* n. 1446.

Cynosurus caeruleus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 414. *Koel. Gram.* p. 374. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 156. *Krock. Siles.* n. 151. *Wulf. in Jacq. Miscell.* 2. p. 66. — *Jacq. Ic.* 1. *Mart. Flor. Rust.* — *Hopp. Plant. Alp. Ejusd. Herb. Ehrh. Gram.*

Gramen glumis variis. *C. Bauh. Theatr.* p. 158. c. ic. *Ejusd. Prodr.* p. 21. c. ic. *Scheuchz. Agrost.* p. 83.

Ic. *Host. l. c. t.* 98.
Jacq. l. c. t. 21.
Mart. l. c. t. 20.
Arduin. l. c. t. 6. *f.* 3-5.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 9. A. B
C. Bauh. Theatr. l. c.
Ejusd. Prodr. l. c.

Exf. *Hopp. Pl. Alp. Cent.* 1. *Ehrh. l. c.* n. 14. *Ejusd. Herb. Cent.* 1. n. 5.

Germ. Blaue Seslerie.

In collibus, apricis et rupeſtribus; etiam in vliginoſis.

Perennis. Flor. in demiſſis Martio et Aprili, in locis editioribus Iunio.

Radix obliqua, fibroſa, plures culmos et foliorum fasciculos in ceſpitem vnitos ſuſtinens. Culmi ſemipedalis aut pedalis altitudinis, erecti, teretiuſculi vel compreſſi, ſtriati, glabri. Folia linearia, obtuſiuſcula, carinata, ad oras et ſupremam carinae partem ſcabra, rigidula, ſaepius recurua, dorſo viridia et glabra, facie glaucefcentia atque ſubinde pilis breuibus inſperſa: culmea breuiſſima; faſciculorum paulo anguſtiora et longiora, culmo tamen duplo triploue minora. Vaginae compreſſae, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, truncata, ciliata. Racemus ſpicatus, oblongus vel ouato-oblongus, compactus, ſemuncia vix longior, ſaepius breuior. Rachis flexuoſa, angulata, glabriuſcula. Spiculae breuius pedicellatae, ſubbinatae, oblongo-ouatae, compreſſae, bi-triflorae, nitidae, caeruleſcentes vel e caeruleſcente, albido et vireſcente variae: inferioribus duabus aut tribus bracteatis, bractea ſolitaria, amplexicauli, obtuſiſſima, ciliata. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, compreſſae, carinatae, ad carinam ſcabrae, margine ciliatae, neruo carinali in ariſtam breuem exeunte, ſubinde apicem verſus vtrinque denticulo auctae, vnde glumae quaſi tridentatae apparent. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, compreſſa, ad lentem pilis breuibus appreſſis pubeſcens, quinquenemis, neruis tribus intermediis, rarius omnibus, in ariſtam breuem deſinentibus. Ariſta carinalis ſ. intermedia reliquis paulo longior, gluma ipſa vero duplo breuior. Gluma interior exteriorem aequans, oblonga, apice bifida, laciniis acutiuſculis, muticis, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Variat culmo humiliori, foliis breuioribus, racemo ſpicato minori, ſubouato.

Wulfenio, (vt is in literis ad me datis annotauit), nostra in rupestribus et locis siccis prouenienes planta a svecica, solum vliginosum inhabitans, diuersa videtur; specimina vero ab amicissimo *Swartzio* missa in nullis characteribus recedunt.

4. SESLERIA *tenella*, racemo spicato ouato subnudo, spiculis bifloris, gluma corollina exteriori 5aristata, aristis gluma longioribus.

Sesleria tenella. *Host. Gram.* 2. p. 71.

Cynosurus ouatus. *Hopp. Plant. Alp.*

Cynosurus microcephalus. *Hoffm. Germ.* ed. 2. p. 49. (excl. Wulf. syn.) *Koel. Gram.* p. 375. (excl. Wulf. syn.)

Cynosurus capitatus. *Wulf. in lit.*

Ic. *Host. l. c. t.* 100.

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

Germ. Zarte Seslerie.

In pratis summarum alpium Carinthiae (*Wulfen*), Tyrolis (*Host*) et Princip. Salisburgensis (*Hoppe*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Media quasi inter praecedentem et sequentem speciem. A *caerulea*, cui florum structura proxima, differt spiculis bifloris, vix vnquam trifloris, gluma corollina exteriori semper quinquearistata et omnium partium habitu tenuiori. Cum *S. sphaerocephala* conuenit habitu et teneritate, sed distinguitur glumis calicinis ouato-lanceolatis; flosculis, imprimis superiori parte, magis pubescentibus; gluma corollina exteriori oblongo-ouata, quinquenerui, neruis omnibus in aristam exeuntibus; gluma interiori semper bifida, laciniis acutioribus, subaristatis et omnibus partibus plerumque paulo minoribus. Ab vtraque est diuersa racemo spicato ouato, subinde nudo, et glumis longius aristatis.

Color spicularum violaceus vel ex violaceo caeruleus.

5. SESLERIA *sphaerocephala*, racemo spicato subrotundo bracteato, spiculis subtrifloris, gluma corollina exteriori vniaristata.

α. Caerulefcens.

Sesleria fphaerocephala. *Arduin. Spec.* 2. p. 20. *Hoft. Gram.* 2. p. 70.

Cynofurus fphaerocephalus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 414. *Wulf. in Jacq. Mifcell.* 2. p. 71. — *Jacq. Ic.* 1.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 99. *Arduin. l. c. t.* 7.
Jacq. l. c. t. 20.

β. Albida.

Cynofurus fphaerocephalus. *Koel. Gram.* p. 376. *Hoffm. Germ.* ed. 2. p. 49. — *Hopp. Plant. Alp.*

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

Germ. Kugelblüthige Seslerie.

In rupeftribus fummarum alpium Carnioliae (*Hoft*), Carinthiae (*Wulfen*), Tyrolis et Princip. Salisburgenfis (*Hoppe*).

Perennis. Flor. Iulio, Augufto.

Radix fibrofa. Culmi plures, a digitali ad femipedalem altitudinem adfcendentes, erecti vel apice incuruati, teretiufculi, tenues, ftriati, glabri. Folia linearia, anguftiffima, obtufiufcula, carinata, ad oras et fuperiori carinae parte magis vel minus fcabra, tenuia, dorfo viridia, facie glaucefcentia et quandoque pilis breuibus, fparfis obfeffa: inferiora et fafciculorum, vt in *S. caerulea*, longiora, culmo tamen duplo breuiora; culmea pauca, breuiffima. Vaginae fubteretes, leuiter ftriatae, glabrae, ligula breui, truncata, tenuiffime ciliata. Racemus fpicatus, fubrotundus, compactus, bafi bracteis duabus vel tribus circumdatus. Bracteae lato-ouatae, concauae, inaequaliter 3-5dentatae, glabrae, nitidae, fpiculis concolores. Spiculae pedicellis breuiffimis infidentes, oblongae, compreffae, bi-triflorae, nitidae, in α. caerulefcentes et nonnifi per aetatem albidae, in β. ex albido in dilute virefcentem, fenefcendo vero in flauefcentem colorem tendentes. Glumae calicinae fubaequales, lanceolatae, acuminatae, rarius in ariftam breuem attenuatae, compreffae, carinatae, carina fcabrae, vninerues. Glumae corollinae longitudine fere aequales, oblongae, nitidae: exterior compreffa, pilis breuibus, appreffis pubefcens, neruo tantum vnico,

ſub apice in ariſtam breuem deſinente, diſtincta et ſaepe, vt glumae calicinae, apicem verſus vtrinque denticulo inſtructa; interior anguſtior, apice bi- trirarius quadridentata, dentibus acutiuſculis, muticis, marginibus inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

In *β*. ſpicae etiam plerumque maiores, ſpiculae ſaepe tri-quadriflorae et glumae ſubmuticae. Obſeruante Cl. *Hoppio* var. *β*. quandoque ſpica interrupta reperitur, cuius ſuperior pars maior, inferior paulo remotior et duplo minor eſt.

6. SESLERIA *echinata*, racemo ſpicato globoſo ſubnudo, ſpiculis ſubbifloris, gluma corollina exteriori 4-5ariſtata, ariſtis ſubulatis rigidis.

Sesleria echinata. *Hoſt. Gram.* 3. in lit.

Echinaria capitata. *Desfont. Atlant.* 2. p. 385.

Cenchrus capitatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 317. *Koel. Gram.* p. 378. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 525.

Gramen minimum, ſpica globoſa echinata. *Barr. Ic.* et

Gramen cap. globoſo echinato minus. *Ejusd.*

Gramen echinatum ſpica ſubrotunda. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen echinatum tribuloides. *Columm. Ecphr.* p. 338. c. ic.

Gramen perpuſillum capitulo rotundo, ſpinoſo Cherleri. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 468. c. ic.

Gramen ſpica ſubrotunda echinata. *C. Bauh. Theatr.* c. ic. *Ejusd. Prodr.* p. 16. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 74.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* ...
Schkuhr. l. c. t. 345.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 7. A. B.
Barr. l. c. t. 28. *f.* 1. *et* 863. *f.* 2.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 5. *f.* 1.
Column. l. c.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. Theatr. l. c.
Ejusd. Prodr. l. c.

Germ. Weichſtachlige Seslerie.

In herbidis Iſtriae (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa, nunc vnicum, nunc plures culmos proferens. Culmi 4-6unciales, rarius altiores, erecti, rigiduli, teretes, ſtriati, glabri, quandoque pilis breuibus inſperſi. Folia linearia, acuta, planiuſcula,

apicem verſus carinata et reflexa, rigidula, vtrinque, vna cum vaginis, pubeſcentia, ad oras et carina ſcabra: inferiora breuiora, emarcida; culmea ſenſim longiora. Vaginae teretes aut ex tereti compreſſae, vt ſupina foliorum ſuperficies, ſtriatae. Ligula breuis, acutiuſcula, lacinulata. Racemus ſpicatus, globoſus vel ſubrotundus, echinatus, in aliis nudus, in aliis bracteis ſtipatus. Bracteae paruae, forma variae, aeque ac glumae calicinae, membranaceae et nitidae. Rachis breuis, angulata, ſcabra. Spiculae breuiter pedicellatae, obouatae, ſubcompreſſae, ſcabrae, vireſcentes, biflorae, floſculo altero minori, femineo v. maſculo. Spiculae nonnullae inferiores floſculo tantum vnico hermaphrodito inſtructae. Glumae calicinae ſubaequales, ellipticae, vtrinque obtuſae, neruo vnico, ſubinde duobus, in ariſtam breuem exeuntibus, percurſae. Gluma corollina exterior baſi pilis breuibus cincta, dorſo conuexa, quinquenernis, in floſculo maſculo ſ. femineo ſaepius quadrineruis, neruis in vtroque eleuatis inque totidem ariſtas deſinentibus. Ariſtae omnes ſubulatae, rigidae: ariſta intermedia gluma duplo longiori, reliquis ſenſim breuioribus. Gluma interior paulo minor, apice plerumque bifida, laciniis in ariſtam reliquis ſimilem attenuatis, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

In ſolo fertiliori culmi altiores, folia et vaginae minus pubeſcentes, capitula maiora.

57. POA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 114. Iuſſ. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 108.

Cal. biualuis, multiflorus. *Cor.* biualuis, valvulis ſubouatis, acutiuſculis, muticis. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. POA *aquatica*, panicula aequali diffuſa ramoſiſſima, ſpiculis linearibus 5-9floris, floſculis obtuſis liberis ſeptemneruibus, radice repente.

Poa aquatica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 385. *Hoſt. Gram.* 2. p. 44. *Koel. Gram.* p. 173. *Smith. Britan.* 1. p. 95.

Roth. Germ. T. 2. P. 1. p. 111. *Pollich. Palat.* n. 86. *Leers. Herborn.* n. 65. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Poa altiſſima. *Moench. Meth.* p. 185.

Poa altiſſima, foliis latiſſimis, panicula ampliſſima, locuſtis diſtichis multifloris. *Hall. Helv.* n. 1454.

Gramen paluſtre, paniculatum, altiſſimum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 191.

Gramen paniculatum aquaticum latifolium. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum. *C. Bauh. Theatr.* p. 38. c. ic.

Gramen aquaticum harundinaceum paniculatum. *Tabern. Kräuterb.* p. 529. c. ic.

Gramen maius aquaticum. *Lob. Ic.* 1. p. 4.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1315. *Hoſt. l. c. t.* 60. *Curt. l. c. faſc.* 56. *Flor. Dan. t.* 920. *Leers. l. c. t.* 5. *f.* 5. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 1. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 6. *f.* 25. *C. Bauh. l. c. Tabern. l. c. Lob. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 26.

Germ. Waſſer-Riſpengras.

Ad ripas, ſalinas, inque foſſis, paludibus et pratis humidis.

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens, teres, geniculata, ad culmorum exortum praecipue fibroſa. Culmi plures, 4-6pedales et altiores, firmi, erecti, ſubcompreſſi, ſtriati, glabri. Folia lineari-lanceolata, acuminata, recta, carinata, rigida, tantum margine et ad ſuperiorem carinae partem ſcabra: inferiora et faſciculorum longiſſima; culmea ſenſim minora. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, obtuſa. Panicula ſpecioſa, aequalis, erecta, ramoſiſſima. Rachis inter ramos inferiores teretiuſcula, profunde ſtriata, glabriuſcula; inter ramos ſuperiores angulata, ſcabra. Rami ramuloſi, flexuoſi, angulati, ſcabri; ſub floreſcentia horizontaliter patentes; rachi appreſſi ante et poſt floreſcentiam. Spiculae lineares, teretiuſculae, demum compreſſae; floſculis 5-9, liberis, aetate remotiuſculis, vireſcentibus aut ex fuſco et purpuraſcente

variis. Glumae calicinae inaequales, obtusiusculae, membranaceae, nitidae, vninerues, superne ad carinam scabrae. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, obtusa, septemneruis, carina scabra; interior exteriorem aequans, sed angustior, apice emarginata vel bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. Semen, vt in sequentibus, liberum et corolla tectum. Variat floribus viuiparis.

2. POA *fluitans*, panicula secunda diuaricata, spiculis linearibus appressis 7-11floris, flosculis obtusis liberis septemneruibus, radice repente.

Poa fluitans. *Scop. Carn.* n. 106. *Koel. Gram.* p. 204. *Smith. Britan.* 1. p. 95.

Festuca fluitans. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 426. *Host. Gram.* 2. p. 55. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 134. *Ejusd. Gram. Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 132. *Pollich. Palat.* n. 107. *Leers. Herborn.* n. 80. *Schreb. Gram.* 1. p. 37. — *Curt. Lond. Flor. Dan.*

Poa locustis teretibus multifloris, glumis floralibus exterioribus truncatis, interioribus bifidis. *Hall. Helv.* n. 1453.

Gramen aquaticum, fluitans, multiplici spica. *Scheuchz. Agrost.* p. 199.

Gramen mannae esculentum prutenicum. *Loesel. Pruss.* p. 108.

Gramen loliaceum fluuiatile, longissima panicula. *Moris. Hist.* 3.

Gramen aquaticum cum longissima panicula. *I. Bauh. Hist.* 2. p. 490. c. ic.

Gramen aquaticum fluitans multiplici spica. *C. Bauh. Theatr.* p. 41. c. ic.

Gramen fluuiatile. *Tabern. Kräuterb.* p. 530. c. ic.

Gramen aquis innatans. *Lob.* 1. p. 12.

Ic. *Host. l. c. t.* 77.
Curt. l. c. fasc. 6.
Leers. l. c. t. 8. *f.* 5.
Schreb. l. c. t. 3.
Flor. Dan. t. 237.
Scheuchz. l. c. t. 4. *f.* 5.
Loesel. l. c. t. 21.
Moris. l. c. sect. 8. *t.* 3. *f.* 16.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.
Tabern. l. c.
Lob. l. c.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 54.

Germ. Fluſs-Riſpengras, (Mannagras).

In foſſis, riuulis lente fluentibus, locis inundatis.

Perennis. Flor. a vere in autumnum.

Radix repens. Culmi longitudine varii, oblique adſcendentes, ex geniculis inferioribus radicantes atque ramoſi, tereti-compreſſi, ſtriati, glabri, vsque ad paniculam ſaepe foliorum vaginis tecti. Folia linearia, acuta, carinata, margine et ad ſuperiorem carinae partem praecipue ſcabra, erecta; inferiora in aquis natantia. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae, ſcabriuſculae vel glabrae. Ligula exſerta, tenuiſſima, acutiuſcula. Panicula ſecunda, erectiuſcula. Rachis glabra: inferior pars ſemiteres; ſuperior, vt rami, flexuoſa et angulata. Rami primo appreſſi, dein diuaricati, demum plus minus patentes. Ramuli breues, ſcabri. Spiculae ramulis appreſſae, lineares, teretiuſculae, obtuſae, vireſcentes: florentes compreſſae; floſculis 7-11, liberis, aetate remotis. Glumae calicinae inaequales, ouatae, membranaceae, obtuſae, vninerues: inferiori minori. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, obtuſa, apice membranacea, dorſo conuexa, ſeptemneruis, ad neruos ſcabra. Gluma interior exteriori plerumque paulo longior, ſed anguſtior, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

In locis minus humidis panicula vix ramoſa et omnia minora.

3. POA *maritima*, panicula aequali patente: ramis fructiferis contractis, ſpiculis linearibus ſubquinquefloris, floſculis acutiuſculis liberis obſolete quinqueneruibus, gluma calicina vtraque trinerui, radice repente.

Poa maritima. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 396. *Smith, Britan.* 1. p. 97. *Roth. Beytr.* 1. p. 6. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 121. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Poa arundinacea. *Moench. Meth.* p. 186.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1140.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 11. n. 2.

Germ. Meerſtrands - Riſpengras.

Ad ripas fluuiorum et ad litora maris ſeptentrionalis Dynaſt. Ieveranae (*Jürgens*), ad Viſurgim in Ducat. Bremenſi (*Roth*).

Perennis. Flor. Iulio.

Hanc ſpeciem alii cum *Poa diſtante* coniungunt, alii disiungunt. Collatis pluribus ſpeciminibus, in diverſis regionibus lectis, in poſteriorum ſententiam eo minus tranſire potui, quo minus cultura neque habitum neque characteres mutat. Praeter ſpiculas enim longe maiores, quibus primo viſu a ſequente dignoſcitur, inſuper discrepat radice repente; culmis firmioribus, craſſioribus; foliis, imprimis adultiori aetate, plus minus inuolutis, et, vt reliquae partes, rigidulis vel rigidis; panicula florifera patente, rariſſime diuaricata, fructifera contracta, nec deflexa; gluma calicina vtraque trinerui, nec minori vnico tantum neruo diſtincta. Differt quoque flosculis acutiuſculis, ſuperiori parte plerumque caeruleſcentibus. Tota planta magis vel minus glauceſcit. Culmi pedales circiter, ſubinde tantum 2-3uncias alti. Culta ad ſeſquipedalem altitudinem et vltra adſcendit, minus vero rigida apparet.

4. POA *diſtans*, panicula aequali diuaricata: ramis fructiferis deflexis, ſpiculis linearibus ſubquinquefloris, floſculis obtuſis liberis obſolete quinquenervibus, radice fibroſa.

Poa diſtans. *Linn. Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 401. *Hoſt. Gram.* 2. p. 46. *Koel. Gram.* p. 177. *Smith. Britan.* 1. p. 96. *With. Britan.* ed. 3. p. 141. — *Engl. Bot. Schleich. Plant. Rar.*

Poa ſalina. *Pollich. Palat.* n. 92. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 119. *Leyſſ. in Act. Soc. Nat. Scrut. Hal.* 1. p. 356. — *Hopp. Herb. Ehrh. Gram.*

Poa retroflexa. *Curt. Lond.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 986. *Curt. l. c. faſc.* 61.
Hoſt. l. c. t. 63. *With. l. c. t.* 25.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 9. *Ehrh. l. c.* n. 13.
Hopp. l. c. Cent. 2. n. 12.

Germ. Entferntblüthiges Rifpengras.

Ad vias, lacus, fluuios; in locis falfis, maritimis, alibique.

Perennis. Flor. aeftate.

Radix fibrofa. Culmi pedales, fefquipedales, teretes, ftriati, glabri, oblique adfcendentes, ex geniculis inferioribus procumbentibus plerumque radices atque ramos protrudentes. Folia linearia, acuminata, erecta aut patentia; dorfo glabra, facie ftriata atque fcabra. Vaginae teretes, obfolete ftriatae, glabrae. Ligula breuis, obtufa, rarius acutiufcula. Panicula erecta, aequalis, ramofa. Racheos inferior pars femiteres, ftriata, glabra; fuperior cum ramis ramulisque fubflexuofa, angulata, fcabra. Rami fub anthefi diuaricati, poft anthefin deflexi. Spiculae lineares, teretiufculae, dein compreffae, obtufae, virides aut ex viridi et purpureo variae; flosculis quinque, rarius feptem, liberis, aetate remotiufculis. Glumae calicinae ouatae, obtufae, ad carinam fcabriufculae, inaequales: altera f. inferiori minori, vninerui; altera maiori, neruis tribus diftincta. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, apice obtufa atque crenulata, dorfo conuexiufcula, obfolete quinqueneruis, prope bafin plus minus pubefcens; interior exteriorem longitudine aequans vel parum longior, fubbifida, ad flexurae angulos tenuiffime ciliata.

In locis falfis et maritimis tota faepe glauca et paulo rigidior.

5. POA *rigida*, panicula difticho-fecunda coarctata rigida, fpiculis linearibus acutis 5-11floris, flofculis liberis obfolete quinquenernibus, radice fibrofa.

Poa rigida. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 396. *Hoft. Gram.* 2. p. 53. *Koel. Gram.* p. 183. *Smith. Britan.* 1. p. 99. *Desfont. Atlant.* p. 74. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 120. — *Curt. Lond.*

Triticum maritimum. *Wulf. in Jacq. Collect.* 3. p. 34.

Gramen filicinum rigidiufculum. *Vaill. Par.*

Gramen panicula multiplici maius. *Scheuchz. Agroft.* p. 271.

Gramen aruenfe, filicina duriore panicula gracilius. *Barrel. Ic.*

Gramen loliaceum murorum duriufculum, fpica erecta rigida. *Moris. Hift.* 3.

Ic. *Host. l. c. t.* 74. *Scheuchz. l. c. t.* 6. *f.* 2.
Curt. l. c. fasc. 24. *Barrel. l. c. t.* 49.
Vaill. l. c. t. 18. *f.* 4. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 2. *f.* 9.

Germ. Steifes Rispengras.

In Istriae, Litoralis, Foriiulii vineis, pratis, alibique (*Wulfen, Host*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa, cespitosa. Culmi tri-quadriunciales et longiores, rigidi, subcompressi, striati, glaberrimi, nitidi, quandoque purpurascentes; primo procumbentes, dein vel tantum apice adscendentes vel toti erecti. Folia linearia, acuta, saepius inuoluto-setacea, supra et margine imprimis scabra; vaginis subcompressis, striatis, glabris. Ligula oblonga, acutiuscula, demum lacera. Panicula erecta, duplici ordine secunda, coarctata, rigida; rachi flexuosa, angulata, ad angulos scaberrima. Rami alterni, angulati, scabri: superioribus sensim breuioribus, simplicibus, nonnisi vnicam spiculam ferentibus. Spiculae lineares, acutae, teretiusculae, dein compressae, compositae e flosculis 5-11, liberis, aetate remotis. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, carina scabrae, inaequales: altera minori, neruo vnico; altera maiori, neruis 2-3 distincta. Glumae corollinae subaequales, lanceolatae, acutiusculae: exteriori obsolete quinquenerui, apicem versus compressa atque carina scabra. Gluma interior angustior, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Gramen rarissimum, extra Circ. Austriaci limites, quantum scio, a nemine obseruatum.

6. POA *dura*, panicula secunda coarctata rigida, spiculis lanceolatis obtusis 3-5floris, flosculis liberis septemneruibus, radice fibrosa.

Poa dura. *Scop. Carn.* n. 101. *Host. Gram.* 2. p. 53. *Koel. Gram.* p. 189. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 121. — *Hopp. Plant. Alp. Ejusd. Herb.*

Cynosurus durus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 413. *Schrank. Bavar.* n. 219. *Kroch. Sil.* n. 150. *Pollich. Palat.* n. 100.

Lolium procumbens, ſpica diſticha, locuſtis teretibus triſloris. *Hall. Helv.* n. 1419.

Gramen aruenſe, polypodii panicula craſſiori. *Barr. Ic.*

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 73. *Krock. l. c. t.* 28. *Pollich. l. c. t.* 1. *f.* 1. *Barr. l. c. t.* 50.

Exſ. *Hopp. Pl. Alp. Cent.* 2. *Ejusd. Herb. Cent.* 1. n. 4.

Germ. Hartes Riſpengras.

In arenoſis, ſterilibus, cultis, ad vias Circul. Auſtriaci (*Scopoli*, *Hoſt*), Bavariae prope Ratisbonam (*Hoppe*), Franconiae (*Delavigne*), Palatinatus (*Pollich*), Wetteraviae (*G. M. S.*) — prope Barby (*Scholler*) — Thuringiae (*Rupp*, *Bernhardi*) — prope Ienam (*Funk*, *Graumüller*), Halam Saxon. (*Leyſſer*) — Sileſiae (*Krocker*, *Blottner*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi plures, digitales, procumbentes, rigidiuſculi, compreſſi, ſtriati, glabri, toti foliorum vaginis tecti, inferne ſaepe ramoſi. Folia lineari-lanceolata, breuia, obtuſa, margine et ſuperiori carinae parte ſcabra. Vaginae laxae, compreſſae, carinatae, ſtriatae, glabrae; ligula breui, obtuſiuſcula. Panicula ſecunda, coarctata, obtuſa, rigida, apice quandoque recuruata. Rachis vna cum ramis flexuoſa, angulata, ſtriata et glabra. Rami alterni, ſimplices, rarius diuiſi: inferiores et ſuperiores breuiſſimi, ſpicula plerumque ſolitaria terminati; intermedii paulo longiores, ſpiculas 3-4 gerentes. Spiculae oblongo-lineares, compreſſae, obtuſae, rigidae; floſculis 3-5, baſi liberis. Glumae calicinae compreſſae, obtuſae, virides, margine albo membranaceae, inaequales: altera maiori, oblongo-ouata, neruis ſeptem; altera minori, ouata, neruis tribus notata. Gluma corollina exterior glumae calicinae exteriori conformis, ſed maior et ſuperne ad carinam ſcabra; interior paulo minor et anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Variat culmo breuiori cum paniculae ramis omnibus ſimplicibus, ſpiculam nonniſi vnicam ferentibus. In ſolo fertiliori culmi ſeſquidigitales et longiores, apice plerumque adſcendentes, panicula denſiori terminati.

7. POA *pilosa*, panicula aequali: florifera contracta; fructifera diffusa, ramis inferioribus ad basin et ramificationes pilosis, spiculis linearibus 7-9floris, flosculis acutiusculis liberis, radice fibrosa.

Poa pilosa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 391. *Host. Gram.* 2. p. 49. — *Schleich. Plant. Rar.*

Poa verticillata. *Spec. Plant.* l. c. p. 393. *Cavan. Ic.* 1. p. 63.

Gramen paniculis elegantissimis, maius, locustis purpureo-spadiceis, minoribus. *Scheuchz. Agrost.* p. 193.

Ic. *Host. l. c. t.* 68. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 3. *Cavan. l. c. t.* 93.

Exs. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 9.

Germ. Haariges Rispengras.

Inter segetes in Foriiulio (*Host*) et Carniolia (*Wulfen*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa. Culmi et foliorum fasciculi plures in cespitem vniti, pedales, sesquipedales, erecti aut geniculis inferioribus tantum decumbentes, teretiusculi, striati, glabri, simplices et ramosi. Folia linearia, acuminata, plana, supra, margine et superne ad carinam scabra, vtrinque ad vaginae exortum pilorum fasciculo barbata. Vaginae subcompressae, striatae, glabrae. Ligulae loco series pilorum breuium. Panicula aequalis, ramosissima, multiflora; sub anthesi contracta et erecta, post anthesin diffusa atque apice plus minus cernua. Rachis gracilis, subflexuosa; inferne semiteres et ad basin ramorum ac ramificationum pilis breuibus stipata; superne angulata, scabriuscula, nuda. Rami ramulosi, flexuosi, angulati, scabri, verticillati, superioribus alternis. Spiculae lineares, compressae, nitidae, purpurascentes vel e viridi et purpurascente variae. Flosculi exigui, acutiusculi, 7 vel 9, rarius 5, basi liberi, remotiusculi. Glumae calicinae membranaceae, vninerues, inaequales: altera duplo maiori, ad superiorem carinae partem scabriuscula. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, compressa, trineruis, carina scabra; interior paulo minor, ad flexurae angulos ciliata.

Poam verticillatam CAVAN. huc refero fide Comit. de *HOFFMANSEGGE*, Viri Illuftriffimi, qui mecum huius graminis fpecimen vna cum multis aliis plantis, in itinere per Lufitaniam inftituto lectis, benevole communicauit. A *Poa Eragroftii*, cui *P. verticillatam* adnumerandam effe putat Cl. BALBIS (*Mifcell. Bot.* p. 11), valde discrepat.

8. POA *Eragroftis*, panicula aequali patente, ramis inferioribus ad bafin et ramificationes pilofis, fpiculis lanceolatis 9-15floris, flosculis obtufis liberis, radice fibrofa.

Poa Eragroftis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 392. (excl. Moris. fyn.) *Hoft. Gram.* 2. p. 50. *Koel. Gram.* p. 179. *Desfont. Atlant.* 1. p. 74. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 118. *Schreb. Gram.* 2. p. 81. — *Hopp. Herb.*

Poa locuftis diftichis decemfloris, calycibus acutis. *Hall. Helv.* n. 1450.

Gramen paniculis elegantiffimis, minimum. *Scheuchz. Agroft.* p. 192.

Gramen phalaroides, fparfa brizae panicula, minus. *Barrel. Ic. Mont. Prodr.* p. 45.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 69. *Scheuchz. l. c. t.* 2. *f.* 2.
Schreb. l. c. t. 38. *Barrel. l. c. t.* 44. *f.* 2.

Exf. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 11.

Germ. Schönftes Rifpengras.

In cultis, fterilibus, imprimis folo arenofo, Circul. Auftriaci (*Scopoli*, *Jacquin*, *Hoft*), Bavariae prope Ratisbonam (*Hoppe*), Princip. Baruthini (*Schreber*) – prope Dulfeldorpium (*Delavigne*), Bielefeldiam (*Weihe*).

Annua. Flor. a Iunio ad Auguftum.

Radix fibrofa. Culmi plures, pedales altioresue, ex procumbente erecti, teretiufculi, ftriati, glabri, fimplices vel bafi ramofi. Folia linearia, acuminata, plana, margine fcabra, verfus bafin vtrinque pilis fparfis obfeffa. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, fuperiori parte imprimis pilofae. Ligulae loco feries pilorum breuium. Panicula erecta, aequalis, patens. Rachis flexuofa; inferne femiteres, ftriata; fuperne angulata, fcabra. Rami folitarii, flexuofi, angulati, fcabri: inferiores ad bafin et plerumque etiam ad

ramificationes pilis breuibus ſtipati. Spiculae lanceolatae, compreſſae, nitidae, ex 9 ad 1 floſculis liberis compoſitae, purpuraſcentes vel e ſpadiceo et purpureo variae. Floſculi inferiores demum, vt in *P. amabili*, caduci. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, compreſſae, ad carinam ſcabrae, inaequales: altera minori, vninerui; altera maiori, acutiori, trinerui. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, obtuſa, tri- rarius quinquenernis, ſuperne ad carinam ſcabra; interior minor, apice plerumque indiuiſa, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Briza Eragroſtis Scop. fide Wulfenii potius huius quam ſequentis ſpeciei videtur.

9. POA *megaſtachya*, panicula aequali patente: ramis inferioribus ad baſin et ramificationes piloſis, ſpiculis lanceolatis (maioribus) 15-25floris, floſculis obtuſis, radice fibroſa.

Poa megaſtachya. *Koel. Gram.* p. 181.

Briza Eragroſtis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 405. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 110. *Krock. Siles.* n. 147. *Schreb. Gram.* 2. p. 83. — *Hopp. Herb.*

Poa Eragroſtis. *Cavan. Ic.* 1. p. 63.

Briza oblonga. *Moench. Meth.* p. 185.

Gramen paniculis elegantiſſimis, ſiue eragroſtis maius. *Scheuchz. Agroſt.* p. 194.

Gramen eranthemum ſeu Eragroſtis phalaroides paniculatum multiplici et tenui Brizae ſpica. *Barrel. Ic.* (ſpiculis lanceolatis).

Gramen eranthemum paluſtre tenui et ſparſa Brizae panicula. *Barrel. Ic.* (ſpiculis ſubrotundo-ouatis).

Gramen eranthemum ſupinum congeſta Brizae panicula. *Barrel. Ic.* (culmo humili et ſpiculis lanceolatis, maioribus).

Gramen filicinum ſiue paniculis elegantiſſimis Eragroſtis dictum. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen amoris dictum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 470.

Gramen Amourettes. *Clus. Hiſt.* p. CCXVIII. c. ic.

Ic. *Cavan. l. c. t.* 92. *Barrel. l. c. t.* 43. 743. et 744.
Schreb. l. c. t. 39. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 6. *f.* 52.
Krock. l. c. t. 27. *Clus. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 4. *f.* 4.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 15.

Germ. Grofsähriges Rifpengras.

In agris, fterilibus, arenofis, muris Iftriae, Litoralis, Foriiulii (*Wulfen*) — pr. Ratisbonam (*Hoppe*) — Palatinatus prope Weifenheim (*Märklin*) — pr. Wiesbaden (*Delavigne*), Giesfam? (*Dillenius*) — in Silefia (*Krocker*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

A priori, cui maxime affinis, potiffimum differt paniculae ramis breuioribus, magis flexuofis; fpiculis maioribus, obtufioribus, 15-25floris, plerumque cinereo- vel glauco-virefcentibus; foliis longioribus, latioribus et paulo rigidioribus. Culmi etiam firmiores et folia faepe ad vaginae exortum pilis frequentioribus et longioribus barbata. — Vtraque planta in eodem folo culta characteres immutatos feruat.

Poa locuftis diftichis etc. *Hall. Helv.* n. 1450. a Linnaeo et fub *Poa megaftachya* et fub *Poa Eragroftii* citata, ad pofteriorem plantam pertinet, vt ex Halleri defcriptione luculenter apparet. Specimina etiam huius Poae a Schleichero in Helvetia lecta, *Poam Eragroftin*, nec *megaftachyam* indicant. — Poa noftra, in Thuringia prope Smohna olim a Ruppio obferuata, nec Illuftr. Schrebero, nec alii recentiorum botanicorum obuia fuit.

10. POA *fupina*, panicula aequali diffufa pauciflora, fpiculis oblongis 4-6floris, flosculis obtufis liberis, ligula foliorum culmeorum acutiufcula, reliquorum breui obtufa, radice repente.

Poa variegata. *Hall. fil. in Schleich. Catal.* p. 38.

Poa alpina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 386. γ.

Poa latifolia, culmo debili, locuftis quadrifloris, calycis glumis aequalibus, floralium dorfo ferıceo. *Hall. Helv.* n. 1456. γ.

Gramen pratenfe, paniculatum, minus, rubrum. *Scheuchz. Agroft.* p. 190. (excl. fyn. Bauh. et Tabern.) *Ejusd. Itin.* 2. p. 457.

Gramen paniculatum elegans, paniculis ex fpadiceo viridi et argenteo variegatis. *Scheuchz. Agroft.* p. 20.

Ic. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 3. *Ejusd. Itin. l. c. f.* 17.

Germ. Niedriges Rifpengras.

In fummis alpibus Salisburgenfibus (*Mielichhofer*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix repens. Culmi plures, digitales, fefquidigitales et nonnunquam altiores, erecti, graciles, teretiufculi, ftriati, glaberrimi, faepius purpurafcentes. Folia linearia, acuta, margine et fuperne ad carinam fcabra: fafciculorum anguftiora. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, glabrae. Ligula foliorum culmeorum exferta, acutiufcula, reliquorum paulo breuior atque obtufior. Panicula pauciflora, erecta, aequalis, diffufa, dein contracta. Rachis, vna cum ramis, flexuofa, glabra. Rami folitarii, breuiffimi, angulati: inferiores fubdiuifi, fpiculas 2, rarius 3 gerentes; reliqui fimplices, fpicula folitaria terminati. Spiculae oblongae, compreffae, e quatuor ad fex flofculis compofitae, ex viridi et albo, vel ex viridi, albo et purpurafcente variae. Flofculi obtufi, bafi liberi, dein remotiufculi. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, compreffae, carinatae, glabrae, inaequales: altera maiori, neruis tribus; altera minori, vnico tantum neruo notata. Gluma corollina exterior oblonga, compreffa, carinata, obtufa, apice fubinde crenulata, vnineruis, fuperiori parte glabra, inferiori parte, imprimis carina et margine parce villofa. Gluma interior minor, fubbifida, ad flexurae angulos tenuiffime ciliata.

Teneritate et panicula parua pauciflora a reliquis congeneribus facile diftinguenda. A *Poa alpina*, pro cuius varietate minori a pluribus habetur, differt paniculae ramis folitariis, fubfimplicibus, glabris; fpiculis oblongis; glumis omnibus apice glabris, nec carina fcabris; flosculis obtufis, bafi minus villofis.

Halleri et *Scheuchzeri* fynonyma a Cl. *Smithio* ad *Poam* fuam *humilem* (*Flor. Britan.* 3. p. 1387.) referuntur; fed quantum ab hoc gramine differunt, cuique ex *Scheuchzeri* defcriptione et icone facile patebit.

Supinam dixi, ne confunderetur cum *Poa variegata* *Lamarck*. *Illuftr.* n. 972.

11. POA *laxa*, panicula contracta apice nutante, ſpiculis oblongo-ouatis ſubtrifloris, floſculis baſi villo connexis, ligula oblonga acutiuſcula, radice ſubpente.

Poa laxa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 386. *Haenk. Sudet.* p. 118.

Poa flexuoſa. *Smith. Britan.* 1. p. 101. — *Engl. Bot.*

Poa caule erecto, panicula rara, folliculis trifloris, baſi dorſoque villoſis. *Hall. Helv.* n. 1457.

Gramen alpinum, paniculatum, minus, panicula ſpadiceo-viridi, elegans. *Scheuchz. Agroſt.* p. 163. *Ejusd. Prodr.* p. 19.

Gramen paniculatum, alpinum, paruum, panicula ſpicata, ſpadiceo-viridi, elegans. *Scheuchz. Itin.* VI. p. 457.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1123. *Scheuchz. Itin. l. c. t.* 6. *f.* 16. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 4.

Germ. Schlaffes Riſpengras.

In alpibus Styriae (*Hoſt*), Carinthiae et Tyrolis (*Hoppe*), Princip. Salisburgenſis et Berchtesgadenſis (*Mielichhofer*) — in Sudetis (*Haenke*), in Bohemia (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix ſubrepens, plures culmos atque foliorum faſciculos nutriens. Culmi ſpithamaei, baſi paululum declinati, abhinc erecti, graciles, ſubcompreſſi, ſtriati, glabri, ſaepe, vt tota planta, plus minus glauceſcentes. Folia linearia, acuta, mucronulata, primo carinata, dein plana, ad oras et ſupremam dorſi partem praeprimis ſcabra: faſciculorum anguſtiora, longiora. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae, glabrae. Ligula exſerta, oblonga, acutiuſcula, in foliorum faſciculis paulo breuior et obtuſior. Panicula contracta, flexuoſa, pauciflora, apice plerumque nutans. Rachis gracilis, flexuoſa, glabra: inferne ſemiteres, ſuperne angulata. Rami ramulique filiformes, flexuoſi, angulati, glabri vel ſcabriuſculi. Spiculae oblongo-ouatae, compreſſae, tri-rarius quadriflorae, ex viridi et albo, aut ex viridi, albo et purpuraſcente variae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, inaequales, compreſſae, trinerues, carina apicem verſus ſcabrae. Gluma corollina exterior oblongo-lanceolata, acutiuſcula, compreſſa, vnico tantum neruo, dorſi medium percur-

rente notata, apice glabra, reliqua parte villis tenuiſſimis complicatis tecta, quibus flosculi inuicem baſi connexi ſunt. Gluma interior anguſtior et parum minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuisſime ciliata.

Poa flexuoſa Flor. Britan. 1. p. 101. ab hac non differt, ipſo SMITHIO per literas monente.

Diuerſiſſima a ſequente: habitu, radice, panicula, ſpiculis et colore, plerumque omnium partium, glaucescente.

12. POA *alpina*, panicula aequali diffuſa, ſpiculis ouatis 5-11floris, flosculis acutis liberis, ligula foliorum culmeorum oblonga acuta, reliquorum breui obtuſa, radice fibroſa.

Poa alpina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 386. *Hoſt. Gram.* 2. p. 49. *Koel. Gram.* p. 176. *Smith. Britan.* 1. p. 100. *Braun. Salisburg.* n. 71. *Schrank. Bavar.* n. 206. — *Engl. Bot. Hopp. Plant. Alp.*

Poa badenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 392.

Poa brizoides. *Wohlleb. Suppl.* p. 5.

Poa latifolia, culmo debili, locuſtis quadrifloris, calycis glumis aequalibus, floralium dorſo ſericeo. *Hall. Helv.* n. 1456. *α.*

Gramen alpinum, paniculatum, maius, panicula ſpecioſa, variegata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 186. *Ejusd. Prodr.* p. 20.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1003. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 3. *Hoſt. l. c. t.* 67. *fig. ſiniſt.*

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

β. Floribus viuiparis.

Poa alpina. *Flor. Dan.*

Gramen alpinum, latifolium, panicula laxa, foliacea, foliolis in panicula paucioribus et magis criſpis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 212.

Ic. *Hoſt. l. c. fig. dextr.* *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 14. *Flor. Dan. t.* 807.

Germ. Alpen-Riſpengras.

In alpinis, ſubalpinis Circul. Auſtriac. (*Hoſt*), Princip. Salisburgenſis (*Braune*) et Berchtesgadenſis (*Mielichhofer*), Bavariae (*Schrank*); — locis depreſſis Mansfeldiae (*Kohl*).

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix fibroſa. Culmi et foliorum faſciculi plures in denſum ceſpitem diſpoſiti, erecti toti aut geniculis inferioribus infracti, pedales, ſubteretes, ſtriati, glaberrimi, quandoque purpuraſcentes. Folia linearia, latiuſcula, obtuſa, apice conniuente mucronulata, ad oras et ſupremam carinae partem ſcabra: faſciculorum ſiue culmorum iuniorum adhuc ſterilium longiora atque anguſtiora. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae, glabrae; in culmis longiſſimae et ligula oblonga, acuta inſtructae; in foliis faſciculorum breuiſſimae et ligula breui, obtuſa terminatae. Panicula aequalis, laxa, erectiuſcula: fructifera plus minus apice nutans. Rachis inferne ſemiteres, ſtriata; ſuperne flexuoſa, angulata, ſcabriuſcula. Rami ramuloſi, flexuoſi, ſcabri; ſub antheſi horizontaliter patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Spiculae ouatae, ſubinde late ouatae (nequaquam vero cordatae), compreſſae, pallide virides, aut ex viridi et purpureo variae; flosculis 5-7, rarius 9-11, baſi liberis. Glumae calicinae compreſſae, ouato-lanceolatae, quandoque lato-ouatae et ob apicem inflexum quaſi ſubfalcatae, acutae, ſuperne ad carinam ſcabrae, inaequales: altera ſ. ſuperiori quinquenerui; altera neruis tribus diſtincta. Saepius vtraque gluma neruis tribus notata reperitur. Gluma corollina exterior oblongo-ouata, acuta, compreſſa, vninervis, carina apicem verſus ſcabra, inferiori dorſi parte magis vel minus villo ſericeo tecta; interior minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Poa badenſis Willd. (*P. brizoides* Wohlleb.) in Mansfeldiae depreſſis creſcens, primo quidem aſpectu, habitu paululum ab alpino gramine differre videtur; collatis vero pluribus ſpeciminibus, in diuerſis locis alpinis et ſubalpinis lectis, cum iis, quae in Mansfeldia occurrunt, ſenſim in alteram per gradus intermedios tranſit. *Poa collina* Host. *Gram.* l. c. p. 48. t. 66., cui Vir amiciſſimus *Poam badenſem* pro ſynonymo adſcripſit, habitu magis quam *badenſis* cum *alpina* conuenit et ab eadem nonniſi culmo humiliori et panicula pauciflora et magis erecta diſtinguitur. Verum his notis *collina*, vt cuique patebit, ab *alpina* disiungi haud poteſt.

13. POA *bulbosa*. panicula aequali diffusa, spiculis ouatis subquinquefloris, flosculis basi villo connexis, culmo fasciculisque foliorum bulbosis, radice fibrosa.

Poa bulbosa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 399. *Host. Gram.* 2. p. 47. *Koel. Gram.* p. 187. *Smith. Britan.* 1. p. 102. *Desfont. Atlant.* 1. p. 73. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 122. *Scop. Carn.* n. 103. — *Engl. Bot.*

Poa foliis bulbosis, panicula diffusa, locustis quadrifloris, folliculis subuillosis. *Hall. Helv.* n. 1461.

Gramen vernum, radice Ascalonitidis. *Vaill. Paris.*

Gramen xerampelinum, miliacea, pertenui ramosaque sparsa panicula. *Scheuchz. Agrost.* p. 185.

Ic. *Engl. Bot.* t. 1071. *Vaill. l. c.* t. 17. *f.* 8.
Host. l. c. t. 65. *fig. finist.*

β. Floribus viuiparis.

Poa crispa. *Thuill. Paris.* p. 45.

Poa prolifera. *Schmidt. in Mayer. Phys. Sammlung.* 1. p. 188.

Poa bulbosa. *Roth. l. c.* β.

Poa bulbosa. *Krock. Siles.* n. 139. *Pollich. Palat.* n. 95.

Gramen aruense, angustifolium, panicula densa, foliacea, foliolis in panicula angustissimis. *Scheuchz. Agrost.* p. 211.

Gramen aruense panicula crispa ianthina foliis geniculatis minus. *Barrel. Ic.* et

Gramen aruense panicula crispa pallida, seu minus. *Ejusd.*

Gramen aruense panicula crispa. *Moris. Hist.* 3.

Ic. *Host. l. c.* t. 65. *f. dextra.* *Barrel. l. c.* t. 703.
Krock. l. c. t. 25. *Moris. l. c. sect.* 8. t. 5. *f.* 14.
Scheuchz. l. c. t. 4. *f.* 13. A. B. C.

Germ. Zwiebeltragendes Rispengras.

In arenosis, apricis, moeniis, pascuis, ad vias, alibique.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa, plures culmos et foliorum fasciculos, in densum cespitem dispositos, proferens. Culmi, aeque ac foliorum fasciculi, basi bulbosi, semipedales, pedales, teretes, striati, glabri, erecti toti aut geniculis inferioribus procumbentes. Folia breuia, linearia, acuta, carinata, subinde glauca, margine et superne ad carinam scabra: fasciculorum longiora atque an-

gustiora. Vaginae striatae, glabrae, virides aut ex viridi purpurascentes: culmeae superiores, teretes, foliis longiores. Vaginae foliorum radicalium plures, membranaceae, basi dilatatae, arcte sibi incumbentes et sic bulbum constituentes. Ligula breuis, acutiuscula; in foliorum fasciculis breuior et obtusior. Panicula erecta, aequalis, pauciflora. Rachis flexuosa; inter ramos inferiores semiteres, glabra; inter ramos superiores angulata, scabriuscula. Rami ramulique flexuosi, angulati, plus minus scabri; sub anthesi horizontaliter patentes; contracti ante et post anthesin. Spiculae ouatae, acutae, compressae, 4 vel 5 flosculos continentes, virides, aut e viridi et purpurascente variae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, compressae, superne ad carinam scabrae: maiori neruis tribus notata; minori angustiori, vnico neruo distincta. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, acutiuscula, compressa, vnineruis, carina apicem versus obsolete scabra, infra medium, imprimis carina et margine, villis tenuissimis complicatis obsessa, quibus flosculi basi cohaerent. Gluma interior minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Variat culmis humilioribus et panicula minori.

14. POA *sudetica*, panicula aequali diffusa, spiculis ouato-lanceolatis subtrifloris, flosculis liberis, vaginis ancipitibus, ligula breui, radice repente.

Poa sudetica. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 389. *Haenk. Sudet.* p. 120. — *Schleich. Plant. Rar.*

Poa rubens. *Spec. Plant.* l. c. *Koel. Gram.* p. 160. *Moench Meth.* p. 187.

Poa quadripedalis. *Ehrh. Gram.*

Exs. *Schleich. l. c. Cent.* 2. *Ehrh. l. c.* n. 135. n. 11.

Germ. Schlesisches Rispengras.

In pratis, paludosis, siluaticis humidis; etiam rupestribus Moraviae et Styriae (*Host*), Tyrolis (*Hoppe*), Com. Werthemensis (*Wibel*), Franconiae (*Wolff*, *Delavigne*) — Hassiae inferioris (*Moench*), Hercyniae (*Sr.*) — prope Gottingam (*Persoon*), Hanno-

veram (*Ehrhart*) — Duc. Megapolitani (*Timm*) — prope Halam Saxon. (*Sprengel*); — in Sudetis (*Haenke*), in Bohemia (*Schmidt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Speciofum gramen habitu *Feftucae filuaticae*, floribus *Poae triuiali* haud disfimile. Radix longe lateque repens, per interualla fquamis membranaceis obtecta, ad genicula fibrofa. Culmi pluribus foliorum fafciculis aucti, bi-tripedales et altiores, erecti, firmi, fubcompreffi, ftriati, glabri, fub panicula fcabriufculi. Folia latiufcula, lanceolata, apice conniuenti cufpidata, ad oras et fupremam carinae partem fcabra: fuperiora fenfim breuiora et obtufiora; inferiora et fafciculorum longiora atque acutiora. Vaginae laxae, ancipites, ftriatae, magis vel minus fcabrae. Ligula breuis, truncata, crenulata. Panicula aequalis, ramofiffima; in planta florente erecta et diffufa; poft florefcentiam contracta atque cernua. Rachis fubteres, ftriata, fuperne praecipue flexuofa et fcabra. Rami plerumque quaterni, ramulofi, laxi, capillacei, flexuofi, fubangulati, fcabri. Spiculae ouato-lanceolatae, acutae, compreffae, tri- rarius quadriflorae, virides aut e viridi et purpurafcente variae. Flosculi bafi liberi. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, vt flosculi compreffae, ad carinam fcabrae, inaequales: minori neruo vnico; maiori neruis tribus diftincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acutiufcula, argute quinqueneruis, apice membranacea, ad carinam fcabra; interior vix minor, fed anguftior, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiffime ciliata.

Secundum Hoffmanni *Floram Germanic.* (ed. 2. p. 43.) haec fpecies etiam prope Hanoviam crefcit; fed a nullo adhuc ibidem obferuata eft. Defideratur quoque in Flora Wetteraviae.

Poa fyluatica Villars. *Dauph.* 2. p. 128. quoad defcriptionem parum a *fudetica* differre videtur.

15. POA *triuialis*, panicula aequali diffufa, fpiculis oblongo-ouatis fubtrifloris, flosculis bafi villo connexis quinqueneruibus, culmo vaginisque fcabriusculis, ligula oblonga, radice fibrofa.

Poa triuialis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 387. *Host. Gram.* 2. p. 45. *Smith. Britan.* 1. p. 103. — *Engl. Bot. Curt. Lond.*

Poa fcabra. *Ehrh. Gram. Koel. Gram.* p. 161.

Poa pratenfis. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 113. *Pollich. Palat.* n. 90.

Poa dubia. *Leers. Herborn.* n. 69.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1072. *Curt. l. c. fafc.* 15.
Host. l. c. t. 62. *Leers. l. c. t.* 6. *f.* 5.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 72.

Germ. Gemeines Rifpengras.

In pratis, pafcuis, paluftribus, alibique.

Perennis. Flor. a Iunio ad Septembrem.

Radix fibrofa, plures culmos foliorumque fafciculos, in denfum cefpitem vnitos, fuftinens. Culmi ad genicula inferiora terrae appreffa radicantes, abhinc erecti, 2-3pedales, ftriati, faepius purpurafcentes; inferne fubcompreffi, fuperne teretiufculi. Folia linearia, acuta, carinata, flaccida, ad oras et fupremam carinae partem praecipue fcabra: inferiora, vt in congeneribus, plerumque emarcida; fafciculorum anguftiora, minus fcabra. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, vt culmi, plus minus fcabrae. Ligula oblonga, acutiufcula: fafciculorum paulo breuior atque obtufior. Panicula erecta, aequalis, diffufa, ramofiffima; in aliis viridis, in aliis e viridi et purpurafcente varia. Racheos inferior pars fubteres, ftriata, fcabriufcula; fuperior pars flexuofa, angulata, fcabra. Rami ramulofi, laxi, capillacei, flexuofi, angulati, plerumque fcaberrimi: florentes horizontales; fructiferi magis erecti, rarius vero toti contracti. Spiculae paruae, oblongo-ouatae, acutae, compreffae, trirarius quadriflorae. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, compreffae, carinatae, ad neruos fcabrae, inaequales: altera minori, neruo vnico; altera maiori, latiori, neruis tribus notata. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, obtufiufcula, carinata, quinqueneruis, apice membranacea, infra medium ad carinam et marginem villis tecta complicatis, quibus flosculi bafi connexi funt. Gluma interior minor, apice bifida, ad flexurae angulos vix ciliata.

Halleri et *Scheuchzeri* ſynonyma, ad hanc et ſequentem ſpeciem ſpectantia, quam maxime dubia ſunt. Ex *Scheuchzerianis* tamen Gramen pratenſe, paniculatum, medium *Agroſt.* p. 18, a *Linnaeo* ſub *P. triuiali* citatum, ad *pratenſem* referrem. — *Poa ſcabra* Koel. eſt certe eadem cum *triuiali*, ſed quo referenda eſt eius *triuialis?* In deſcriptione (*Gram.* p. 157.) plurima quidem ad *pratenſem*, nonnulla vero omnino ad *triuialem* ſpectant. Sic etiam plurima allata ſynonyma ad *pratenſem* pertinent. Noua tamen ſpecies non eſt. Eiusdem *Poa pratenſis* (l. c. p. 167.) pariter quoad deſcriptionem et ſynonyma ex *triuiali* et *pratenſi* compoſita, ad poſteriorem proxime accedit.

16. POA *pratenſis*, panicula aequali diffuſa, ſpiculis oblongo-ouatis ſubquinquefloris, floſculis baſi villo connexis quinqueneruibus, culmo vaginisque glabris, ligula breui, radice repente.

Poa pratenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 388. (excl. Leers. ſyn.) *Hoſt. Gram.* 2. p. 44. *Smith. Britan.* 1. p. 104. (excl. Leers. ſyn.) — *Engl. Bot. Curt. Lond.*

Poa anguſtifolia. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 387. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 112. *Pollich. Palat.* n. 89. *Leers. Herborn.* n. 67.

Poa glabra. *Ehrh. Gram. Schleich. Plant. Rar.*

Poa humilis. *Ehrh. Gram. Koel. Gram.* p. 171.

Poa triuialis. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 112.

Ic. *Engl. Bot.* t. 1073. *Curt. l. c. faſc.* 14.
Hoſt. l. c. t. 61. *Leers. l. c.* t. 6. *f.* 3.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 1. n. 7. *Ehrh. l. c.* n. 62. et 115.

Germ. Wieſen-Riſpengras.

In pratis et paſcuis demiſſis, montanis, alpinis et ſubalpinis; etiam ad muros et in ruderatis.

Perennis. Flor. a Maio ad Iulium.

Radix, imprimis ſolo fertiliori et humido, repens. Culmi et faſciculi foliorum plures in denſum ceſpitem diſpoſiti, erecti, glaberrimi, altitudine $1\frac{1}{2}$-4 pedum; inferne ſubcompreſſi, ſuperne teretiuſculi atque eui-

dentius ſtriati. Folia linearia, acutiuſcula, margine et ſuperne ad carinam ſcabra, in ſolo ſterili quandoque glauceſcentia: culmea erecta, breuia; faſciculorum longiora, anguſtiora, patentia, plerumque complicata. Vaginae ſubcompreſſae, obſolete ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, obtuſa. Panicula vt in praecedente, ſed minus ſcabra et poſt antheſin contracta atque apice cernua. Spiculae oblongo-ouatae, acutae, compreſſae, quatuor aut quinque flosculos continentes, quandoque etiam triflorae, virides, purpuraſcentes, et e viridi et purpuraſcente variae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, compreſſae, carina ſcabrae, inaequales: altera minori, vninerui; altera maiori, neruis tribus diſtincta. Flosculi fere vt in *P. triuiali.*

Poa anguſtifolia praeeuntibus VV. Cl. *Smithio* et *Hostio* huc relata, ſpecie omnino non differt, cum in omnibus, etiam foliis faſciculorum, cum *pratenſi* conuenit. *Poa humilis Ehrh.* nonniſi ſtatura minori discrepat. Characteres illi adſcripti erronei et forte ab vnico et imperfecto ſpecimine ſicco ſumti ſunt. A *Poa annua*, cui alii eam affinem habent et quacum ab aliis iterum coniungitur, recedit omnibus characteribus *Poae pratenſi* propriis. Etiam *Poa humilis Smith. Britan.* 3. p. 1387. (excl. ſyn. Willd. Haller. et Scheuchz. ad *P. ſupinam* pertinentibus) quoad ſpecimina originalia ab amiciſſimo *Turnero* miſſa, vix niſi colore omnium partium glauco a *P. pratenſi* disiungenda eſt. *Poa ſetacea* et *ſtrigoſa Hoffm. Flor. Germ.* ed. 2. p. 44. pariter huc pertinent, ſed vix varietatis nomen merentur.

17. POA *ſerotina*, panicula aequali diffuſa, ſpiculis ouato-lanceolatis ſubquinquefloris, floſculis baſi villo connexis obſolete quinqueneruibus, culmo vaginisque ſcabriuſculis, ligula breui, radice ſubrepente.

Poa ſerotina. *Ehrh. Gram. Koel. Gram.* p. 173.

Poa polymorpha. *Wib. Werthem.* p. 113.

Poa riparia. *Wolff. in lit.*

Poa elegans. *Hall. fil. in Schleich. Catal. Plant.* p. 38. (excl. ſyn. Hall. ad P. laxam ſpectante).

Poa paluſtris. *Koel. Gram.* p. 155. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 117. et omnium fere auctorum Florae Germanicae.

Poa pratenſis. *Loers. Herborn.* n. 68.

Gramen paniculatum aquaticum anguſtifolium, panicula ſpecioſa. *Scheuchz. Agroſt.* p. 184. quoad deſcriptionem.

Ic. *Leers. l. c. t.* 6. *f.* 4.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 82.

Germ. Spätes Riſpengras.

In pratis, paludoſis, vineis, muris, alibique haud infrequens.

Perennis. Flor. a Iunio ad Septembrem.

Radix ſubrepens. Culmi plures, ſeſquipedales, bipedales et altiores, erecti, baſi declinati, ſubcompreſſi, ſtriati, ſcabriuſculi, ex geniculis inferioribus, imprimis ſolo humido, continuo ramos florentes emittentes, quapropter hoc gramen longius quam affines ſpecies florere ſolet. Folia linearia, acuta, plana, apicem verſus carinata, in aliis vbique, in aliis tantum margine et carina ſcabra: inferiora plerumque emarcida. Vaginae ſubcompreſſae, obſolete ſtriatae, ſcabriuſculae, rarius glabrae. Ligula breuis, truncata. Panicula erecta, aequalis, ramoſiſſima, diffuſa, laxa: fructifera contracta atque cernua. Racheos inferior pars teretiuſcula, ſtriata, glabra: ſuperior pars angulata, ſcabra. Rami graciles, laxi, ſubflexuoſi, angulati, ſcabri. Spiculae ouato-lanceolatae, acutae, compreſſae, plerumque quinqueflorae, in ramis vel ſurculis vero ſerius florentibus tantum triflorae. Flosculi purpuraſcenti-virides, apicibus luteis, nitidis: deflorati fuſceſcunt. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, compreſſae, in plerisque trinerues, carina et ſubinde etiam ad neruos ſcabrae, inaequales: inferiori paulo minori, anguſtiori. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, obtuſa, obſolete quinquenervis, apice membranacea, ſuperne ad carinam ſcabra, carinae et marginis inferiori parte villis complicatis tecta, quibus flosculi ad baſin, vt in aliis congeneribus, connexi ſunt. Gluma interior minor, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos obſolete ciliata.

Variat pro ſoli diuerſitate, cui innaſcitur 1. Colore totius plantae caeſio, apicibus tamen glumarum ex-

ceptis, qui in omni ſtatu luteſcunt; 2. Culmis altioribus, craſſioribus et ſpiculis 7-9floris; 3. Culmorum atque vaginarum ſuperficie plus minus ſcabra; 4. Ligula exſerta.

Poae triuiali et *pratenſi* ſpecies valde affinis, ab vtraque vero ſatis diſtincta. Differt praecipue a priori radice ſubrepente et ligula plerumque breuiſſima, truncata; a poſteriori culmis vaginisque magis vel minus ſcabris, nunquam glaberrimis. Ab vtraque eſt diuerſa panicula ſaepe maiori, ramoſiſſima; ſpiculis ouato-lanceolatis; gluma calicina vtraque plerumque trinerui; floſculis apice luteis; gluma corollina exteriori ſubquinquenerui. — *Poa caeſia* SMITH. varietati caeſiae huius ſpeciei vix niſi colore conuenit; toto habitu, imprimis vero floſculis baſi diſtinctis, discrepat.

Poa paluſtris omnium fere autorum huc pertinet, gramen vero a LINNAEO in *Specieb. Plant.* ſub hoc nomine deſcriptum, propriam ſpeciem, vt Cl. SMITHIUS me certiorem fecit, non conſtituit, ſed, quoad notam e SEGUIERI *Flora* receptam et ſynonyma citata, procul dubio idem eſt cum *Leerſia Oryzoides*.

18. POA *nemoralis*, panicula ſubſecunda diffuſa attenuata, ſpiculis lanceolatis ſubtrifloris, floſculis liberis, ligula breuiſſima truncata, culmo ſubcompreſſo vaginisque glabris, radice ſubrepente.

Poa nemoralis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 399. *Hoſt. Gram.* 2. p. 51. *Koel. Gram.* p. 191. *Smith. Britan.* 1. p. 106. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 115. *Pollich. Palat.* n. 94. *Leers. Herborn.* n. 72. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Poa culmo debili, panicula nutante, locuſtis bifloris, folliculis ſubuilloſis. *Hall. Helv.* n. 1469.

Gramen loliaceum alpinum, paniculis ex rarioribus et exiguis locuſtis compoſitum. *Mont. Prodr.* p. 39.

Gramen paniculatum, anguſtifolium; alpinum, locuſtis rarioribus et anguſtioribus, non ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 164. *Ejusd. Prodr.* p. 18.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1265. *Leers. l. c. t.* 5. *f.* 3.
Hoſt. l. c. t. 71. *Mont. l. c. f.* 12.
Flor. Dan. t. 749. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 2. *f. dextr*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 5.

β. Culmis ex inferioribus geniculis fibras, numerofas glomeratim arcte implexas, producentibus.

Poa nemoralis. *Spec. Plant.* l. c. β. *Pollich.* l. c. β. *Leers.* l. c. β.

Poa nemoralis minor. *Roth. Germ.* l. c. p. 116.

Gramen cirrofa et villofa fpongia ad fingula genicula donatum, paniculatum, alpinum. *Bocc. Mus. Scheuchz. Agroft.* p. 165.

Ic. *Bocc. l. c. t.* 59.

Germ. Hain-Rifpengras.

In nemorofis, dumetis; etiam ad muros.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguftum.

Radix fibrofa, fubrepens. Culmi plures, in denfum cefpitem coniuncti, fefquipedales, etiam bipedales, graciles, erectiufculi, fubcompreffi, ftriati, glabri, fimplices vel bafi ramofi. Folia plura, angufta, linearia, acuta, erecta, apicem verfus carinata; modo vtrinque et margine, modo margine et fuperne ad carinam fcabra; inferiora confertiora, breuiora, emarcida. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, glabrae. Ligula breuiffima, truncata, crenulata. Panicula fubfecunda, attenuata, laxa, pauciflora; fub florefcentia erectiufcula, diffufa; poft florefcentiam contracta atque cernua. Rachis gracilis, fubflexuofa; inter ramos inferiores teretiufcula, ftriata, glabra, quandoque fcabriufcula; inter ramos fuperiores angulata, fcabra. Rami graciles, flexuofi, angulati, fcabri, plus minus ramofi. Spiculae fere vt in *P. ferotina*, fed anguftiores et plerumque tri- rarius quinqueflorae, flofculis bafi liberis, nec villis complicatis connexis.

In alpinis culmi humiliores, tenuiores et omnes partes minores.

Differt a praecedente culmis humilioribus vaginisque glabris, nunquam fcabris, foliis anguftioribus, magis glabris, flosculorum numero; a *P. pratenfi* culmis euidentius ftriatis, fpiculis anguftioribus, acutioribus, gluma calicina vtraque plerumque trinerui, corollae gluma exteriori obfolete neruofa. Ab vtraque diftinguitur culmis tenuioribus, panicula fubfecunda, graciliori, pauciflora et flofculis liberis. — An reuera a *P. nemorali* praeter colorem diftincta fit *Poa*

glauca SMITH. *Britan.* 1. p. 1388. (cuius ſynonymum eſt *Feſtuca airoides* LAMARCK. *Illuſtr.* n. 1037. fide ſpeciminis ab amiciſſ. FLÜGGIO mecum communicati), equidem valde dubito.

19. POA *compreſſa*, panicula ſubſecunda diffuſa, ſpiculis oblongo-ouatis 5-7floris, floſculis baſi villo connexis, culmo compreſſo, radice repente.

Poa compreſſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 397. *Hoſt. Gram.* 2. p. 51. *Koel. Gram.* p. 185. *Smith. Britan.* 1. p. 99. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 122. *Pollich. Palat.* n. 93. *Leers. Herborn.* n. 71. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Poa muralis. *Wib. Werth.* p. 114.

Poa culmo compreſſo, delicato, locuſtis diſtichis, ſexfloris. *Hall. Helv.* n. 1455.

Gramen paniculatum radice repente, culmo compreſſo. *Vaill. Par.*

Gramen paniculatum, radice repente, culmo compreſſo, locuſtis diſtichis, pulchellis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 198.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 70. *Flor. Dan. t.* 742.
Engl. Bot. t. 365. *Vaill. l. c. t.* 18. *f.* 5.
Leers. l. c. t. 5. *f.* 4.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 6. n. 1. *Ehrh. l. c.* n. 92.

Germ. Zuſammengedrücktes Riſpengras.

In muris, ruderatis, pratis, ad vias.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix repens. Culmi plures, pedales, ſeſquipedales, baſi procumbentes, abhinc erecti, obliqui, compreſſi, ſtriati, glabri, ex geniculis inferioribus ſaepius ramos et radices emittentes. Folia breuia, linearia, acuta, plana, ſubinde, vt reliquae partes, glaucefcentia; in aliis vbique, in aliis tantum margine ſcabra. Vaginae compreſſae, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, obtuſa. Panicula erecta, breuis, ſubſecunda. Rachis ſubflexuoſa, compreſſo-angulata, ſcabra. Rami plus minus diuiſi, flexuoſi, angulati, ſcabri; ſub antheſi horizontales; rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Spiculae oblongo-ouatae, compreſſae, e floſculis 5-7, rarius pluribus compoſitae; aliae virides; aliquae e

viridi et purpurascente variae. Glumae calicinae inaequales, ouato-lanceolatae, acutae, compressae, trinerues, ad carinam scabrae. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, obtusiuscula, subcompressa, obsolete quinqueneruis, superne ad carinam scabra, carinae et marginis inferiori parte villis candidis complicatis tecta, quibus flosculi basi cohaerent; interior minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Variat culmis erectis, et panicula maiori, ramosissima.

Poa muralis Wib. in omnibus cum nostra planta conuenit; eiusdem vero *compressa* (saltem quoad specimina missa) distinguitur flosculis liberis, nec villis complicatis basi connexis. Haec varietas mihi etiam Gottingae et alibi passim obuia fuit.

20. POA *annua*, panicula subsecunda diuaricata, spiculis oblongo-ouatis 5-7floris, flosculis liberis, culmo subcompresso, radice fibrosa.

Poa annua. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 390. *Host. Gram.* 2. p. 46. *Koel. Gram.* p. 169. *Smith. Britan.* 1. p. 105. *Desfont. Atlant.* p. 72. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 115. *Pollich. Palat.* n. 91. *Leers. Herborn.* n. 70. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Stillingf. Misc. Dicks. Hort. Sicc.*

Poa culmo infracto, panicula triangulari, locustis trifloris, glabris. *Hall. Helv.* n. 1466.

Gramen pratense paniculatum minus. *Scheuchz. Agrost.* p. 189.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1141. *Leers. l. c. t.* 6. *f.* 1.
Host. l. c. t. 64. *Stillingf. l. c. t.* 7.
Curt. l. c. fasc. 2. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 17. E.

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 14. n. 5.

Germ. Jähriges Rispengras.

In pratis, cultis, ruderatis; ad vias.

Annua. Flor. a vere ad autumnum.

Radix fibrosa. Culmi et foliorum fasciculi plures in cespitem vniti, semipedales, pedales, basi ramosi, oblique adscendentes, in solo fertiliori magis erecti, subcompressi, obsolete striati, glaberrimi. Folia linearia, acutiuscula, saepe transuersim vndulata, flaccida,

laete viridia, tantum margine et superne ad carinam scabra: fasciculorum et ramorum iuniorum angustiora, minus scabra. Vaginae compressae obsolete striatae, glabrae, ligula exserta, acutiuscula: inferiores et fasciculorum ligula breuiori et obtusiori terminatae. Panicula erecta, subsecunda, ex viridi et albido, rarius ex viridi et purpurascente varia. Rachis glabra; inferne semiteres, striata; superne angulata. Rami angulosi, scabriusculi; sub anthesi horizontaliter patentes; post anthesin plus minus deflexi. Ramuli, vt ramorum apices, flexuosi. Spiculae oblongo-ouatae, acutae, compressae, --florae, flosculis basi liberis. Glumae calicinae lanceolatae, acutiusculae, compressae, superne ad carinam scabrae, inaequales: altera minori, vninerui; altera maiori, neruis tribus distincta. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, obtusa, quinquenerius, apice membranacea, carina glabra, basi subuillosa; interior angustior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

In alpinis subinde viuipara obseruatur.

21. POA *decumbens*, panicula subsimplici contracta pauciflora, spiculis oblongo-ouatis 3-4floris, calice flosculos subaequante, vaginis foliisque pilosis, radice subrepente.

Poa decumbens. *Host. Gram.* 2. p. 52. *Smith. Britan.* 1. p. 107. *Scop. Carn.* n. 98.

Festuca decumbens. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 424. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 131. *Pollich. Palat.* n. 105. *Leers. Herborn.* n. 78. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Hopp. Herb. Ehrh. Gram.*

Bromus decumbens. *Koel. Gram.* p. 242.

Sieglingia decumbens. *Bernh. Erford.* p. 44.

Melica rigida. *Wib. Werthem.* p. 117. —

Melica decumbens. *Web. Spicil.* p. 3.

Festuca locustis teretibus muticis octifloris, flosculis alternis imperfectis. *Hall. Helv.* n. 1434.

Gramen montanum, auenaceum, locustis muticis, tumentibus, pilosum. *Scheuchz. Agrost.* p. 170.

Gramen auenaceum paruum procumbens, paniculis non aristatis. *Pluk. Phyt.*

Gramen triticeum paluſtre humilius, ſpica breuiore. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 72. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 16. A-C.
Engl. Bot. t. 792. *Pluk. l. c. t.* 34. *f.* 1.
Flor. Dan. t. 162. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 1. *f.* 6.
Leers. l. c. t. 7. *f.* 5.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 11. n. 3. *Ehrh. l. c.* n. 16.
Hopp. l. c. Cent. 1. n. 9.

Germ. Niederliegendes Riſpengras.
In pratis montanis, paſcuis, ericetis.
Perennis. Flor. Iunio.
Radix ſubrepens. Culmi et foliorum faſciculi plures in ceſpitem magis vel minus denſum vniti, pedales, ſeſquipedales altioresue, erecti toti aut baſi procumbentes, rigidi, ſubcompreſſi, obſolete ſtriati, glabri, ſupra medium fere foliati. Folia linearia, acuminata, erecta, rigidula, carinata, ſiccitate inuoluta, margine et ſuperne ad carinam ſcabra, ad vaginae exortum praecipue piloſa, reliqua parte, vt vaginae, vtrinque pilis ſparſis obſeſſa: inferiora longiſſima, plerumque emarcida. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae. Ligulae loco ſeries pilorum breuium. Panicula erecta, ſubſimplex, contracta, pauciflora. Rachis, vt rami, flexuoſa, angulata, ſcabriuſcula. Rami pauci. ſolitarii, ſubdiuiſi, ſpiculas duas, rarius tres gerentes: ſuperioribus breuioribus, ſimplicibus, ſpicula ſolitaria terminatis. Spiculae oblongo-ouatae, ſubcompreſſae, obtuſae; floſculis tribus aut quatuor, arcte imbricatis, baſi liberis. Floſculus vltimus plerumque ſterilis. Glumae calicinae ſubaequales, ouato-lanceolatae, acuminatae, longitudine fere floſculorum, carina ſcabrae, dorſo virides, margine membranaceo albidae, aut ex albido et purpuraſcente variae, quinquenerues, neruis lateralibus non ad medium ductis. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, obſolete ſeptemneruis, baſi vtrinque faſciculo pilorum barbata, margine infra medium ciliata, dorſo conuexa, apice tri- rarius quinquefida. Gluma interior minor, oblongo-ouata, apice indiuiſa, ad flexurae angulos ciliata.
Certe Poae ſpecies, quamuis habitus alienus.

22. POA *disticha*, racemo spicato ouato disticho.

Poa disticha. *Wulf. in Jacq. Miscell.* 2. p. 74. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 400. *Host. Gram.* 2. p. 55. — *Jacq. Ic. Rar.* 1. *Schleich. Plant. Rar. Hopp. Plant. Alp.*

Poa seslerioides. *Allion. Pedem.* n. 2208.

Sesleria locustis quinquefloris, distichis; calyce tridentato. *Hall. Helv.* n. 1447.

Ic. *Host. l. c. t.* 76. *Allion. l. c. t.* 91. *f.* 1. *Jacq. l. c. t.* 19.

Exs. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 10. *Hopp. l. c. Cent.* 1.

Germ. Zweizeiliges Rispengras.

In rupestribus summarum alpium Styriae (*Host*), Carinthiae, Tyrolis (*Wulfen*, *Hoppe*), Princip. Salisburgensis (*Schrank*).

Perennis. Flor. Iulio, Augusto.

Radix fibrosa, cespitosa. Culmi tri- sexunciales, rarius altiores, erecti, rigiduli, graciles, teretiusculi, striati, superne saepe scabri, basin versus duobus circiter geniculis intercepti. Folia glabra tota, aut facie et ad oras tantum scabriuscula, plerumque erecta: culmea linearia, planiuscula, breuissima; inferiora et fasciculorum complicato-setacea, longiora, culmo tamen semper breuiora. Vaginae subcompressae, striatae, plus minus pubescentes. Ligula exserta, oblonga, acutiuscula. Racemus spicatus, ouatus, erectus, distichus. Rachis subflexuosa, angulata, vt pedicelli, pilis breuibus hispidula. Spiculae alternae, breuius pedicellatae, ouatae, compressae, nitidae, 4-5florae, ex caerulescente, viridi, fusco et albido eleganter variae. Flosculi imbricati, basi liberi. Glumae calicinae subaequales, ouato-lanceolatae, acutae, compressae, in plerisque trinerues. Gluma corollina exterior oblonga, compressa, vt calices, magis vel minus pubescens, obsolete quinquenervis, neruo carinali saepe in mucronem breuem desinente: interior minor, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Habitus Sesleriae, florum vero structura Poae proxima.

58. BRIZA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 115. Iuſſ. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 108. Gaertn. Fruct. 1. p. 4. t. 1.

Cal. biualuis, multiflorus. *Cor.* biualuis, ventricoſa, valuulis cordatis, obtuſis, muticis. *Sem.* corollae adnatum.

1. BRIZA *minor*, panicula erecta, ſpiculis triangularibus 5-7floris, calice floſculis maiori.

Briza minor. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 403. *Hoſt. Gram.* 2. p. 22. *Smith. Britan.* 1. p. 108. — *Engl. Bot. Schleich. Plant. Rar. Dicks. Herb. Sicc.*

Poa petiolis tenerrimis, locuſtis triangularibus. *Hall. Helv.* n. 1449.

Gramen tremulum minus locuſta deltoide. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen tremulum, minus, panicula parua. *Bauh. Prodr.* p. 4. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 25. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 205.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1316. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 6. *f.* 47.
Hoſt. l. c. t. 28. *Bauh. Prodr. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 4. *f.* 9. *Ejusd. Theatr. l. c.*

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 11. *Dicks. l. c. faſc.* 5. n. 3.

Germ. Kleines Zittergras.

In aruis Iſtriae (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmus humilis, vix ſemipedalem altitudinem attingens, erectus, teres, ſtriatus, glaberrimus, plerumque vsque ad paniculae exortum vagina veſtitus, ſimplex vel baſi ramoſus. Folia erecta, lanceolata, acuta, modo vtrinque, modo tantum margine ſcabra; inferne carinata, reliqua parte plana. Folia faſciculorum et ramorum anguſtiora et acutiora. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula elongata, acutiuſcula: iuuenilis integra; adultior laciniata. Panicula erecta, patens, multiflora. Rachis ſemiteres, ſtriata, ſcabra. Rami ſubcompreſſi, ſcabri, dichotomi, ramuloſi, ramulis diffuſis, tenuiſſimis, capillaribus, plus minus flexuoſis. Spiculae paruae, triangulares, vt in ſequentibus, pendulae et tremu-

lae, nitidae, e 5 vel 7 flosculis compositae. Glumae calicinae corolla maiores, subaequales, ventricosae, obtusissimae, subcompressae, glabrae, 4-5neruес, virides, vt gluma corollina exterior, margine membranaceae, albidae vel albo viridique variae. Gluma corollina exterior calici conformis, pilis sparsis, appressis obsolete pubescens; interior minor, apice bifida, ad flexurae angulos inferne tenuissime ciliata. Semen, vt in congeneribus, corollae adnatum.

2. BRIZA *media*, panicula erecta, spiculis demum cordatis subseptemfloris, calice flosculis minori.

Briza media. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 404. *Host. Gram.* 2. p. 22. *Smith. Britan.* 1. p. 109. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 110. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 43. *Pollich. Palat.* n. 97. *Leers. Herborn.* n. 64. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Briza tremula. *Koel. Gram.* p. 149.

Poa petiolis tenuissimis, locustis ouatis. *Hall. Helv.* n. 1448.

Gramen tremulum s. Phalaroides minus, lata sparsa panicula. *Barr. Ic. Mont. Prodr.* p. 45.

Gramen tremulum vulgare minus, Phalaris minor Lobelii. *Moris. Hist.* 3.

Gramen tremulum maius. *Bauh. Theatr.* p. 25. c. ic. *Scheuchz. Agrost.* p. 204.

Amourettes tremblantes. *Clus. Hist.* p. CCXVIII. c. ic.

Ic. *Host. l. c. t.* 29. *Mont. l. c. f.* 39.
Engl. Bot. t. 340. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 8.
Flor. Dan. t. 258. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 6. *f.* 45.
Schkuhr. l. c. t. 14. *C. Bauh. l. c.*
Leers. l. c. t. 7. *f.* 2. *Clus. l. c.*
Barr. l. c. t. 16.

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 5. n. 2. *Ehrh. l. c.* n. 63.

Germ. Gemeines Zittergras.

In pratis et pascuis frequens.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa, plures culmos et foliorum fasciculos sustinens. Culmi pedales, sesquipedales, erecti, teretes, striati, glaberrimi, superne nudi. Folia breuia,

erecta, lanceolata aut lineari-lanceolata, acuta, basi et apice plerumque carinata, margine et ad superiorem costae partem scabra, ceterum glabra. Vaginae teretes, striatae, glabrae: suprema longissima, parum dilatata. Ligula breuis, obtusa. Panicula erecta, patens, multiflora. Rachis semiteres, striata, glabra, vel nonnisi superiori parte scabriuscula. Rami, vt rachis, purpurascentes, compresso-angulosi, magis vel minus scabri, in plures ramulos diuisi; sub anthesi horizontaliter patentes, post anthesin contracti. Ramuli capillares, flexuosi, diffusi. Spiculae glabrae, nitidae, e viridi et purpureo variae; primo ouatae, dein ob expansas et inferiora versus depressas glumas calicinas cordatae. Flosculi plerumque septem, rarius nouem. Glumae calicinae corolla minores et tribus plerumque tantum neruis distinctae.

Variat quandoque spiculis viridibus.

3. BRIZA *maxima*, panicula apice nutante, spiculis oblongo-cordatis 13-17floris.

Briza maxima. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 405. *Host. Gram.* 2. p. 23. *Koel. Gram.* p. 153. *Jacq. Obs.* 3. p. 10.

Gramen tremulum maximum. *C. Bauh. Pin.* p. 2. *Ejusd. Prodr.* p. 5. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 24. c. ic. *Moris. Hist.* 3. *Scheuchz. Agrost.* p. 202.

Ic. *Host. l. c. t.* 30. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 6. *f.* 48.
Jacq. l. c. t. 60. *C. Bauh. Prodr. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 4. *f.* 7. *Ejusd. Theatr. l. c.*

Germ. Grosses Zittergras.

Ad vias, in vineis Istriae; asperis Litoralis (*Host*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa, parua. Culmi pedales circiter, erecti, teretes, striati, glabri, superne plerumque nudi. Folia lanceolata, acuminata, plana, mollia, laxa, vtrinque at ad oras scabra. Vaginae teretes, striatae, glabrae, ligula elongata, acutiuscula. Panicula apice nutans, pauciflora. Rachis semiteres, striata, scabra. Rami filiformes, subcompressi, scabri, sub anthesi horizontaliter patentes et nutantes: inferne gemini, subdiuisi; reliqui solitarii ac simplices, vel omnes

solitarii et indiuisi. Spiculae maximae, oblongo-subcordatae, latiusculae, crassae, ad 17 flosculos continentes, ex pallide viridi et albicante, vel ex flauo viridi et purpurascente variae. Glumae calicinae quam in praecedentibus longe maiores, dorso conuexae, glabrae, inaequales: altera s. minori neruis quinque notata; altera neruis octo aut nouem distincta. Gluma corollina exterior calice conformi maior et latior, conuexa, pilis appressis vestita, nouemneruis, neruis lateralibus, vt in glumis calicinis, marginem versus decrescentibus. Interior in sinu exterioris glumae latitans, parua, obouata, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

59. DACTYLIS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 117. Iuss. Gen. p. 31. Vent. Tabl. 2. p. 104.

Cal. biualuis, multiflorus, valuula maiori altero latere conuexa latiori, altero depressa angustiori. *Cor.* biualuis, valuulis lanceolatis, muticis. *Sem.* corollae adnatum.

1. DACTYLIS *glomerata*, panicula secunda glomerata, foliis carinatis.

Dactylis glomerata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 408. (excl. syn. Moris.) *Host. Gram.* 2. p. 67. *Smith. Britan.* 1. p. 111. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 109. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 43. *Pollich. Palat.* n. 98. *Leers. Herborn.* n. 57. *Schreb. Gram.* 1. p. 72. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Rust. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Bromus glomeratus. *Scop. Carn.* n. 111. *Koel. Gram.* p. 244.

Bromus locustis tetranthis, fasciculatis, imbricatis. *Hall. Helv.* n. 1512.

Gramen spicatum folio aspero spica breuiore. *Barr. Ic.*

Gramen panicula torosa pratense asperum. *Moris. Hist.* 3.

Gramen spicatum folio aspero. *C. Bauh. Prodr.* p. 9. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 45. c. ic. *Scheuchz. Agrost.* p. 299.

Ic. *Host. l. c. t.* 94. *Mart. l. c. t.* 14.
Engl. Bot. t. 335. *Flor. Dan. t.* 743.

Schkuhr. l. c. t. 14.
Leers. l. c. t. 3. f. 3.
Schreb. l. c. t. 8. f. 2.
Barr. l. c. t. 26. f. 2.
Scheuchz. l. c. t. 6. f. 15.
Moris. l. c. sect. 8. t. 6. f. 38.
C. Bauh. Prodr. l. c.
Ejusd. Theatr. l. c.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 43.

Germ. Gemeines Knaulgras.

In pratis, pomariis, nemoroſis, ſiluis; ad ſepes, vias vulgaris.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix craſſa, dura, fibris plurimis aucta, vnum alterumue culmum et foliorum faſciculum ſuſtinens. Culmi ſeſquipedales, bipedales, erecti, geniculis inferioribus ſaepe infractis, ſubteretes, ſtriati, glabri, in paniculae vicinia ſcabriuſculi. Folia firma, linearia, acuminata, longa, patentia, carinata, ſtriata, ſcaberrima. Vaginae compreſſae, ſtriatae, ſcabrae, ligula elongata, obtuſa vel acutiuſcula, primo integra, dein lacinulata. Panicula ſecunda, erecta; ſub antheſi horizontaliter patens; ante et poſt antheſin coarctata. Rachis, vt rami, ſcaberrima: inferiori parte ſemiteres; reliqua parte flexuoſa, ſubtriquetra, ad angulos ciliata. Rami ſolitarii, flexuoſi, ſubcompreſſi, angulis ciliatis: inferiores longiores, remotiores; ſuperiores ſenſim breuiores et confertiores. Spiculae ſecundae, conglomeratae, ſcabrae, e 3 vel 4 floſculis plerumque compoſitae, virides aut e viridi et purpuraſcente variae. Glumae calicinae floſculis minores, lanceolatae, acuminatae, compreſſae, inaequales: maiori neruis 4 vel 5 notata, ad carinam ciliata, altero latere conuexa, latiori, altero depreſſa, anguſtiori; minori anguſtiſſima, ſubaequali, carina ſcabra et vnico tantum neruo, dorſi medium percurrente diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acuminata, compreſſa, hinc conuexiuſcula, quinqueneruis, carina ciliata; interior minor, apice bifida aut emarginata, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Synonymum *Morisoni* a Cl. *Willdenowio* citatum ad *Holcum bulboſum* pertinet.

2. DACTYLIS *maritima*, ſpica interrupta, foliis rigidis inuolutis.

Ic. *Noſtr. t.* 6. *f.* 1.

Germ. Meer-Knaulgras.

In maritimis inſulae Cavorle (*Wulfen*).

Perennis. Flor. aeſtate.

Radix parua, ligneſcens, fibris capillata, plures culmos diuerſae altitudinis exſerens. Culmi teretes, ſtriati, vt reliquae plantae partes, rigidi et magis vel minus glaucescentes; ad ſpicae exortum ſcabri et nudi, ceterum foliis vaginisque tecti et glabri; alii erectiusculi, aliqui adſcendentes et e geniculis terrae vicinis ſaepe radices atque ramos agentes. Folia plura, approximata, breuia, linearia, acuta, primo plana, demum inuoluta, ad oras et ſuperiorem coſtae partem praecipue ſcabra, baſin verſus externe plerumque pilis breuibus, albis inſperſa. Vaginae teretes, ſtriatae, nudae, aut ſuperne ad fiſſuram ciliatae: ſuperiores foliis paulo longiores; inferiores confertiores, breuiores. Ligulae loco ſeries pilorum. Spica ſemuncialis et vltra, erecta, interrupta, rachi ſubflexuoſa, ſemitereti, ſtriata, ſcabra. Spiculae alternae, compreſſae, glabrae, 7-11florae, virides vel e dilutiſſime caeruleſcente et viridi variae; ſub antheſi patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Glumae calicinae floſculis minores, ex ouato lanceolatae, acutae, compreſſae, altero latere, vt in priori, latiori, altero anguſtiori: maiori tribus neruis, minori vnico tantum neruo diſtincta. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, breuiter mucronata, compreſſa, ad carinam vix ſcabra, margine membranacea, 7-9 neruis notata; interior exteriori vix minor, ſed anguſtior, apice indiuiſa, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos glabra.

Wulfenius ante plurimos annos huius noui et rariſſimi graminis ſpecimina nonnulla, in inſula Cavorle lecta, cum *Schrebero*, *Reinero* et aliis quibusdam communicauit. A poſteriori illo, vt per literas me monuit, *Willdenowio* miſſum credit, quoniam is plures ab eo plantas auſtriacas rariores, imprimis Tergeſti lectas acceperit. Ex quo argumen-

tatur, *Willdenowium* ſe induci eſſe paſſum, vt perperam crederet, etiam hoc gramen Tergeſti creſcere; cumque praeterea cum *Dactyli littorali* ſ. *Poa littorali Gouan.*, nullibi in Litorali occurrente, confudiſſet, explicari ſimul poſſe, qui factum ſit, vt in ſua Specier. Plant. editione *Dactyli littorali* Tergeſtum locum natalem aſſignauerit.

60. CYNOSVRVS Gaertn.

Gaertn. Fruct. 1. p. 5. t. 1.

Cal. biualuis, 2-5florus. *Cor.* biualuis, valuulis lineari-lanceolatis: exteriori mutica v. apice ariſtata. *Sem.* corollae adnatum. Spiculae inuolucro diſticho, glumaceo ſtipatae.

1. CYNOSVRVS *criſtatus*, racemo ſpicato lineari, ſpiculis muticis, foliis linearibus.

Cynoſurus criſtatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 411. *Hoſt. Gram.* 2. p. 68. *Koel. Gram.* p. 371. *Smith. Britan.* 1. p. 111. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 155. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 44. *Pollich. Palat.* n. 99. *Leers. Herborn.* n. 99. *Schreb. Gram.* 1. p. 69. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Phleum criſtatum. *Scop. Carn.* n. 81.

Cynoſurus inuolucris pinnatis retuſis. *Hall. Helv.* n. 1545.

Gramen loliaceum, ſpicae locuſtis criſtatis. *Mont. Prodr.* p. 42.

Gramen tiphinum plantaginis ſpica glumoſa digitata heteromallum maius et minus. *Barrel. Ic.*

Gramen criſtatum. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 468. c. ic.

Gramen pratenſe, criſtatum, ſ. ſpica criſtata laeui. *C. Bauh. Prodr.* p. 8. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 43. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 79.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 96.
Engl. Bot. t. 316.
Mart. l. c. t. 106.
Schkuhr. l. c. t. 15.
Flor. Dan. t. 238.
Leers. l. c. t. 7. *f.* 4.
Schreb. l. c. t. 8. *f.* 1.
Mont. l. c. f. 23.
Barrel. l. c. t. 27.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 8. A. C.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. Theatr. l. c.
Ejusd. Prodr. l. c.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 73.

Germ. Gemeines Kammgras.

In pratis, pafcuis, pomariis, folo tam ficco quam humido.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix forofa, plures culmos et foliorum fafciculos fuftinens. Culmi pedales, fefquipedales et altiores, erecti, plerumque fimplices, tenues, teretes, ftriati, glaberrimi, fuperiori parte nudi. Folia angufta, linearia, acuminata, primo carinata, dein plana, fuperne ad oras et coftam fcabra, ceterum glabra. Vaginae teretes, ftriatae, glaberrimae, ligula breui, truncata, crenulata. Racemus fpicatus, linearis, fecundus, fefquiuunciam vel duas vncias longus. Rachis flexuofa; inferiori parte femiteres et glabra; fuperiori parte angulata atque fcabriufcula. Pedicelli pubefcentes, breues, alterni, folitarii, duplici ferie vnilateraliter pofiti, fubdiuifi, tres circiter fpiculas gerentes. Spiculae oblongae, compreffae, dein diftichae, tri- vel quadriflorae, rarius quinqueflorae, virides; fub anthefi patentes; rachi appreffi ante et poft anthefin. Ad fingularum fpicularum bafin inuolucrum diftichum, latere exteriori conuexum, interiori concauum, compofitum e glumis alternis, approximatis, lineari-lanceolatis, acuminatis, muticis, compreffis, vnineruibus, carina fcabris, margine albidis. Glumae calicinae fubaequales, flosculis minores, inuolucri glumis conformes. Gluma corollina exterior viridis, ouato-lanceolata, acuminata vel in ariftam breuiffimam attenuata, dorfo conuexa, fcabra et neruis quinque obfoletis diftincta; interior paulo minor, oblongo-lanceolata, albida, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Variat flosculis viuiparis, et quandoque fertiliori folo fpicis triplici pedicellorum ferie inftructis.

2. CYNOSVRVS *echinatus*, panicula coarctata ouata, fpiculis ariftatis, foliis lanceolatis.

Cynofurus echinatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 412. *Hoft. Gram.* 2. p. 67. *Koel. Gram.* p. 370. *Smith. Britan.* 1. p. 112. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 157. *Scop. Carn.* n. 97. — *Engl. Bot.*

Cynofurus bractearum dentibus lanceolato-linearibus. *Hall. Helv.* n. 1546.

Gramen loliaceum, afperum, locuftis vnam partem fpectantibus. *Mont. Prodr.* p. 42.

Gramen alopecurum fpica afpera. *Barrel. Ic.*

Gramen paniceum fpica afpera latiore. *Moris. Hift.* 3.

Gramen cum cauda leporis afpera, fiue fpica murina. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 473. et 474. c. ic.

Gramen alopecuroides fpica afpera. *C. Bauh. Theatr.* p. 59. c. ic. *Scheuchz. Agroft.* p. 80.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1333.
Hoft. l. c. t. 95.
Mont. l. c. f. 24.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 8.
B. D.
Barrel. l. c. t. 123. *f.* 2.
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 4. *f.* 13.
I. Bauh. l. c.
C. Bauh. l. c.

Germ. Weichftachliges Kammgras.

In pratis, cultis, ad vias Foriiulii, Litoralis, Iftriae (*Scopoli*, *Hoft*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix e fibris paruis, tenuiffimis compofita. Culmi quam in praecedente craffiores, ad vnum alterumue geniculum inferius faepe infracti, teretes vel fubteretes, ftriati, glabri, fimplices et ramofi; florentes pedales circiter et ad apicem fere vaginis foliorum inclufi; fructiferi multo altiores et fuperiori parte nudi. Folia latiora, plerumque lanceolata, bafi culmum amplectentia (et hinc quafi canaliculata), fuperiori parte plana, facie et fuperne ad dorfum atque oras fcabra. Vaginae ex tereti compreffae, ftriatae, glabrae, laxae; fuperiori fubuentricofa. Ligula oblongo-ouata, obtufa, dein lacinulata. Panicula coarctata, ouata, fecunda, vix vncialem longitudinem excedens. Rachis flexuofa, angulata, cum ramis fcabriufcula. Rami breues folitarii (longiores tamen praecedentis), fubflexuofi, angulati, in plures ramulos diuifi: fuperioribus fenfim minoribus. Spiculae fubbiflorae. Inuolucri glumae gluma corollina exteriori tenuiores, minus approximatae, inaequales, tota fuperficie fcabrae, apice in ariftam magis vel minus longam attenuatae; primo virefcentes, aetate cum fpiculis ex argenteo albidae. Glumae calicinae

inaequales, latiores, minus ariſtatae, ceterum inuolucri glumis ſimiles. Gluma corollina exterior ouato-lanceolata, dorſo conuexa, quinquenervis, neruo intermedio in ariſtam gluma ſua longiorem definente; gluma interior exteriori minor, oblongo-lanceolata, apice bifida, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Inuolucri glumae vnius vel alterius loco quandoque, imprimis fertiliori ſolo, floſculus reperitur. Variat quoque ariſtis purpuraſcentibus.

3. CYNOSVRVS *aureus*, panicula coarctata oblonga, ſpiculis ariſtatis, foliis linearibus.

Cynoſurus aureus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 418. *Hoſt. Gram.* 3. p. 4.

Lamarckia aurea. *Koel. Gram.* p. 376.

Gramen panicula pendula aurea. *Scheuchz. Agroſt.* p. 149.

Gramen ſciurum ſ. alopecurum minus heteromalla panicula. *Barrel. Ic.*

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 4. *Barrel. l. c. t.* 4.
Scheuchz. l. c. t. 3. *f.* 12.

Germ. Goldenes Kammgras.

In Iſtriae aſperis (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi plures, ſemipedales, erectiuſculi, ſimplices et ramoſi, tenues, ſubcompreſſi, ſtriati, glabri, ſuperne nudi. Folia mollia, pallide viridia, linearia, acuminata, ad oras et carinam ſcabra. Vaginae teretiuſculae, ſtriatae, glabrae. Ligula ouata, acuta. Panicula coarctata, oblonga, ſubſpicata, ſecunda, ſeſquiuncialis, nitida, ex viridi et flaueſcente vel ex viridi et purpuraſcente varia. Rachis ſtriata, vix ſcabra; inferne ſemiteres, ſuperne angulata. Rami ſolitarii, ramuloſi, rachi appreſſi, nudiuſculi. Ramuli breues, arcuati, apice cum pedunculo articulati. Pedunculi pilis breuibus, erectis veſtiti, duas ſpiculas gerentes. Spicula altera ſubbiflora floſculum hermaphroditum et rudimentum ſecundi floſculi, altera vnicum tantum et imperfectum floſculum continet. Spiculam ſubbifloram inuolucri loco

fuffulciunt fpiculae duae, alternae, pedicellatae, fteriles f. imperfectae, compofitae e glumis calicinis lanceolatis, acuminatis, compreffis, carinatis, vninervibus, flosculorum loco continentibus glumas circiter octo, diftichas, ouatas, concauas, obtufas, apice denticulatas, trinerues, (lente vifas) vt calicinae pilis breuiffimis adfperfas. Spicula altera vniflora, vnicam fpiculam, inuolucri loco fubiectam habens, compofita e calice biualui, includente pedicellum ariftaeformem, longum, geniculatum, ad geniculum vnica gluma tectum. Hermaphroditi glumae calicinae glumis calicinis fpicularum fterilium fimiles. Gluma corollina exterior, demta arifta, vix minor, oblongo-lanceolata, fubcompreffa, vt reliquae glumae, pilis fparfis breuiffimis veftitae, quinqueneruis, neruo dorfali in ariftam rectam, gluma fua duplo fere longiorem definente; gluma interior exteriorem longitudine aequans, fed anguftior, apice magis vel minus ciliata, fuperiori parte plerumque ad flexurae angulos fcabra, bafi fua amplectens rudimentum alterius flosculi, conftituentis pedicellum fetiformem, geniculatum et ad geniculum gluma ariftata, rarius mutica inftructum.

61. FESTVCA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 119. Iuff. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 108.

Cal. biualuis, multiflorus. *Cor.* biualuis, valvulis lanceolatis: exteriori acuminata, mutica v. apice in ariftam attenuata. *Sem.* corollae adnatum.

† *Foliis omnibus complicato-fetaceis f. capillaribus.*

1. FESTVCA *tenuifolia*, panicula patente, fpiculis oblongis muticis, culmo tetragono, foliis capillaribus, ligula biaurita.

Feftuca tenuifolia. *Sibth. Oxon.* n. 138. *Koel. Gram.* p. 272.
Feftuca ouina. *Leers. Herborn.* n. 74. β.
Feftuca ouina. *Ehrh. Gram.*

Gramen capillaceum, locuſtellis pennatis non ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 275. *Pluk. Phyt.*

Gramen loliaceum foliolis iunceis breuibus minus. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Leers. l. c. t.* 8. *f.* 4. ‡ *Pluk. l. c. t.* 34. *f.* 2.
Scheuchz. l. c. t. 6. *f.* 6. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 3. *f.* 13.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 53.

Germ. Feinblättriger Schwingel.

In nemoroſis, montoſis.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa, plures culmos foliorumque faſciculos in ceſpitem denſum vnitos ſuſtinens. Culmi pedales vel pede altiores, erectiuſculi, tenues, laxi, ſuperne tetragoni, glabri toti aut in paniculae vicinia pilis breuiſſimis, rigidulis ſcabri. Folia complicata, capillacea, tenuiſſima, flaccida, vt vaginae glabra aut plus minus ſcabra. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae. Ligula biaurita. Panicula parua, erecta, ſubſecunda, pauciflora; ſub floreſcentia patens, contracta ante et poſt floreſcentiam. Rachis ſubflexuoſa; inferiori parte ſemiteres, reliqua parte vna cum ramis angulata et ad angulos ſcabra. Rami breues: inferiores ſubgemini, diuiſi; ſuperiores ſolitarii, ſimplices. Spiculae paruae, oblongae, compreſſae, virides aut e viridi et purpuraſcente variae, 4-5florae, floſculis lanceolatis. Glumae calicinae lanceolatae, acutiuſculae, ſubcompreſſae, ad ſupremam carinae partem parum ſcabrae, inaequales: inferiori minori, vninerui; ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior acuminata, mutica, obſolete quinqueneruis, dorſo conuexa, apicem verſus compreſſa et carina plus minus ſcabra; interior vix minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Semen, vt in congeneribus, corollae adnatum.

In collibus et apricis culmi humiliores et folia breviora, minus laxa.

2. FESTVCA *ouina*, panicula patente, ſpiculis oblongis ariſtatis, culmo tetragono, foliis ſetaceis, ligula biaurita.

α. Vulgaris.

Festuca ouina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 419. (excl. plur. syn.) et *Herb. Linn. Host. Gram.* 2. p. 60. *Pollich. Palat.* n. 101. *Leers. Herborn.* n. 74. α. — *Engl. Bot. Schleich. Plant. Rar.*

Gramen foliolis iunceis breuibus, maius, radice nigra. *Scheuchz. Agrost.* p. 279.

Ic. *Host. l. c. t.* 84. *Leers. l. c. t.* 8. *f.* 3.
Engl. Bot. t. 585. *Scheuchz. l. c. t.* 6. *f.* 8.

Exs. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 14.

β. Villosa.

Festuca hirsuta. *Host. Gram.* 2. p. 61.

Festuca ouina. *Koel. Gram.* p. 250. (excl. plur. syn.)

Festuca duriuscula. *Pollich. Palat.* n. 102.

Ic. *Host. l. c. t.* 85.

γ. Viuipara.

Festuca viuipara. *Smith. Britan.* 1. p. 114.

Festuca ouina viuipara. *Spec. Plant. ed. Willd.* l. c. β.

Gramen paniculatum, sparteum, alpinum, panicula angusta, spadiceo-viridi proliferum. *Scheuchz. Agrost.* p. 213. *Ejusd. Prodr.* p. 21.

Gramen sparteum montanum, spica foliacea graminea, maius et minus. *Raj. Syn.* p. 410.

Ic. *Scheuchz. Prodr. l. c. t.* 1. *Raj. l. c. t.* 22. *f.* 1.

Germ. Schaaf-Schwingel.

In pratis siccis, pascuis, collibus, saxosis; γ. praecipue in alpinis et in cacuminibus montium altissimorum.

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Multa quidem cum praecedente similia habet, sed constanter diuersa culmis foliisque firmioribus et paulo crassioribus, spiculis maioribus, euidenter aristatis, apicem versus, praecipue in β., magis vel minus pubescentibus et calicibus acutioribus. Culmi etiam, in solo tam sicco quam fertiliori, ad bipedalem saepe altitudinem adscendunt. Subinde quoque culmi quam in praecedente humiliores, sed omnino crassiores, firmiores et spiculae semper maiores.

β. praeter spiculas magis villosas in omnibus characteribus cum α. conuenit, vt ab ista tanquam distincta

ſpecies dinelli nequeat. Pro vario ſolo, vt α., culmis modo humilioribus, modo altioribus et panicula nunc rara nunc mutliflora occurrit. Varietas panicula pauciflora, ab *Hostio Feſt. hirſuta* dicta, rarius, ſaltem noſtris in regionibus, obſeruatur, ſed non conſtans eſt et cultura in vulgarem plantam panicula multiflora tranſit.

γ. differt tantum glumis corollinis ſub coelo pluuioſo montium altiſſimorum in folia mutatis, vt pluribus ſpeciminibus, a Cl. *Ludwigio* in Sileſiae Sudetis lectis, edoctus ſum.

Feſtuca ſtricta Host. Gram. 2. p. 62. t. 86. (non *Schleich. Plant. Rar. Cent.* 3. n. 15, ob radicem repentem *F. rubrae* proxima), media inter *tenuifoliam* et *ouinam* α. videtur; ſed characteres a ſolo, cui innaſcitur, pendent, nec ſufficiunt pro ſpecie diſtinguenda.

3. FESTVCA *amethyſtina*, panicula patente, ſpiculis oblongis ſubmuticis, calice corollaeque gluma exteriori ciliata, culmo ſubtereti, foliis ſetaceis rigidis, ligula biaurita.

Feſtuca amethyſtina. *Hoſt. Gram.* 2. p. 63.
Ic. *Hoſt. l. c. t.* 89.

Germ. Violetter Schwingel.

In collibus, apricis, locis ſiccis Carinthiae (*Wulfen*), agri Vindobonenſis prope Weinhaus (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi plures, pedales, ſeſquipedales et altiores, erecti, ſubteretes, ſtriati, glabri, rigidi, verſus apicem plerumque purpuraſcentes. Folia complicato-ſetacea, rigida, acuminata, margine ſcabra, facie tenuiſſime pubeſcentia, longitudine et directione varia; primo pallide viridia aut glauceſcentia, dein amethyſtino colore tincta. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula breuiſſima, truncata, in anteriori parte vtrinque in proceſſum auriformem, obtuſum, ciliatum producta. Panicula plerumque multiflora, ſubſecunda, erecta aut apice cernua, pallide viridis, dein purpurea; ſub floreſcentia patens, contracta

ante et poſt floreſcentiam. Rachis ſubflexuoſa; inferne ſemiteres, glabriuſcula, ſuperne angulata atque ſcabra. Rami flexuoſi, angulati, ſcabri, ſaepius purpuraſcentes: inferiores bini vel terni, ramoſi; ſuperiores ſolitarii, ſimplices. Spiculae paruae, oblongae, compreſſae, 4-5florae. Glumae calicinae lanceolatae, acutiuſculae, compreſſae, carina ſcabrae, ad oras, imprimis apicem verſus, aeque ac gluma corollina exterior, tenuiſſime ciliatae, inaequales: inferiori minori, vninerui; ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acuminata et mutica vel breuiſſime ariſtata, obſolete quinqueneruis, dorſo conuexiuſcula, apicem verſus compreſſa et carina ſcabra, ceterum glabra. Gluma interior anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos obſolete ciliata.

Dignoſcitur colore purpuraſcente, quo vna vel altera pars vel tota ſaepe planta tincta eſt. Cum *Feſtuca tenuifolia* ſpiculis paruis conuenit; in reliquis partibus *F. glaucae* magis affinis.

In Herbario Linnaeano, Cl. SMITHIO per literas monente, deſideratur; hinc *LINNAEI* ab *HOSTIO* allatum ſynonymum pro dubio habendum. Nec Gramen montanum etc. *SCHEUCHZ. Agroſt.* p. 276. t. 6. f. 7. huc referri poſſe, e deſcriptione et icone ſatis liquet. — *Feſtuca amethyſtina* SCHLEICH. *Plant. Rar. Cent.* 3. n. 12. vix a *tenuifolia* diuerſa eſt.

4. FESTVCA *glauca*, panicula patente, ſpiculis lanceolatis ariſtatis, culmo angulato foliisque rigidis glauceſcentibus, ligula biaurita.

Feſtuca glauca. *Lamarck. Illuſtr.* n. 1034.

Feſtuca pallens. *Hoſt. Gram.* 2. p. 63.

Feſtuca inuoluta. *Schleich. Cat. Plant.* p. 56.

Feſtuca duriuſcula. *Flor. Wetter.* n. 130. (fide ſpecim. a Cl. Scherbio mecum communicati).

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 88. optima. *Lamarck. l. c. t.* 46. *f.* 3. mala.

Germ. Graugrüner Schwingel.

In pratis et paſcuis ſiccis, collibus, rupeſtribus montanis et alpinis haud infrequens.

Perennis. Flor. a Maio ad Iulium.

Tota planta ex glauco viridis. Radix fibrosa. Culmi et foliorum fasciculi plures in densum cespitem coniuncti, pedales, sesquipedales, erecti, glabri; inferne teretes, superne angulati, latere altero planiusculo. Folia complicato-setacea, vt culmi, plus minus rigida, acuminata, ad oras scabra, facie pubescentia, ceterum glabra: culmea breuia; fasciculorum longissima et reflexa. Vaginae subteretes, striatae, glabrae. Ligula breuissima, ciliata; in anteriori parte, vt in priori, vtrinque in processum auriformem, obtusum, ciliatum producta. Panicula erecta, subsecunda; sub antheli patens, contracta ante et post florescentiam. Rachis inferne semiteres, glabra; superne, vt rami, flexuosa, angulata et scabra. Rami inferiores plerumque in ramulos diuisi, reliquis simplicibus, breuioribus. Spiculae lanceolatae, compressae, aristatae, flosculos a 4 ad 6 continentes, glaucescentes vt reliquae plantae partes, quandoque etiam ex viridi et purpurascente variae. Glumae calicinae lanceolatae, compressae: inferiori neruo vnico; superiori neruis tribus distincta. Gluma corollina exterior lanceolata, obsolete quinqueneruis, dorso conuexa, apicem versus compressa et, vt calicina, magis vel minus scabra; interior angustior, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Variat 1. Foliis vbique laeuibus; 2) Culmo sub panicula flexuoso; 3) Panicula apice nutante.

Differt a priori foliis fasciculorum longioribus, spiculis duplo maioribus, aristatis; ab *ouina α.* substantia rigida, spiculis pariter maioribus. Ab vtraque est diuersa colore totius plantae glauco.

Festuca dura HOST. *Gram.* 2. p. 62. t. 87. aegre a *glauca* distinguenda est, cum characteres, quibus Vir amicissimus eam separare conatus est, etiam *glaucae* magis vel minus conueniant, adeo, vt vtraque species nonnisi vnam eandemque et pro soli et aetatis diuersitate variam plantam constituat. Nec satis a nostra distincta videtur *Festuca cinerea* VILLARS. *Delph.* 2. p. 98.

X 2

5. FESTVCA *varia*, panicula patente, multiflora, ſpiculis linearibus ſubariſtatis 5-8floris, culmo ſubtereti, foliis ſetaceis rigidis, ligula oblonga.

Feſtuca varia. *Haenk. in Jacq. Collect.* 2. p. 94. *Hoſt. Gram.* 2. p. 64.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 90.

Germ. Bunter Schwingel.

In rupeſtribus alpium Styriae, Carinthiae, Tyrolis (*Wulfen*, *Haenke*, *Hoſt*), inque Sileſiae Sudetis (*Ludwig*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa. Culmi ceſpitoſi, pedales, ſeſquipedales, erecti aut baſi declinati, glabri; inferne teretes, laeuiuſculi; ſuperne ſubteretes, ſtriati. Folia complicato-ſetacea, acuminata, varie flexa. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula oblonga, obtuſa, ſubinde acutiuſcula, rarius bifida. Panicula ſubſecunda, erecta aut apice cernua; ſub antheſi, vt in praecedentibus, patens, dein contracta. Rachis ſubflexuoſa; inferne ſemiteres, ſuperne angulata et magis vel minus ſcabra. Rami ramuloſi, ſubflexuoſi, angulati, ſcabri: inferiores plerumque binati, ſuperiores ſolitarii. Spiculae lineares, teretiuſculae, dein compreſſae, a 5 ad 8 flosculos continentes, ex viridi, purpuraſcente et aureo vel luteo-fuſco eleganter variae. Glumae calicinae, aeque ac corollinae, oblongo-lanceolatae, acutae, compreſſae, ad ſuperiorem carinae partem praecipue ſcabrae: inferiori minori, vninerui; ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior obſolete quinquenernis, dorſo conuexiuſcula, ſuperiori parte compreſſa et carina tantum ſcabra, rarius tota ſuperficie (quemadmodum in Hostii icone cernitur) aculeis minutis inſperſa, apice mutica vel in ariſtam breuem attenuata. Gluma interior anguſtior, apice bifida, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. — Folia, vt in ſpeciebus affinibus, magis vel minus ſcabra, ſaepius tantum margine hiſpida, rarius tota glabra. Variat etiam culmi ſuperiori parte ſcabra. — Specimina in Sudetis lecta, recedunt culmo humiliori, foliis breuioribus et ſpiculis ſaturatius coloratis.

Feſtuca varia in Helvetia minime rara. Feſtuca vero panicula ſtricta, locuſtis teretibus quadrifloris. *Hall. Helv.* n. 1439, ab *Haenkio* aliisque huc relata, non in omnibus conuenit.

Eandem in Pyrenaeis lectam plantam ſub nomine *Feſt. crinum vrſi Ramond.* a Cl. *Flüggio* accepi.

6. FESTVCA *pumila*, panicula patente pauciflora, ſpiculis oblongo-linearibus ariſtatis 3-4floris, culmo ſubtereti, foliis ſetaceo-filiformibus laxis, ligula oblonga.

Feſtuca pumila. *Hoſt. Gram.* 2. p. 65. *Hopp. Taſchenb.* 1800. p. 135. — *Schleich. Plant. Rar.*

Feſtuca varia. *Hopp. Taſchenb.* 1799. p. 93.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 91.

Exſ. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 16.

Germ. Niedriger Schwingel.

In rupeſtribus alpium Styriae, Auſtriae (*Hoſt*), Princip. Salisburgenſis (*Hoppe*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Affinis praecedenti, ſed differt culmis foliisque tenuioribus laxis; panicula pauciflora, ſpiculis 3-4-, rarius quinquefloris, et ſloſculis euidentius ariſtatis. Culmi plerique ſemipedales, rarius altiores. Variat, vt *F. varia*, foliorum et ſpicularum ſuperficie glabra et magis vel minus ſcabra.

Feſtuca pumila Villars. Delph. 2. p. 102. potius ad praecedentem ſpectat. — *Hostii* icon optima, ſed glumarum nerui, qui in hac et pluribus aliis ſpeciebus obſoleti ſunt, ab *Hostio* nimis eminentes depinguntur.

†† *Foliis inferioribus et faſciculorum complicato-ſetaceis: culmeis latioribus planis.*

7. FESTVCA *bromoides*, panicula racemoſa, floſculis ariſta breuioribus monandris, culmo ſuperne nudo.

Feſtuca bromoides. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 418. *Koel. Gram.* p. 263. *Smith. Britan.* 1. p. 117. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 124. *Web. Holſ.* p. 8. — *Ehrh. Gram.*

Feſtuca ſciuroides. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 423. *Koel. Gram.* p. 262. *Wib. Werthem.* p. 104. *Roth. Abhandl.* p. 43. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 130.

Bromus dertonenſis. *Allion. Pedem.* n. 2225.

Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ariſtatis, vnam partem ſpectantibus. *Raj. Syn.* p. 415. *Pluk. Phyt.*

Gramen bromoides, panicula heteromalla, longioribus ariſtis donata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 290. (cf. Smith. Flora.)

Gramen bromoides, pumilum, iuncifolium, longius ariſtatum. *Scheuchz.* l. c. p. 291.

Ic. *Pluk. l. c. t.* 33. *f.* 10. *Scheuchz. l. c. t.* 6. *f.* 10.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 6.

Germ. Trespartiger Schwingel.

Ad margines agrorum, in pascuis, arenoſis, locis ſterilibus Bavariae prope Ratisbonam (*Funk*), Palatinatus (*Koch*), Com. Werthemenſis (*Wibel*), Princip. Osnabrugenſis (*Wohlleben*), Com. Pyrmontani (*Sr.*), Duc. Oldenburgenſis et Bremenſis (*Roth*) — prope Hamburgum (*Hayne*) — Holſatiae (*Weber*) — prope Hannoveram (*Ehrhart*), Gottingam (*Sr.*) — Saxoniae (*Schreber, Schkuhr*).

Biennis. Flor. Iunio.

Radix fibroſa. Culmi ſolitarii aut plures in denſum ceſpitem vniti, primo geniculis inferioribus procumbentes, dein erecti, pedales, ſeſquipedales, ſimplices, quandoque baſi ramoſi, graciles, teretes, ſtriati, glaberrimi, ſupra medium nudi. Folia tenuia, linearia, anguſtiſſima, vaginis breuiora, erecta, plana, margine et ad ſuperiorem carinae partem ſcabra, dorſo glabra, facie plerumque pubeſcentia; ſiccitate conuoluta, ſetacea atque angulata. Folia faſciculorum complicato-ſetacea, longiora ac patentia. Vaginae laxae, profunde ſtriatae, glabrae. Ligula breuiſſima, truncata, ciliata. Panicula erecta, racemoſa, ſubſecunda, viridis: fructifera purpuraſcens. Rachis triquetra, ad angulos ſcabriuſcula. Rami alterni, breues, plus minus ſcabri; inferiores vt plurimum diuiſi; ſuperiores ſimplices, breuiores; omnes ſub antheſi patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Spiculae lineari-lanceolatae, compreſſae, e 5 ad 7 floſculis compoſitae. Floſculi monandri. Glumae calicinae compreſſae, carina ſcabrae, margine membranaceo albidae, inaequales: inferiori vninerui; ſuperiori multo longiori, neruis tribus notata. Gluma corollina exterior

lineari-lanceolata, obſolete quinquenervis, dorſo convexa, ſuperiori parte compreſſa et ſcabra, ariſta terminata recta, ſcabra, gluma ipſa duplo vel triplo longiori. Gluma interior anguſtior, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Feſtuca ſciuroides, quam, ROTHIO praeeunte, omnes fere Botanici diuerſam ſtatuunt, eſt eadem cum *F. bromoide* LINN., vt comparatis ſpeciminibus originalibus euincitur.

8. FESTVCA *Myurus*, panicula elongata contracta, floſculis ariſta breuioribus monandris, culmo foliorum vaginis obtecto.

Feſtuca Myurus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 422. *Hoſt. Gram.* 2. p. 66. *Koel. Gram.* p. 248. *Smith. Britan.* 1. p. 118. *Wib. Werthem.* p. 105. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 128. *Krock. Siles.* n. 156. *Pollich. Palat.* n. 104. *Leers. Herborn.* n. 77. — *Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Feſtuca foliis ſetaceis, panicula erecta, locuſtis glabris, longius ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1443.

Feſtuca ſcapo ſubſpicato compoſito, ſpiculis linearibus, ariſta recta. *Hofer. in Act. Helvet.* 2. p. 143.

Gramen murorum, ſpica longiſſima. *Raj. Syn.* p. 415.

Gramen auenaceum murorum, ſpica longiſſima nutante ariſtata. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 93. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 43. *Leers. l. c. t.* 3. *f.* 5.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 10. n. 2. *Ehrh. l. c.* n. 15.

Germ. Mauſeſchwanzartiger Schwingel.

In locis arenoſis, ſterilibus, ad vias, inter ſegetes Moraviae, Iſtriae (*Hoſt*) — prope Tubingam (*Gmelin*) — Palatinatus (*Pollich*), Com. Werthemenſis (*Wibel*), Wetteraviae (*G. M. S.*), Naſſoviae (*Leers, Doerrien*) — prope Gottingam (*Sr.*), Hannoveram (*Ehrhart*) — Holſatiae (*Weber*) — prope Berolinum (*Willdenow*), Barby (*Scholler*), Wittebergam (*Schkuhr*), Halam Sax. (*Wohlleben*), Lipſiam (*Schreber*), Ienam (*Flügge*) — Luſatiae (*Oettel*), Sileſiae (*Krocker, Starke*).

Biennis. Flor. Maio, Iunio.

A priori, cui maxime affinis, potiſſimum differt culmis plerumque altioribus, vsque ad paniculam foliorum vaginis obtectis; panicula elongata, ramoſa, contracta, apice plus minus nutante.

In ſolo fertiliori culmi ad $2\frac{1}{2}$-3pedalem longitudinem adſcendunt. Varietatem ſpiculis pubeſcentibus deſcripſit SCHEUCHZERUS ſub Gramine feſtuceo etc. *Agroſt.* p. 294. t. 6. f. 12.

Feſtucam bromoidem et *Myurum* ſemper biennes obſeruaui. A Cl. *ROTHIO* haec annua, illa biennis habetur; Cl. VV. *HOST*, *SMITH*, *WILLDENOW* aliique vtramque annuam putant.

9. FESTVCA *duriuſcula*, panicula patente, flosculis ariſta longioribus, radice fibroſa.

α. Spiculis glabris.

Feſtuca duriuſcula. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 421. (excl. Roth. et Pollich. ſyn.) *Hoſt. Gram.* 2. p. 59. *Smith. Britan.* 1. p. 115. *Leers. Herborn.* n. 75. — *Engl. Bot.*

Feſtuca heterophylla. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 421. *Koel. Gram.* p. 257. *Villars. Delph.* 2. p. 100. *Haenk. in Jacq. Collect.* p. 93.

Feſtuca nemorum. *Leyſſ. in Act. Soc. Nat. Scrut. Halens.* 1. p. 368. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 129.

Gramen pratenſe, panicula duriore laxa, vnam partem ſpectante. *Scheuchz. Agroſt.* p. 285. *Raj. Syn.* p. 413.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 83. *Leers. l. c. t.* 8. *f.* 2.
Engl. Bot. t. 470. *Raj. l. c. t.* 19. *f.* 1.

β. Spiculis pubeſcentibus.

Feſtuca dumetorum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 422. *Koel. Gram.* p. 256. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 127. — *Flor. Dan.*

Ic. *Flor. Dan. t.* 700.

Germ. Härtlicher Schwingel.

In pratis, paſcuis, collibus, nemoroſis, ſiluis et ad ſepes.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa, fibris, vt in pluribus congeneribus, fuſcis vel nigreſcentibus. Culmi plures, ſeſquipedales et altiores, erecti, glaberrimi; inferne teretes,

ſuperne teretiuſculi et profunde ſtriati. Folia margine et carina ſcabra: culmea primo carinata, dein plana, dorſo glabra, facie ſaepe pubeſcentia; inferiora et faſciculorum complicato-ſetacea vel canaliculato-triquetra, filiformia, multo longiora. Vaginae teretiuſculae, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, truncata, tenuiſſime ciliata, ex anteriori parte vtrinque in auriculam paruam producta. Panicula erecta, ſubſecunda, multiflora; ſub floreſcentia patens; in ſpicam contracta ante et poſt floreſcentiam. Rami, vt rachis, ſubflexuoſi, angulati, ſcabri: inferiores bini vel terni, in plures ramulos diuiſi, reliquis ſolitariis, ſubdiuiſis ſimplicibusue. Spiculae lanceolatae, compreſſae, a 4 ad 6 circiter floſculos continentes, virides, rarius e viridi et purpuraſcente variae, glabrae, in β. pubeſcentes. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, compreſſae, carina ſcabrae: inferiori minori, vninerui; ſuperiori maiori, acutiori, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, obſolete quinqueneruis, dorſo conuexiuſcula, ſuperiori parte compreſſa et carina ſcabra, apice in ariſtam definente longitudine variam, rectam, ſcabram. Gluma interior anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

In nemoroſis et ſiluaticis creſcens gramen (*Feſtuca nemorum* Leyss.) gaudet culmo altiori et panicula laxiori plerumque cernua.

Feſtuc. heterophyllam Haenk. eandem eſſe cum *duriuſcula*, teſtantur ſpecimina originalia a Wulfenio miſſa. Nec ſufficientes characteres inuenire poſſum, quibus *F. heterophylla* Host. *Gram.* 3. p. 13. t. 18. diſtinguitur. — *Feſtuca duriuſcula* Poll. *Palat.* n. 102. ſecundum deſcriptionem et quoad ſpecimina, a Cl. Kochio in locis a Pollichio indicatis lecta, eſt varietas *Feſt. ouinae.* Ad eandem plantam procul dubio pertinet *F. duriuſcula* Koel. *Gram.* p. 254. excluſis tamen omnibus fere ſynonymis. Deſcriptio, quam Cl. Rothius de *F. duriuſcula* in Flora Germ. T. 2. P. 1. p. 127. dedit, magis etiam *ouinae* quam *duriuſculae* conuenit.

10. FESTVCA *rubra*, panicula patente, floſculis ariſta longioribus, radice repente.

α. Foliis anguſtioribus.

Feſtuca rubra. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 420. *Hoſt. Gram.* 2. p. 59. *Koel. Gram.* p. 252. *Smith. Britan.* 1. p. 116. *Stillingſl. Miſc. Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 125. α. *Pollich. Palat.* n. 103. — *Ehrh. Gram.*

Gramen alpinum pratenſe, panicula duriori laxa ſpadicea, locuſtis maioribus. *Scheuchz. Agroſt.* p. 287.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 82. *Scheuchz. l. c. t.* 6. *f.* 9. *Stillingſl. l. c. t.* 9.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 83.

β. Foliis latioribus.

Feſtuca multiflora. *Koel. Gram.* p. 271. *Hoffm. Germ.* p. 50.

Feſtuca rubra. *Roth. Germ.* l. c. β.

Feſtuca pratenſis. *Schreb. Spic.* p. 57.

Gramen pratenſe paniculatum elatius, ſpica laxa heteromalla. *Scheuchz. Agroſt.* p. 289.

Germ. Rother Schwingel.

In pratis, paſcuis, collibus, muris et nemoroſis vbique; etiam in alpinis et ſubalpinis haud infrequens.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Praecedenti proxime affinis; ſed folia culmea plerumque latiora, vaginae plus minus pubeſcentes, panicula fructifera ſaepe tota quanta cum ſuperiori culmi parte rubeſcens, ſpiculae e floſculis a quinque ad octo vel decem compoſitae. Verum omnes hi characteres pro ſoli diuerſitate non conſtantes reperiuntur; tantum radice repente, in omni ſtatu et in omni varietate praeſente, a *F. duriuſcula* diſtinguitur.

β. differt nonniſi foliis culmeis paulo latioribus; folia pubeſcentia vel villoſa et ſpiculae multiflorae etiam in α. obſeruantur.

In nemoroſis, vt in *F. duriuſcula*, culmi altiores et panicula magis laxa; in ſiccioribus omnia minora et paulo rigidiora.

Feſtuca barbata Schrank. *Salisb.* n. 118. et Braun. *Salisb.* n. 84, quoad ſpecimina ab amiciſſimo *Mielichhofero* mecum communicata, huius ſola varietas eſt ſpiculis pubeſcentibus. Aliud ſpecimen, quod ante plurimos annos a Cl. Braune pro *F. barbata*

accepi, potius ad *F. ouinam β.* pertinere videtur. — *Halleri* ſynonyma ad hanc et praecedentem ſpeciem relata, vtpote mihi dubia, excluſi, quoniam *Hallerus*, in deſcriptione, de radice nullam fecerit mentionem. *Feſtuca rubra Leers. Herborn.* n. 76. t. 8. f. 1. habitu quidem non recedit, ſed nequaquam huius loci eſſe poteſt, cum *Leersius* ſuae plantae radicem fibroſam adſcripſit, quae *duriuſculae*, non vero *rubrae* propria eſt. Maiori itaque iure *F. rubra Leersii* ad *duriuſculam Linn.* referri poteſt. Vtcunque tamen ſit, *Feſtuca* a *Leersio* ſub *duriuſculae* nomine deſcripta atque delineata, veram *duriuſculam Linnaei* nec *rubram* conſtituit, vt conferenti facile patebit.

††† *Foliis omnibus planis v. planiuſculis.*

11. FESTVCA *laxa*, panicula nutante laxa, ſpiculis oblongis 3-4floris breuiſſime ariſtatis, foliis anguſtis, radice fibroſa.

Feſtuca laxa. *Hoſt. Gram.* 2. p. 58.
Ic. *Hoſt. l. c. t.* 80.

Germ. Schlaffer Schwingel.

In Carnioliae, Carinthiae montanis, ſubalpinis; copioſiſſime in monte Loibel (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi et foliorum faſciculi plures in ceſpitem diſpoſiti, pedales, ſeſquipedales, erecti aut geniculo vno alterone baſi reclines, tenues, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, anguſta, acuta, dorſo glabra, facie pubeſcentia; primo complicata, dein magis vel minus plana. Vaginae ſtriatae, glabrae, ligula bifida, laciniis plerumque obtuſis, diſtantibus. Panicula ſubſecunda, nutans. Rachis gracilis, flexuoſa, angulata, ad angulos ſcabra. Rami valde graciles, laxi, ſolitarii: inferiores in ramulos diuiſi, reliquis ſubdiuiſis ſimplicibusque. Spiculae oblongae, compreſſae, tri- vel quadriflorae, ex viridi, albo, purpureo et flaueſcente variae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, compreſſae, carina ſcabrae: inferiori minori, vninerui; ſuperiori maiori, neruis

tribus diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, obſolete quinqueneruis, dorſo conuexa, apicem verſus carinata et breuiſſima ariſta terminata. Gluma interior anguſtior, acuminata, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

12. FESTVCA *pratenſis*, panicula patente ramoſa, ſpiculis linearibus muticis multifloris, foliis linearibus, radice fibroſa.

Feſtuca elatior. *Linn. Svec.* p. 32. (ſec. Smith.) *Hoſt. Gram.* 2. p. 57. (excl. ſyn. Smith.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 128. *Villars. Delph.* 2. p. 107. *Pollich. Palat.* n. 106. *Leers. Herborn.* n. 79. *Schreb. Gram.* 1. p. 34. — *Ehrh. Gram.*

Bromus elatior. *Koel. Gram.* p. 214. (excl. plur. ſynon.)

Poa curuata. *Koel.* l. c. p. 207. (fide ſpec. a Cl. Koelero miſſi).

Feſtuca pratenſis. *Huds. Angl.* ed. 1. p. 37. *Smith. Britan.* 1. p. 123. — *Curt. Lond. Mart. Fl. Ruſt.*

Poa foliis latis aſperis, locuſtis teretibus, muticis, glumarum oris membranaceis. *Hall. Helv.* n. 1451.

Gramen loliaceum, panicula multiplici et ſpicata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 200.

Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis muticis ſquamoſis. *Raj. Syn.* p. 411.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 79. *Schreb. l. c. t.* 2.
Mart. l. c. t. 84. *Leers. l. c. t.* 8. *f.* 6.
Curt. l. c. faſc. 66. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 6.
Villars. l. c. t. 4.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 44.

Germ. Wieſen - Schwingel.
In pratis et locis graminoſis fere vbique.
Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.
Radix fibroſa. Culmi erecti, teretes, ſtriati, glaberrimi, bipedales, in ſolo fertiliori tripedales. Folia linearia, acuminata, plana, patentia; modo tantum margine, modo margine et facie ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula breuiſſima, truncata. Panicula ſubſecunda, ramoſa, multiflora; e vagina erumpens, eſt contracta atque cernua; ſub floreſcentia patens et erecta; peracto floreſcentiae negotio ſenſim contracta et iterum cernua vel nutans. Racheos

inferior pars ſemiteres, ſcabriuſcula; ſuperior pars, vt rami, ſubflexuoſa, angulata et ad angulos ſcabra. Rami bini vel terni, in ramulos diuiſi; ſuperioribus ſolitariis, minus diuiſis. Spiculae lineares, primo teretiuſculae, dein compreſſae, floſculos a 7 ad 9, et in fertiliori ſolo a 11 ad 15 continentes, virides vel e viridi et purpuraſcente variae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, obtuſae, quandoque acutiuſculae, ſuperiori marginis parte, vt gluma corollina exterior, membranaceae albidae, vix carinatae, inaequales: inferiori minori, vninerui; ſuperiori maiori, neruis tribus, ſubinde quatuor diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acutiuſcula, dorſo conuexa, apicem verſus quinqueneruis, glabra tota vel ſecundum neruos ſcabriuſcula, plerumque mutica, quandoque ſub apice ariſtata. Gluma interior anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Variat culmis baſi procumbentibus, etiam ſubramoſis. Folia, vt in ſequente ſpecie, ſaepe ad ligulae exortum vtrinque pilorum faſciculo ſtipata.

Illuſtr. SCHREBERI literis monentibus, *Poa Phoenix* SCOP. *Carn.* n. 107, quam huius ſynonymum facit Cl. HOST, potius ad *F. elatiorem* ſpectat.

13. FESTVCA *elatior*, panicula patente ramoſiſſima, ſpiculis ouato-lanceolatis ſubariſtatis 4-5floris, foliis lineari-lanceolatis, radice repente.

Feſtuca elatior. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 111. *Smith. Britan.* 1. p. 124. — *Curt. Lond.*

Bromus littoreus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 433. *Hoſt. Gram.* 1. p. 7. *Retz. Scand.* ed. 2. n. 140. *Weig. Suppl.* n. 848.

Bromus arundinaceus. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 141. *Koel. Gram.* p. 217.

Feſtuca ſpadicea. *Moench. Meth.* p. 190.

Feſtuca arundinacea. *Schreb. Spic.* p. 57. (fide ſpeciminis a Schrebero ipſo determinati). *Villars. Delph.* 2. p. 106. — *Ehrh. Gram.*

Bromus panicula laxa, locuſtis quadrifloris, breuiſſime ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1511. *Weig. Obſ.* p. 12.

Gramen paniculatum nemoroſum, latiori folio, glabrum, panicula nutante non ariſtata. *Dill. in Raj. Syn.* p. 411.

Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis, loliaceis, breuius aristatis. *Scheuchz. Agrost.* p. 266.

Gramen loliaceum, spica diuisa, pratense maius. *Moris. Hist.* 3.

Ic. *Host. l. c. t.* 8. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 18.
Curt. l. c. fasc. 66. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 2. *f.* 15.
Villars. l. c. t. 4.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 125.

Germ. Erhabener Schwingel.

Ad ripas fluuiorum, in pratis humidis, palustribus Austriae (*Host*), Franconiae (*Wolff*), Palatinatus prope Moguntiam, Kostheim alibique (*Koeler*), Elect. Hannoverani (*Ehrhart*) — prope Malchinum (*Timm*) — Duc. Bremensis prope Vegesack (*Roth*) — prope Altonaviam (*Wibel*) — Pomeraniae (*Weigel*) — prope Ienam (*Wibel*), Lipsiam (*Schreber*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio et saepe altera vice mense Septembri.

Similis priori, sed specie omnino diuersa. Radix repens. Culmi altiores, a tripedali ad sexpedalem altitudinem adscendentes, crassiores, rigidiores. Folia latiora, rigidiora, facie profundius striata. Panicula vt in praecedente, sed maior, ramosior et aetate tantum cernua vel nutans. Spiculae ouato-lanceolatae, iam ante florescentiam compressae (nec, vt in priori, lineares, teretiusculae et dein compressae), subquinqueflorae, et nonnisi solo humidiori flosculos 6 vel 7 continentes. Glumae calicinae duplo longiores, acutiores et apicem versus, vt flosculi, carinatae. Flosculi etiam maiores, magis scabri, plerumque virides, aut dorso virides et marginem versus purpurascentes.

Summa affinitas, quae *Festuc. pratensem* et *elatiorem* intercedit, disuadet posteriorem ab hoc genere disiungendam. Qui vero eam cum Bromo coniungere mauult, et *pratensem*, quandoque etiam sub glumarum apice aristam emittentem, huic generi adnumerare debet.

Fest. elatiorem Curt., *arundinaceam* Schreb., *Bromum littoreum* Retz. et *arundinaceum* Roth. syno-

nyma esse vnius eiusdemque plantae, palam faciunt specimina ab ipsis autoribus mecum communicata. *Festuca elatior* Leers. *Herborn.* n. 79. t. 8. f. 6. et Schreb. *Gram.* 2. p. 54. t. 2. a *Smithio* aliisque huc relata, ad praecedentem speciem pertinet, vt descriptionibus et iconibus luculenter apparet.

14. FESTVCA *spadicea*, panicula patente, spiculis oblongis muticis 2-3-floris, culmo teretiusculo, foliis linearibus rigidis pungentibus: fasciculorum longissimis, radice fibrosa.

Festuca spadicea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 423. *Host. Gram.* 3. p. 14. *Vahl. Symb.* 2. p. 22. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* I. p. 113. II. p. 101. *Villars. Delph.* 2. p. 109. *Gouan. Illustr.* p. 4. — *Hopp. Plant. Alp.*

Poa spadicea. *Koel. Gram.* p. 202.

Poa Gerardi. *Allion. Pedem.* n. 2201.

Anthoxanthum paniculatum. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 40. *Ejusd. Amoen. Acad.* 1. p. 145.

Poa panicula erecta, spiculis trifloris, glabris, corollis acuminatis, calyce duplo longioribus. *Gerard. Prov.* p. 91.

Gramen loliaceum alpinum, panicula heteromalla, locustis pennatis. *Seguier. Veron.* 1. p. 337.

Gramen sparteum, panicula flauescente. *Rudb. Elys.* V. L. 40.

Ic. *Host. l. c. t.* 20. *Gerard. l. c. t.* 2. *f.* 1.
Smith. l. c. t. 10. *Rudb. l. c. f.* 14.

Exs. *Hopp. l. c. Cent.* 4.

Germ. Brauner Schwingel.

In summis alpium pratis Carinthiae et Tyrolis (*Wulfen*, *Host*), Princip. Salisburgensis *in Weixelbachkarr in der Fusch im Pinzgau* (*Mielichhofer*, *Hoppe*).

Perennis. Flor. a Iunio ad Augustum.

Radix fibrosa, plures culmos foliorumque fasciculos sustinens. Culmi erecti, teretes vel ex tereti compressi, striati, glaberrimi, rigidi; alii bi-tripedales; alii ad quadripedalem altitudinem adscendentes. Folia linearia, rigida, pungentia, dorso glabra, facie imprimis striata et scabra, apicem versus compressa, reliqua parte primo carinata, dein plana: inferiora

et fasciculorum pedem et vltra longa, varie flexa; reliquis sensim breuioribus, erectis. Vaginae subcompressae, striatae, glabrae: inferiorum basin versus paulo incrassatae. Ligula breuissima, subbiaurita. Panicula erecta, subsecunda, pauci- vel multiflora: florens patula; in spicam contracta ante et post florescentiam. Rachis rigidula, glabra; inferne semiteres; superne flexuosa, angulata. Rami flexuosi, angulati, glabri: inferiores plerumque binati et in ramulos diuisi; superiores solitarii, breuiores, subdiuisi vel simplices. Spiculae oblongae, teretiusculae, dein compressae, muticae, eleganter ex aureo spadiceae, plerumque 4-5florae, flosculis lanceolatis, compressis. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, compressae, margine membranaceae, superiori tantum carinae parte scabrae, inaequales: inferiori minori, neruo vnico; superiori maiori neruis tribus notata. Gluma corollina exterior, acuta, apicem versus membranacea, quinqueneruis, carina plus minus scabriuscula; interior angustior, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Wulfenio per literas monente, huius loci est Festuca *Hall. Helv.* n. 1436, non vero Poa culmo recta, locustis trifloris glaberrimis, calycibus aristatis. *Hall.* l. c. n. 1463. Etiam sibi persuasum habet, *Villarsium* a vero longe aberrare, Poam paniculatam erectam etc. *Gerard. Prov.* p. 91. t. 2. f. 1. cum *Festuca* sua *fusca* coniungendo; necesse enim esse, eiusdem *F. fuscam* et *spadiceam* aut vnam speciem efficere, aut *Gerardi* synonymum, si *fusca* a *spadicea* reuera differt, ad posteriorem speciem pertinere.

15. FESTVCA *pulchella*, panicula patente ramosa subnutante, spiculis oblongis muticis 4-5floris, foliis linearibus, radice fibrosa.

Festuca spadicea. *Mielichhof. in Hopp. Taschenb.* 1801. p. 184.
Ic. *Nostr. t.* 5. *f.* 5.

Germ. Schöner Schwingel.
In alpibus Salisburgensibus in sic dictis *Tofern* vallis *Grossarl* (*Mielichhofer*).
Perennis. Flor. a Iulio ad Augustum.

Facie et florum pulchritudine elegantioribus haud immerito adnumeranda ſpecies. Radix fibroſa. Culmi a duobus ad quatuor pedes alti, geniculo vno alteroue inferiori ſaepe infracti, abhinc erecti, teretes, ſtriati, glabri et plerumque vna cum vaginis, praeſertim inferioribus, leui rubore ſuffuſi. Folia linearia, acuminata, plana, dorſo glabra, facie et ad oras ſcabra, tenuia, erecto-patentia. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, obtuſa, apice tenuiſſime lacinulata, adultiori aetate fiſſa. Panicula ſubſecunda; ſub antheſi patens et cernua, poſt antheſin contracta et apice magis vel minus nutans. Rachis tenuis; inferiori parte ſemiteres, ſtriata, glabra; ſuperiori parte flexuoſa, angulata, ſcabriuſcula. Rami graciles, flexuoſi, angulati, ſcabriuſculi, binati, rarius ternati, ſuperioribus ſenſim minoribus et minus diviſis. Spiculae oblongae, teretiuſculae, dein compreſſae, muticae, ex purpureo, aureo et viridi variae. Floſculi 4 vel 5, rarius pauciores, lanceolati, acuti, mutici, compreſſi. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, compreſſae, carina, apicem verſus, ſcabrae: inferiori minori, neruo vnico notata; ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta. Glumae corollinae calici conformes, ſubaequales: exteriori quinquenerui et tota ſuperficie ad lentem pilis breuiſſimis, rigidulis ſcabrae; interiori, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Pro noua et a *ſpadicea* valde diuerſa ſpecie ipſe iam *Mielichhoferus*, Vir amiciſſimus, in literis ad me datis, agnoſcit.

16. FESTVCA *ſiluatica*, panicula ramoſiſſima diffuſa erecta, ſpiculis oblongis muticis 3-5floris, foliis lineari-lanceolatis, radice fibroſa.

Feſtuca ſyluatica. *Villars. Delph.* p. 105. *Hoſt. Gram.* 2. p. 56.

Feſtuca calamaria. *Smith. Britan.* 1. p. 121. — *Engl. Bot.*

Poa trineruata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 389. *Schrad. Spic.* p. 3. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 131. *Ejusd. Gram.* — *Flor. Dan.*

Poa ſyluatica. *Koel. Gram.* p. 171. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 117. *Krock. Siles.* n. 134. *Pollich. Palat.* n. 87.

Bromus triflorus. *Ehrh. Beitr.* 1. p. 90.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1005. *Flor. Dan. t.* 1145.
Host. l. c. t. 78.
Exf. *Ehrh. l. c.* n. 36.

Germ. Wald - Schwingel.

In filuis, nemorofis Bohemiae, Moraviae, Auftriae (*Host*), Bavariae (*Schmidt*), Sveviae (*Schreckenftein*), Palatinatus (*Pollich*), Franconiae (*Schwaegrichen*), Hercyniae (*Sr.*) — prope Gottingam (*Sr.*, *Perfoon*), Hannoveram (*Ehrhart*) — Holfatiae (*Vahl*) — prope Halam Saxon. (*Wohlleben*) — Lufatiae (*Oettel*), Silefiae (*Krocker*, *Starke*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrofa. Culmi et foliorum fafciculi plures denfum cefpitem conftituentes, tri-quadripedales, erecti vel geniculo vno alteroue bafi reclines, teretes, ftriati, glabri. Folia erecta, lineari-lanceolata, acuminata, plana, pedem vel fefquipedem longa, vtrinque aut margine tantum fcabra, fubinde verfus bafin pilis fparfis obfeffa; facie glaucefcentia, dorfo laete viridia. Vaginae teretes, ftriatae, fcabrae, ligula breui, ciliata, dein lacinulata. Panicula pro ratione plantae parua, ramofiffima, multiflora; florens erecta et diffufa; florefcentia peracta contracta et fecunda apice nutante. Rachis fubflexuofa, ftriata, fcabriufcula; inferne femiteres, fuperne angulata. Rami graciles, angulati, fcabri: inferiores bini vel terni; fuperiores folitarii. Spiculae oblongae, compreffae, muticae, 3-5florae, ex albido virefcentes, aut ex viridi, albo et purpurafcente variae. Glumae calicinae lineari-lanceolatae, acuminatae, compreffae, carina fcabrae, inaequales: inferiori minori, vninerui; fuperiori maiori, neruis tribus diftincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acuminata, mutica, trineruis, fcabra, dorfo conuexa, apice compreffa et carinata; interior parum minor, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos vix ciliata.

Paniculam florentem femper vidi erectam ramis horizontaliter patentibus, nec fecundam et apice cernuam, vt ab Hostio repraefentatur. Similiter quoque glumae corollinae exteriores trinerues a me obferuatae funt: neruos quinque numerat Cl. Host.

Radix, quae ſecundum eiusdem deſcriptionem repens eſt, mihi tantum fibroſa obuia fuit; *Hostii* tamen gramen eandem eſſe plantam cum Feſtuca noſtra, vix eſt quod dubitem.

17. FESTVCA *ſerotina*, panicula patente pauciflora, ſpiculis 2-5floris, foliis breuiſſimis, culmo foliorum vaginis obtecto, radice fibroſa.

Feſtuca ſerotina. *Hoſt. Gram.* 2. p. 65.

Agroſtis ſerotina. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 365.

Melica nodoſa. *Piller. et Mitterbach. Itin.* p. 143.

Gramen loliaceum ſerotinum, panicula dispanſa. *Seguier. Veron.* 3. p. 146.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 92. *Seguier. l. c. t.* 3. *f.* 2. *Pill. et Mitterb. l. c. t.* 14.

Germ. Später Schwingel.

In Iſtriae, Litoralis, Foriiulii et Tyrolis calidioris collibus, locis aſperis, ad vias (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Auguſto, Septembri.

Radix fibroſa, ligneſcens, plures culmos foliorumque faſciculos emittens. Culmi altitudine varii, plerumque erecti, teretes, ſtriati, glabri, rigiduli, multis geniculis intercepti, multisque foliorum vaginis obtecti. Folia breuiſſima, plana, firma, ſcabra, margine hiſpida, horizontaliter patentia vel retrofracta, ſubinde, vt vaginae, prope baſin pilis ſparſis obſeſſa. Vaginae teretes, ſcabriuſculae aut glabrae. Ligulae loco pilorum breuium ſeries. Panicula erecta, viridis, aut e viridi et purpureo varia. Rachis ſcabra; inferne ſemiteres; ſuperne ſubflexuoſa, angulata. Rami alterni, angulati, ſcabri, magis vel minus ramoſi; ſub floreſcentia patentes; in ſpicam contracti ante et poſt floreſcentiam. Spiculae oblongae, ramis adpreſſae; flosculis 2-5, remotiuſculis, deciduis. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae vel obtuſiuſculae, membranaceae, albidae, carina ſcabrae, neruo vnico viridi notatae: inferiori duplo minori. Gluma corollina exterior lanceolata, ariſta breui terminata, dorſo conuexiuſcula, apicem verſus compreſſa, quinqueneruis, ad neruos et carina ſcabra,

basi pilis breuissimis, sericeis cincta. Gluma interior paulo minor, acuminata, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Variat culmo, vaginis foliisque magis vel minus purpurascentibus. Glumae calicinae subinde etiam totae laeues et vix carinatae reperiuntur.

18. FESTVCA *phleoides*, panicula subspicata cilindracea, spiculis aristatis, radice fibrosa.

Festuca phleoides. *Villars. Delph.* 2. p. 95. *Desfont. Atlant.* 1. p. 90. *Host. Gram.* 3. p. 15.

Poa panicula spicata, spiculis compressis, villosis, subaristatis. *Gerard. Prov.* p. 92.

Gramen loliaceum molle, spica viridi ex pluribus spicis congesta. *Mont. Prodr.* p. 42.

Gramen typhoides molle. *Scheuchz. Agrost.* p. 246.

Gramen alopecurum viridi et molli spica. *Barrel. Ic.*

Ic. *Host. l. c. t.* 21. *Mont. l. c. f.* 22.
Desfont. l. c. t. 23. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 5.
Villars. l. c. t. 2. *f.* 7. *Barrel. l. c. t.* 123. *f.* 1.

Germ. Lieschgrasähnlicher Schwingel.

Ad vias, vineas, in cultis Istriae, Litoralis (*Host*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa. Culmi plures, semipedales et vltra, teretes, striati, plerumque glabri, simplices aut ex geniculis inferioribus terrae appressis ramos emittentes; alii erecti, alii adscendentes. Folia linearia, acuta, plana, vna cum vaginis et spiculis molliter villosa, ad oras et secundum neruum carinalem, imprimis apicem versus, scabra. Vaginae teretes, striatae, ligula breui, denticulata. Panicula subspicata, vncialis circiter longitudinis, cilindracea, subinde oblongo-ouata, densa, obtusa, erectiuscula. Rachis inferiori parte teretiuscula, glabra, superiori parte, vt rami, angulata et pilis breuibus rigidulis inspersa. Rami breves, sub anthesi patentes: inferiores gemini aut terni; superiores solitarii, simplices. Spiculae paruae, oblongae, compressae, nitidae, ex albido viridique variae, 4-5florae, in fertiliori solo saepe 7 flosculos

continentes. Glumae calicinae, vt corollina exterior, compreſſae, carinatae, acuminatae, obſolete pubeſcentes, inaequales: minori lineari, neruo vnico dorſi medium percurrente notata; maiori lanceolata, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior glumae calicinae exteriori conformis, plus minus pubeſcens, quinqueneruis, inter neruos obſolete corrugata, neruo carinali ſub apice ſaepe bifido in ariſtam breuem producto. Gluma interior minor, apice bifida, laciniis acuminatis, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Variat culmis humilioribus, ſubſolitariis, ſpiculis bi-trifloris.

Forte eadem cum *Feſtuca criſtata* Linn.

19. FESTVCA *loliacea*, racemo ſpicato elongato ſubnutante, ſpiculis remotis muticis dein patentibus, radice fibroſa.

Feſtuca loliacea. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 426. *Smith. Britan.* 1. p. 122. — *Curt. Lond.*

Poa loliacea. *Koel. Gram.* p. 207.

Feſtuca elongata. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 133. *Ejusd. Gram.*

Feſtuca fluitans. *Leers. Herborn.* n. 80. variet.

Poa locuſtis diſtichis, ſpiculis muticis. *Hall. Helv.* n. 1452.

Graminis loliacei vulgaris etc. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Curt. l. c. faſc.* 66. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 2. *f.* 2.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 93.

Germ. Lolchartiger Schwingel.

In pratis, paſcuis humidis Com. Werthemenſis (*Wibel*), Palatinatus (*Koch*), Naſſoviae (*Leers*), Elect. Brunſvico-Luneburgenſis (*Ehrhart*).

Perennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi bipedales circiter, erecti, teretes, ſtriati, glabri, ſimplices. Folia linearia, acuta, plana, glabra: faſciculorum paulo anguſtiora. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula vix exſerta, obtuſa. Racemus ſpicatus, elongatus, bi-triuncialis, apice nutans. Rachis flexuoſa, ſuperne ad angulos hiſpida, alternatim hinc conuexa et ſtriata, inde longitudinaliter excauata et laeuis. Spiculae remotae, primo

lineari-oblongae, ſubteretes, dein compreſſae et diſtichae, muticae, multiflorae, glabrae, latere plano rachi appreſſae, ſub antheſi oblique patentes: inferiores breuius pedicellatae; ſuperiores ſeſſiles. Flosculi cilindracei, ecarinati, ex viridi albidoque varii, ſubinde apice purpuraſcentes. Glumae calicinae oblongo-lanceolatae, acutae, inaequales: exteriori maiori 4 vel 5 neruis diſtincta; interiori multo minori, acutiori, carinata, vnico tantum neruo notata. Glumae corollinae ſubaequilongae: exteriori obtuſiuscula, apice quinquenerui, ad neruos ſcabra, margine membranacea; interiori anguſtiori, acuta, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Spiculae inferiores quandoque binatae.

Sine dubio frequentior occurrit, ſed fortaſſe a pluribus cum *Lolio perenni*, cui habitu haud disſimilis, et cum *Poae fluitantis* varietate ſubſpicata confuſa.

20. FESTVCA *pinnata*, racemo ſpicato erecto, ſpiculis remotiuſculis ariſtatis dein patentibus, ariſtis gluma breuioribus, radice repente.

Feſtuca pinnata. *Moench. Meth.* p. 191. *Koel. Gram.* p. 264.

Bromus pinnatus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 438. *Hoſt. Gram.* 1. p. 18. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 301. *Ejusd. Britan.* 1. p. 137. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 144. *Pollich. Palat.* n. 117. *Leers. Herborn.* n. 87. *Weig. Obſ.* p. 14. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Phyt.*

Triticum bromoides. *Wibel. Werthem.* p. 104. *Web. Holſ.* p. 11.

Triticum pinnatum. *Moench. Enum.* n. 102.

Triticum ſpicis diſtichis, locuſtis teretibus, hirſutis, ariſtatis, duodecimfloris. *Hall. Helv.* n. 1431.

Gramen ſparteum ſpicata Brizae panicula et corniculata. *Barrel. Ic.*

Gramen ſpica Brizae maius. *C. Bauh. Prodr.* p. 18. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 133. c. ic.

Gramen loliaceum corniculatum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 35.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 22. *Barrel. l. c. t.* 25.
Engl. Bot. t. 730. *C. Bauh. Theatr. l. c.*
Leers. l. c. t. 10. *f.* 3. *Ejusd. Prodr. l. c.*
Weig. l. c. t. 1. *f.* 10.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 13. n. 8. *Ehrh. l. c.* n. 62.

Germ. Gefiederter Schwingel.

In collibus, pratis montofis; ad fepes, verfuras.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Tota planta e flauo viridis. Radix repens. Culmi plures, fefquipedales, altioresque, ftricti, teretes, tenuiffime ftriati, glabri, fimplices. Folia erecto-patentia, linearia, fubinde lineari-lanceolata, acuminata, plana, firma, fcabra, magis minusue pubefcentia, quandoque nonnifi margine pilis fparfis ciliata. Vaginae teretes, ftriatae, pilis breuibus deflexis villofae, rarius glabrae. Ligula vix exferta, obtufa, ciliata. Racemus fpicatus, erectus, fefquiuncialis vel biuncialis longitudinis. Rachis flexuofa, ad oras hifpida, alternatim, vt in praecedente, hinc conuexiufcula et ftriata, inde excauata et laeuis. Spiculae remotiufculae, lineares, fubteretes, dein paulo compreffae, multiflorae, ariftatae, pubefcentes: florentes difticħe patentes, rachi appreffae ante et poft florefcentiam; inferiores pedicello breuiffimo infidentes, reliquis feffilibus. Flosculi 7-11 et plures, fubcilindracei, ecarinati, arcte imbricati, nec fub anthefi, vt in plurimis antecedentibus, difticħe patentes. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, inaequales: maiori feptemneruі; minori trinerui. Gluma corollina exterior apicem verfus quinqueneruis, arifta terminata recta, gluma plerumque breuiori; interior vix minor, truncata, faepe emarginata, marginibus inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Variat ariftis corollam aequantibus.

Huic proxima *Feftuca cefpitofa* DESFONT. Etiam *Br. ramofus* LINN. *Mant.* in multis cum hoc gramine conuenit, et ob florum ftructuram potius Feftucae, quam Bromi generi adnumerandus eft.

21. FESTVCA *gracilis*, racemo fpicato fubnutante, fpiculis remotius-erectis ariftatis, ariftis gluma longioribus, radice fibrofa.

Feftuca gracilis. *Moench. Meth.* p. 191.

Bromus gracilis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 438. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 145. *Weig. Obf.* p. 15.

Bromus ſylnaticus. *Hoſt. Gram.* 1. p. 17. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 300. *Ejusd. Britan.* 1. p. 136. *Pollich. Palat.* n. 118. — *Engl. Bot. Ehrh. Gram.*

Triticum teretiflorum. *Wib. Werthem.* p. 104.

Feſtuca ſyluatica. *Mart. Fl. Ruſt.*

Bromus dumoſus. *Villars. Delph.* 2. p. 119.

Triticum ſyluaticum. *Moench. Enum.* n. 103.

Bromus pinnatus. *Flor. Dan.*

Triticum locuſtis remotis, hirſutis, teretibus, exiguis, culmis floriferis gracilibus. *Hall. Helv.* n. 1432.

Gramen loliaceum corniculatum latifolium, ſpicis teretibus anguſtis et glabris. *Scheuchz. Agroſt.* p. 36.

Gramen loliaceum corniculatum, ſpica partiali ſubhirſuta fragili. *Scheuchz.* l. c. p. 38.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 21. *Flor. Dan. t.* 164.
Engl. Bot. t. 729. *Weig. l. c. t.* 1. *f.* 11.
Mart. l. c. t. 114.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 107.

Germ. Schlanker Schwingel.

In dumetis, nemoroſis, ad ſepes.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa, ceſpitoſa. Culmi bipedales, erecti, graciles, teretes, obſolete ſtriati, glabri, ſubinde pilis ſparſis obſeſſi, plerumque ſimplices. Folia patentia, latiuſcula, acuminata, plana, mollia, laete viridia, ſcabra, pilis breuibus ſparſis, imprimis baſin verſus, obſeſſa: faſciculorum anguſtiora, vaginae teretes, ſtriatae, pariter piloſae. Ligula exſerta, obtuſa, ciliata, dein lacinulata. Racemus ſpicatus, apice plerumque nutans, ſeſquiuncialis et longior. Rachis vt in praecedente, ſed tenuior et minus ſcabra. Spiculae etiam vt in illa remotiuſculae, erectae, ſubſeſſiles, oblongo-lineares, ſcabrae, vireſcentes, primo teretiuſculae, demum compreſſae, compoſitae e floſculis 5 ad 9, ſubteretibus, ecarinatis. Glumae calicinae lanceolatae, acutae: altera maiori, neruis 7; altera ſ. minori neruis 5 vel 6 notata. Gluma corollina exterior ariſtata et apicem verſus neruis 5 diſtincta; interior parum minor, apice truncata et emarginata, marginibus inflexa, ad flexurae angulos

tenuiſſime ciliata. Ariſta, glumam corollinam exteriorem terminans, ſubflexuoſa, tenuiſſima, gluma ſua longior.

Variat ſpiculis nudiuſculis et plus minus pubeſcentibus.

Feſtuca ſyluatica KOEL. l. c. p. 268. eſt ſpecies compoſita, quoad deſcriptionem et ſynonyma partim ad *pinnatam*, partim ad *gracilem* ſpectans, et omnino delenda.

22. FESTVCA *tenuiflora*, racemo ſpicato erecto ſecundo, ſpiculis remotiuſculis erectis ſubariſtatis, radice fibroſa.

Triticum tenellum. *Hoſt. Gram.* 2. p. 20. (excl. omnibus ſynonymis).

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 26.

Germ. Zartblüthiger Schwingel.

In Iſtriae herbidis (*Hoſt*).

Annua. Flor. Iunio.

Radix e fibris tenuiſſimis compoſita, pro vario ſolo nunc paucos, nunc plures culmos, in ceſpitem vnitos, ſuſtinens. Culmi a quadriunciali ad pedalem altitudinem et vltra ſe erigentes, erecti, graciles, ſubtrigoni, ſtriati, glabri, ſimplices et ramoſi. Folia tenuia, erecto-patentia, linearia, anguſtiſſima, acuta, apicem verſus carinata, reliqua parte plana, ad oras et ſuperiorem dorſi partem ſcabra, facie plerumque tenuiſſime pubeſcentia. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula breuiſſima, truncata, glabra. Racemus ſpicatus, erectus, ſecundus, ſeſquiuncialis circiter. Rachis tenuis, flexuoſa, angulis ſcabra, alternatim hinc conuexiuſcula et ſtriata, inde ſulcata et laeuis. Spiculae paruae, remotiuſculae, pedicellis ſcabriuſculis inſidentes, rachi appreſſae, oblongae, compreſſae, ariſtatae, vireſcentes, 5-7 floſculos continentes: inferiores binae, ſuperiores ſolitariae; rarius omnes ſolitariae et breuius pedicellatae. Glumae calicinae lanceolatae, carinatae, ſcabrae, inaequales: maiori acutiori, neruis tribus notata; minori vnico tantum neruo diſtincta. Gluma corollina lanceolata, acuminata vel in ariſtam breuem attenuata, dorſo

conuexa f. ecarinata, neruis quinque obfoletis percurfa, fcabra; interior minor, oblonga, apice bifida, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiffime ciliata.

Spiculae quandoque e flofculis 7-10 compofitae. Variat etiam culmis fuperne fcabriufculis.

Sub *Tritico tenello* LINN. *Spec. Plant.* plures fpecies confufae funt, de quibus alio loco fufius differam.

23. FESTVCA *diftachyos*, fpiculis fubduabus erectis alternis.

Feftuca diftachyos. *Roth. Catal.* 1. p. 31.

Feftuca diftachya. *Koel. Gram.* p. 269. (excl. Barrel. fyn.)

Feftuca diandra. *Moench. Meth.* p. 191.

Bromus diftachyos. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 439. (excl. Barrel. fyn.) *Hoft. Gram.* 1. p. 16. *Desfont. Atlant.* 1. p. 96. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 146. (excl. Weig. fyn.) *Amoen. Acad.* 4. p. 304.

Bromus fpiculis fubbinatis compreffis feffilibus. *Gerard. Prov.* p. 98.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 20. *Gerard. l. c. t.* 3. *f.* 1.

Germ. Zweiähriger Schwingel.

In Iftria inter Pola et Gimino, alibique in cultis et incultis (*Hoft*).

Annua. Flor. Maio.

Radix fibrofa, fibris paruis, tenacibus. Culmi tenues, teretes vel fubteretes, ftriati, glabri, nodis pubefcentibus; in aliis 1-2unciales et ex procumbente erecti, in aliis multo altiores et magis erecti. Folia breuia, lineari-lanceolata, acuta, plana, patentia, ftriata, ad oras praecipue fcabra et infuper pilis fparfis obfeffa. Vaginae teretes, ftriatae, glabrae. Ligula breuis, truncata, ciliata: iuuenilis integra; adultior in plures lacinulas diuifa. Spiculae folitariae, fubinde duae, rarius tres, alternae: lateralibus (fi adfunt) plerumque facie rachi oppofitis; omnes erectae, feffiles, virides, oblongo-lineares, fubteretes, dein compreffae et ex oblongo lanceolatae. Flosculi 7-11, diandri, ariftati, poft anthefin remotiufculi. Rachis breuis, glabra, altero latere conuexa ac ftriata, altero excauata et laeuis. Glumae calicinae lanceolatae, acutae,

ſubcompreſſae, vt corollina exterior ſcabra: altera ſ. maiori neruis eminentibus 6-7; altera 4 vel 5 notata. Gluma corollina exterior lanceolata, ſeptemneruis, neruis in medio obſoletis, dorſo conuexiuscula, apice ſenſim in ariſtam, gluma ſua multo longiorem, rectam deſinens; interior oblongo-linearis, obtuſiuſcula, ad flexurae angulos ciliata.

Culta planta triplo maior, culmis erectis, rigidioribus, foliis pube breuiori et denſiori veſtitis et ſpiculis 20-25 floſculos continentibus inſtructa.

Barrelieri ſynonymum, praeeunte *Linnaeo* etiam ab aliis huc relatum, ad *Feſtuc. Myur.* vel affinem ſpeciem pertinet, vt recte iam monuit Cl. *Schrank.* *Bromus diſtachyos Weig. Obſ.* p. 16. t. 1. f. 8., ſi re vera huius loci, icon tamen peſſima eſt. Sed procul dubio pro ſola *Feſtucae pinnatae* varietate haberi debet; hinc etiam *Feſtuca pſeudiſtachya Koel. Gram.* p. 270, ex hoc Weigeliano Bromo et vera Linneana planta compoſita, vt ſuperflua et nullibi occurrens ſpecies iterum delenda eſt.

62. BROMVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 120. Iuſſ. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 108.

Cal. biualuis, multiflorus. *Cor.* biualuis, valvulis lanceolatis: exteriori ſub apice ariſtata. *Sem.* corollae adnatum.

1. BROMVS *ſecalinus*, panicula fructifera apice nutante, ſpiculis oblongo-ouatis compreſſis nudis, floſculis demum diſtinctis remotiuſculis, ariſtis flexuoſis gluma breuioribus, foliis ſubpiloſis.

Bromus ſecalinus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 428. *Hoſt. Gram.* 1. p. 10. *Koel. Gram.* p. 223. (excl. plur. ſynon.) *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 281. *Ejusd. Britan.* 1. p. 125. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 133. (excl. ſyn. Bauh.) *Moench. Haſſ.* n. 83. *Pollich. Palat.* n. 108. *Leers. Herborn.* n. 81. — *Engl. Bot. Ehrh. Gram.*

Bromus vitioſus. *Weig. Obſ.* p. 4.

Feſtuca graminea, glumis glabris. *Scheuchz. Agroſt.* p. 251.

Gramen auenaceum ſegetale maius gluma turgidiore. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1171. *Weig. l. c. t.* 1. *f.* 2.
Hoſt. l. c. t. 12. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 10.
Leers. l. c. t. 11. *f.* 2. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 16.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 45.

Germ. Roggen-Treſpe.

Inter ſegetes.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi bi-tripedales, erecti, teretes, ſtriati, glabri, geniculis 4-5, magis vel minus pubeſcentibus intercepti. Folia linearia aut lanceolato-linearia, acuminata, patentia, plana, ſtriata, ad oras et vtrinque ſecundum neruos praecipue ſcabra, plus minus ciliata, facie pilis ſparſis obſeſſa. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula obtuſa, dein lacinulata. Panicula 3-4uncialis, rarius ſemipedalis, patens; ſub antheſi plerumque erecta, poſt antheſin ſemper apice nutans. Rachis ſtriata; inferiori parte teretiuſcula, glabra; ſuperiori parte flexuoſa, angulata et ad angulos ſcabra. Rami ſubinde ad baſin ſquamula vna alteraue ſuffulti, flexuoſi, angulati, ſcabri, ramoſi immixtis breuioribus et indiuiſis; inferiores, vt in congeneribus, plures; ſuperiores pauciores ſenſim minores. Spiculae oblongo-ouatae, rarius ouato-lanceolatae (vt Leersius eas repraeſentat), vireſcentes vel ex glauco virides, primo teretiuſculae, dein compreſſae, 7-13florae, floſculis diſtinctis, remotiuſculis. Glumae calicinae oblongo-ouatae, acutae, compreſſae, margine membranaceae, apice, aeque ac gluma corollina exterior, obſolete ciliatae, ad ſuperiorem carinae partem ſcabrae, inaequales: maiori neruis 7; minori neruis 5 notata. Gluma corollina exterior elliptica, obtuſa, margine membranacea, dorſo conuexiuſcula, glabra, 7, rarius 9 neruis percurſa, ſub apice bifido ariſtata, ariſta flexuoſa, gluma ſua plerumque breuiori. Interior gluma exteriorem aequans, ſed longe anguſtior, apice integra vel bifida, ad flexurae angulos ciliata. Semen, vt in ſequentibus ſpeciebus, corollae adnatum.

Variat quandoque ſpiculis muticis (*Bromus aruenſis* WEIG. *Obſ.* p. 6. t. 1. f. 3.) — SCHEUCHZERI ſynonymum veriſimiliter huc pertinet, ariſtae vero in icone rectae et nimis longae delineatae ſunt.

2. BROMVS *velutinus*, panicula fructifera apice nutante, ſpiculis oblongo-lanceolatis tumidiuſculis compreſſis pubeſcentibus, floſculis ſubimbricatis, ariſtis gluma longioribus primo rectis dein patentibus, foliis ſubpiloſis.

Aegylops maior, caule et foliis arundinaceis, locuſtis hirſutis. *Dill. Gieſſ.* p. 111.

Gramen Gros Montbelgardenſium. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 438. c. ic.

Feſtuca graminea, glumis hirſutis. *C. Bauh. Pin.* p. 9. *Ejusd. Theatr.* p. 143. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 250.

Ic. *Noſtr. t.* 6. *f.* 3. *I. Bauh. l. c.* mala.
Scheuchz. l. c. t. 5. *f.* 9. *C. Bauh. Theatr. l. c.*

Germ. Feinhaarige Treſpe.

Inter ſegetes Sveviae (*Petif*), Palatinatus (*Koch*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Habitus praecedentis, ſed culmi plerumque humiliores; panicula ex ſpiculis paucioribus compoſita; rami ſubſimplices, minus ramoſi; ſpiculae oblongo-lanceolatae, tumidiuſculae, duplo triploue maiores, floſculis pluribus (ſaepe 1‹), ſubimbricatis conſtantes. Praeprimis vero differt ariſta gluma ſua ſemper longiori, primo recta, dein patente; et denique villo breui, molli, quo tota panicula et omnes ſpiculae partes conſperguntur. — In ſolo ſteriliori ſpiculae ſunt minores, magis ouato-lanceolatae, et nonniſi floſculos 7 ad 9 continent.

Bromus ſquarroſus et quidem varietas *β.* pubeſcens Bromo noſtro haud diſſimilis, diſtinguitur vaginis foliisque pubeſcentibus; panicula iam ſub antheſi nutante; ſpiculis anguſtioribus; floſculis arcte ſibi inuicem imbricatis; ariſtis demum refracto-diuaricatis; corollae gluma interiori longe minori aliisque notis.

3. BROMVS *ſquarroſus*, panicula apice nutante, ſpiculis lanceolatis ſubcompreſſis, floſculis arcte imbricatis, ariſtis primo rectis dein refracto-diuaricatis, foliis pubeſcentibus.

α. Spiculis nudis.

Bromus ſquarroſus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 430. *Koel. Gram.* p. 222. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 108. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 288. *Ejusd. Britan.* 1. p. 129. *Desfont. Atlant.* 1. p. 93. *Schrank. Bavar.* n. 230. *Villars. Delph.* 2. p. 115. *Krock. Siles.* n. 162.

Avena locuſtis teretibus, nouemfloris, ariſtis reflexis. *Hall. Helv.* n. 1501.

Feſtuca graminea, glumis vacuis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 251.

Gramen phalaroides maius aceroſum nutante ſpica. *Barrel. Ic.* — *Mont. Prodr.* p. 44.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 11. *Mont. l. c. f.* 32. *Barrel. l. c. t.* 24. *f.* 1.

β. Spiculis pubeſcentibus.

Bromus ſquarroſus. *Hoſt. Gram.* 1. p. 11.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 13.

Germ. Sparrige Treſpe.

In arenoſis, ſterilibus, pratis ſiccis Iſtriae (*Hoſt*), Bavariae (*Schrank*), Palatinatus (*Koch*), Wetteraviae? (*Dillenius*), Sileſiae? (*Krocker*).

Annua. Flor. Iunio.

Radix fibroſa. Culmi pedales, ſeſquipedales, ſimplices, rarius ramoſi, erecti, vel baſi tantum procumbentes, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, acuminata, plana, mollia, pubeſcentia. Vaginae teretes, ſtriatae, villo denſiori obſeſſae. Ligula breuis, obtuſiuſcula, pubeſcens, demum laciniata. Panicula tri-quadriuncialis, pauciflora, laxa, apice nutans. Rachis inferne ſemiteres, ſtriata, glabra; ſuperne ſubflexuoſa, compreſſo-angulata, magis vel minus ſcabra. Rami ſecundi, tenues, ſubcompreſſi, ſcabri, apice incraſſati, plerumque ſimplices, rarius diuiſi. Spiculae lanceolatae, acutae, vncialis fere longitudinis, ſubcompreſſae, vireſcentes, glabrae, nitidae, rarius ſcabriuſculae, in β. pubeſcentes, floſculis 11 ad 15, arcte imbricatis. Glumae calicinae acutae, margine membrana-

ceae, ſubcompreſſae, ſuperne ſecundum neruum intermedium ſcabriuſculae, inaequales: maiori ouato-lanceolata, nouem neruis vtplurimum diſtincta, quorum intermedius ſaepe in ariſtam breuem deſinit; minori lanceolata, acutiori, neruis quinque notata. Gluma corollina exterior margine membranacea, medio vtrinque dilatata, dorſo conuexa, neruis nouem percurſa, ſub apice bifido ariſta inſtructa glumam ſuam aequante, primo erecta, dein refracto-diuaricata. Interior gluma exteriori longe minor anguſtiorque, apice obtuſa integerrima, ad flexurae angulos ciliata.

In var. β. praeter ſpiculas etiam paniculae rami plus minus pubescunt.

Variat geniculis glabris et pubeſcentibus et ſpiculis quandoque ex viridi purpuraſcentibus.

4. BROMVS *mollis*, panicula erecta, ſpiculis oblongo-ouatis ſubcompreſſis pubeſcentibus, floſculis imbricatis, corollarum gluma exteriori apice bifida, ariſtis rectis glumam aequantibus, foliis molliſſime pubeſcentibus.

α. Vulgaris.

Bromus mollis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 429. *Hoſt. Gram.* 1. p. 16. *Koel. Gram.* p. 233. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 284. *Ejusd. Britan.* 1. p. 127. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 135. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 47. *Pollich. Palat.* n. 110. *Leers. Herborn.* n. 82. *Schreb. Gram.* 1. p. 60. *Weig. Obſ.* p. 7. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Mart. Fl. Ruſt. Ehrh. Gram.*

Bromus hirſutus, locuſtis ſeptifloris, ouato-conicis. *Hall. Helv.* n. 1504.

Gramen auenaceum pratenſe, gluma breuiore ſquamoſa et villoſa. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen auenaceum, locuſtis villoſis, anguſtis, candicantibus et ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 254.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1078. *Leers. l. c. t.* 11. *f.* 1.
Hoſt. l. c. t. 19. *Schkuhr. l. c. t.* 16.
Curt. l. c. faſc. 3. *Weig. l. c. t.* 1. *f.* 4.
Schreb. l. c. t. 6. *f.* 1. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 18.
Mart. l. c. t. 99. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 12.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 55.

β. Nanus.

Bromus nanus. *Weig. Obſ.* p. 8.

Ic. *Weig. l. c. t. 1. f. 9.*

Germ. Weichhaarige Treſpe.

In pratis, paſcuis, pomariis, muris, ad vias, alibique haud infrequens.

Biennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibroſa. Culmi bipedales altioresue, erecti, teretes, ſtriati, ſuperne plerumque pubeſcentes, rarius glabri, geniculis plus minus pubeſcentibus. Folia linearia, acuminata, plana, pallide viridia, ad oras ſcabriuſcula, vtrinque, vt vaginae, pilis breuibus, mollibus, caneſcentibus villoſa. Vaginae teretes, ſtriatae, ligula breui, obtuſa, pubeſcente, dein laciniata. Panicula bi-triuncialis, erecta, coarctata; ſub antheſi patens, quandoque patentiſſima; ante et poſt antheſin contracta. Panicula fructifera plerumque cernua. Rachis, vt rami, ſtriata et pubeſcens; inferne ſemiteres; reliqua parte angulata. Rami breues, angulati; inferiores ſimplices immixtis nonnullis ramoſis, ſuperiores omnes ſimplices et breviores; rarius omnes ſimplices et indiuiſi. Spiculae oblongo-ouatae, acutae, ſubcompreſſae, pubeſcentes, ex glauco virides, floſculis 5 ad 10, imbricatis. Glumae calicinae acutiuſculae, margine membranaceae, vix carinatae, inaequales: maiori ouato-lanceolata, ſeptemnerui; minori anguſtiori, acutiori, neruis tribus notata. Gluma corollina exterior elliptico-lanceolata, obtuſa, margine membranacea, dorſo convexa, neruis ſeptem ſcabris diſtincta, ſub apice bifido ariſtata, ariſta rectiuſcula, glumam aequante. Interior minor, apice indiuiſa, ad flexurae angulos ciliata.

β. nonniſi in ſolo ſteriliori prouenìens, differt culmo humiliori et panicula e paucis ſpiculis compoſita.

5. BROMVS *racemoſus*, panicula erecta, ſpiculis oblongo-ouatis ſubcompreſſis nudis, floſculis imbricatis, corollarum gluma exteriori apice indiuiſa, ariſtis rectis glumam aequantibus, foliis obſolete pubeſcentibus.

Bromus racemosus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 436. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 1.2. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 286. *Ejusd. Britan.* 1. p. 128. — *Engl. Bot.*

Bromus pratensis. *Ehrh. Gram.* — *Koel. Gram.* p. 239.

Festuca auenacea, spicis strigosioribus, e glumis glabris compactis. *Raj. Syn.* 3. p. 414.

Gramen auenaceum pratense, gluma squamosa longiore glabra. *Moris. Hist.* 3. (fide Smithii) — perperam a Cl. Willdenowio ad Br. multiflorum relatum).

Ic. *Engl. Bot. t.* 1079. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 19.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 116.

Germ. Traubenblüthige Trespe.

In pratis, pascuis, pomariis.

Biennis. Flor. Maio, Iunio.

Similis priori, sed differt vagina foliisque minus pubescentibus; paniculae ramis subsimplicibus, rarius diuisis rachique scabris nec pubescentibus; spiculis scabris, nitidis; flosculi glumis exterioribus apice integerrimis, neruis minus prominentibus distinctis. Culmi etiam plerumque scabri, subinde vero et glabri reperiuntur. — Flosculorum numerus variat, vt in *B. molli*, a 5 ad 10.

Annuum putat Cl. *Smithius*; sed biennem esse, verosimilius videtur.

Bromus racemosus Koel. *Gram.* p. 139. quoad synonyma allegata etiam huc referri posset, sed descriptio in pluribus recedit.

6. BROMVS *commutatus*, panicula apice nutante, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis rectis gluma longioribus, foliis villosis.

Bromus multiflorus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 428. (excl. fere omnib. synon. praeter Rothii). *Host. Gram.* 1. p. 10. (excl. synon. praeter Willd.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 134. (excl. fere omnibus synon.) — *Schleich. Plant. Rar.*

Ic. *Host. l. c. t.* 11.

Exs. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 17.

Germ. Verwechselte Trespe.

Inter segetes, ad vias, sepes, alibique.

Biennis. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa, culmum solitarium aut plures sustinens. Culmi a sesqui- ad tripedalem altitudinem adscendentes, erectiusculi, teretes, striati, glabri vel pubescentes, geniculis glabris aut obsolete pubescentibus. Folia linearia, acuminata, plana, molliter villosa, ad oras scabra. Vaginae teretes, striatae, pilis densis, horizontalibus villosae. Ligula breuis, lacinulata. Panicula 3-4uncialis circiter, in solo fertiliori fere pedalis, patens; sub anthesi cernua; florescentia peracta nutans. Rachis striata; inferne semiteres, glabra, saepius pubescens, rarius scabriuscula; reliqua parte, vt rami, flexuosa, angulata et scabra. Rami tenues, laxi, simplices et ramosi. Spiculae lanceolatae, acutae, compressae, plus minus scabrae, nitidae, virescentes, ex 9 vel 11 flosculis imbricatis compositae. Glumae calicinae inaequales, subcompressae, acutiusculae, margine membranaceae, superne ad carinam scabrae. Altera s. maior ouato-lanceolata, 7 vel 9 neruis, neruo intermedio saepe vltra apicem porrecto, vnde quasi subaristata apparet. Altera paulo minor, lanceolata, acutior, neruis quatuor vel quinque distincta. Gluma corollina exterior elliptico-lanceolata, obtusa, margine membranacea, dorso conuexiuscula, glabra, nouem neruis notata, sub apice parum bifido aristam emittens gluma sua paulo longiorem, rectam. Interior gluma paulo minor, sed longe angustior, apice integerrima vel emarginata, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Haec a pluribus pro *multifloro* Weig. assumpta planta, distinctissimam ab ea constituit speciem. Cl. *W*EIGELIUS, qui in Observ. suis 1772 Gryphiae editis, Bromi genus illustrare conatus est, primo huic errori ansam dedit. Confusionem a *R*OTHIO, qui in *Tentamine Florae Germanicae* aliam pro Weigeliana stirpe habuit et insuper ad eandem plura falsa synonyma allegauit, adhuc magis auctam esse, negari haud potest. Bromus enim, quem *W*EIGELIUS sub *multiflori* nomine in libello supra memorato tanquam nouam speciem descripsit et cuius spiculam delineare curauit, nihil alius est, quam *Br. aruensis* LINNAEI. *Bromum* e contrario, quem LINNAEI *aruensem* esse putauit, nonnisi *Bromi secalini* varietatem spiculis

muticis, quandoque occurrentem, conſtituere, comparatione deſcriptionis et ſpiculae delineationis ab eo datae, cuique facile patebit. Quod vero ad allata a *Rothio* ſynonyma attinet, ea ne inter ſe quidem, et multo minus cum *Brom. multifloro* ſuo vel Weigeliano conueniunt. Sic Feſtuca graminea, glumis hirſutis *C. Bauh. Pin.* p. 9. et *Scheuchz. Agroſt.* p. 250. t. 5. f. 9. (*Weigelio* nonniſi dubia ſynonyma) et Aegylops maior caule et foliis arundinaceis *Dill. Gieſſ.* p. 111., *Rothio* praeeunte a *Willdenowio* aliisque ad *Br. multiflorum* allegatae, propriam et *ſecalino* proximam ſpeciem, *Br.* nempe noſtrum *velutinum*, antea deſcriptum, conſtituunt. Porro ſynonymum *Leersii* (*Br. ſecalinus Leers. Fl. Herborn.*) pariter a *Rothio*, *Willdenowio*, *Smithio*, *Hostio* aliisque citatum, minime huius loci eſt, ſed procul dubio ad *Br. ſecalinum Linn.*, qui congenerum more, pro ſoli diuerſitate, ſpiculis pauci- et multifloris obſeruatur, ſpectat. Ad eandem quoque plantam *Br. ſecalinus Moench. Heſſ.* n. 83. et *Reichard. Francof.* n. 66. pertinet. Allata vero a *Rothio* ſynonyma *Buxbaumii*, *Bergenii*, *Zinnii*, *Halleri* et *Pollichii* pro dubio habenda, cum ex ſola diagnoſi nil certi pronuntiari poſſit. Synonymum *Morisoni* (Gramen auenaceum etc. ſect. 8. t. 7. f. 19.) a *Willdenowio* in editione *Spec. Plantar.* inſuper adiectum, ad *Br. racemoſum* amandandum eſt.

Bromus multiflorus Smith. Britan. 1. p. 126. nec cum *Br. multifloro Weig.*, nec *Rothii* ſ. noſtro *commutato* conuenit. Ob ſpiculam a Viro Clariſſimo mecum communicatam *Br. velutino* proximum haberem. Ad hunc Smithii Bromum forte *Br. ſecalinus hordeaceus β. Linn.* referri debet; reliqua vero omnia ab eo allegata ſynonyma, ob rationes ſupra memoratas, eliminanda et inter *Br. velutinum* et *ſecalinum* diſpeſcenda ſunt. Quid de *Br. multifloro Schrank. Bavar.* n. 217. faciendum ſit, luculenter ex deſcriptione eiusdem patere, vix eſt, quod moneam. — *Koelerum* aliosque ſcriptores transire poſſe credo, quia confuſio, qua ab iis allatus *Br. multiflorus* adhuc laborat, obſeruationibus datis ſatis ſuperque tollitur.

7. BROMVS *aruenſis*, panicula demum nutante, ſpiculis lanceolatis compreſſis nudis, flosculis imbricatis, ariſtis rectis glumam aequantibus, foliis villoſis.

Bromus aruenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 434. (excl. ſyn. Pollich. et Weig.) *Hoſt. Gram.* 1. p. 12. (excl. ſyn. Pollich.) *Koel. Gram.* p. 220. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 289. *Ejusd. Britan.* 1. p. 130. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 138. (excl. ſyn. Weig.) *Leers. Herborn.* n. 84. — *Engl. Bot. Ehrh. Gram.*

Bromus verſicolor. *Pollich. Palat.* n. 109. *Moench. Meth.* p. 193. *Koel. Gram.* p. 238.

Bromus multiflorus. *Weig. Obſ.* p. 2. (fide ſpecim. ex Herb. Weigeliano a Cl. Rudolphi mecum communicati).

Bromus glaber, locuſtis octifloris nutantibus glabris, glumis marginatis. *Hall. Helv.* n. 1509.

Feſtuca graminea, effuſa iuba. *Scheuchz. Agroſt.* p. 262.

Ic. *Engl. Bot. t.* 920. *Weig. l. c. t.* 1. *f.* 1.
Hoſt. l. c. t. 14. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 15.
Leers. l. c. t. 11. *f.* 3.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 64.

Germ. Acker-Treſpe.

Inter ſegetes, ad vias, ſepes.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi ſolitarii vel plures in ceſpitem coniuncti, bi-tripedales, baſi plerumque paulo declinati, ceterum erecti, teretes, ſtriati, glabri, geniculis glabris aut pubeſcentibus. Folia linearia, acuminata, pilis ſparſis villoſa, ad oras praeprimis ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, plus minus pubeſcentes, ligula breui, obtuſa, dein lacinulata. Panicula ſemipedalis, multiflora: ſub antheſi erecta; apice nutans ante et poſt antheſin. Rachis ſtriata: inferne teretiuſcula glabra; ſuperne flexuoſa, angulata et ad angulos ſcabra. Rami quandoque ad baſin ſquamula vna alterave muniti, elongati, tenues, flexuoſi, ſcabri, ramoſi et ſimplices, verſus apicem parum incraſſati. Spiculae lanceolatae, acutae, compreſſae, nudae, quandoque obſolete pubeſcentes, nitidae, vireſcentes vel ex viridi et purpureo variae, flosculis 9 ad 11, imbricatis. Glumae calicinae acutae, margine mem-

branaceae, compreſſae, ſecundum neruos et praecipue ad carinam ſcabrae: altera maiori, ex elliptico lanceolata, quinquenerui, neruo intermedio ſaepe in ariſtam breuem exeunte; altera minori, lanceolata, neruis tribus diſtincta. Gluma corollina exterior margine membranacea, dorſo conuexa, neruis ſeptem notata, ſub apice bifido ariſtata, ariſta glumam aequante vel ea paulo longiori, recta, purpuraſcente. Interior gluma exteriori paulo minor, apice ſubbifida, rarius integerrima, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

8. BROMVS *erectus*, panicula erecta, ſpiculis lineari-lanceolatis compreſſis, floſculis imbricatis, ariſtis rectis gluma breuioribus, foliis faſciculorum anguſtiſſimis ciliatis.

Bromus erectus. *Smith in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 290. *Ejusd. Britan.* 1. p. 151. *Koel. Gram.* p. 240. *Roth. N. Beytr.* p. 111. — *Röm. Europ. Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Bromus pſeudaruenſis. *Koel. Gram.* p. 241.

Bromus montanus. *Flor. Wetter.* n. 147. (fide ſpec. a Cl. Scherbio mecum communicati).

Bromus anguſtifolius. *Schrank. Bavar.* n. 236.

Bromus perennis. *Villars. Delph.* 2. p. 122.

Bromus agreſtis. *Allion. Pedem.* n. 2224. *Hoſt. Gram.* 1. p. 9.

Bromus aruenſis. *Pollich. Palat.* n. 113. (excl. ſynon.)

Bromus hirſutus anguſtifolius, locuſtis quinquefloris, ariſtis folliculo breuioribus. *Hall. Helv.* n. 1507.

Gramen quod Feſtuca pratenſis lanuginoſa. *Vaill. Par.*

Gramen bromoides, pratenſe, foliis praeter culmum anguſtiſſimis, rara lanugine villoſis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 255. (fide Smithii).

Gramen bromoides, paniculatum, foliis et culmo villoſis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 257. (ſecund. Smithium).

Gramen loliaceum, locuſtis longis ariſtatis. *Mont. Prodr.* p. 35. (excl. ſyn. Raji et Moriſoni) — ſecund. Smithium.

Gramen ſparteum, longa et ſpicata panicula, Lolii vtriculis, Feſtucae potius, maius. *Barrel. Ic.*

Gramen auenaceum glabrum, panicula purpuro-argentea ſplendente. *Moris. Hiſt.* 3. p. 213. n. 20.

Ic. *Host. l. c. t.* 10. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 13.
Röm. l. c. fasc. 6. *Mont. l. c. f.* 2.
Engl. Bot. t. 471. *Barrel. l. c. t.* 13. *f.* 1.
Vaill. l. c. t. 18. *f.* 2.

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 14. n. 6.

Germ. Aufrechte Trespe.

In collibus, pascuis, pratis, humidis; ad vias, margines agrorum Circuli Austriaci (*Host*), Bavariae (*Schrank*), Comit. Werthemensis (*Wibel*) — prope Moguntiam, Wormatiam alibique in Circ. Rhenano (*Pollich*, *Koch*) — Wetteraviae (*G. M. S.*) — prope Erfordiam (*Bernhardi*), Ienam (*Flügge*), Halam Saxon. (*Kohl*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrosa, plures culmos atque foliorum fasciculos proferens. Culmi sesquipedales, bipedales et quandoque altiores, erecti, stricti, teretes, striati, plerumque glabri, rarius pilis breuibus, erectiusculis inspersi, geniculis 3 vel 4, glabris. Folia duriuscula, striata, vtrinque et ad oras scabra: culmea lineari-lanceolata, planiuscula, nuda; fasciculorum longiora angustioraque, carinata, pilis longis, albis, pariter erectiusculis ciliata. Vaginae teretes, striatae: inferiores pubescentes; suprema longissima, glabra aut pilis rarioribus obsessa. Ligula breuis, obtusa, tandem laciniata. Panicula quadriuncialis, erecta. Rachis striata: inferne semiteres, glabra, reliqua parte flexuosa, angulata, scabra. Rami breues, flexuosi, scabri, simplices intermixtis nonnullis ramosis, vel omnes indiuisi; sub anthesi erecto-patentes, rachi appressi ante et post anthesin. Spiculae lineari-lanceolatae, acutae, teretiusculae, dein compressae, purpurascentes, virides, vel ex viridi et purpurascente variae, flosculis 5 ad 9 pluribusue, imbricatis compositae. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, margine membranaceae, compressae, carina scabrae, inaequales: maiori neruis quinque notata, minori tribus tantum neruis distincta. Glumae corollinae calici conformes: exteriori subcompressa, 7- vel 9-neruis, neruis lateralibus obsoletis, parum infra apicem aristata, arista gluma sua breuiori, recta.

Gluma interior exteriorem aequans, fed anguftior, apice bifida, ad flexurae angulos pilis tenuioribus et breuioribus, ac in congeneribus ciliata.

Variat 1. Panicula pauciflora, ramis omnibus folitariis et fimplicibus; 2. Panicula palmari, ramis pluribus ramofis, fpiculis longioribus, foliis radicalibus longiffimis, bi-tripedalibus; 3. Foliis omnibus vtrinque pilofis; 4. Foliis omnibus ciliatis; 5. Spiculis glabris et pubefcentibus. Indiuidua etiam occurrunt, quorum vaginae pilis furfum verfis pubefcunt, et alia iterum, quorum vaginae pilis fere horizontalibus inſperfae funt. Polymorpha certe planta, a congeneribus haud difficile tamen diftinguenda culmo ftricto, paniculae ramis erectis, et foliis inferioribus anguftiffimis linearibus.

9. BROMVS *inermis*, panicula erecta, fpiculis linearibus fubteretibus nudis, flosculis imbricatis muticis vel breuiffime ariftatis, foliis glabriufculis.

Bromus inermis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 431. *Hoft. Gram.* 1. p. 8. *Koel. Gram.* p. 236. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 136. *Pollich. Palat.* n. 111. *Schreb. Gram.* 1. p. 97.

Feftuca Leyfferi. *Moench. Haff.* n. 82.

Feftuca fpeciofa. *Schreb. Spic.* p. 59.

Feftuca locuftis teretibus, multifloris, glumis femimembranaceis, breuiter ariftatis. *Hall. Helv.* n. 1433. *Ejusd. App.* 2. *ad Scheuchz. Agroft.* p. 47. n. 28.

Gramen pratenfe elatius, locuftis longis, fquamofis, non ariftatis. *Buxb. Cent.* 5. p. 21.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 9. *Buxb. l. c. t.* 40. *f.* 2.
Schreb. l. c. t. 13.

Germ. Grannenlofe Trefpe, (Queck-Trefpe).

In pratis, pomariis, collibus, dumetis; ad ripas fluuiorum et in aliis locis humidis.

Perennis. Flor. Iunio ad Iulium.

Radix repens. Culmi fefquipedales, bipedales, erecti, teretes, ftriati, glabri, ad genicula faepius obfolete pubefcentes. Folia linearia aut lineari-lanceolata, acuminata, plana, rigida, ad oras et coftam fcabra,

ceterum glabra; inferiora quandoque pilis breuibus inſperſa. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae, ligula breuiſſima, truncata, demum inaequaliter lacinulata. Panicula 4-6uncialis, erecta; ſub antheſi patentiſſima; contracta ante et poſt antheſin. Rachis ſtriata; inferiori parte ſemiteres, glabra, ſubinde ſcabriuſcula; ſuperiori parte, vt rami, flexuoſa, angulata et ad angulos ſcabra. Rami plures, breues, ramoſi et ſimplices. Spiculae lineares, teretiuſculae, acutae, nudae, nitidae, plerumque e viridi et purpuraſcente variae, e 5 ad 7 floſculis imbricatis compoſitae. Glumae calicinae planiuſculae, obtuſae, ſubcarinatae, vt corollina exterior margine membranaceae, ſecundum neruos ſcabrae, inaequales: maiori elliptico-lanceolata, neruis tribus notata; minori lanceolata, neruo vnico diſtincta. Gluma corollina exterior elliptico-lanceolata, dorſo compreſſo-plana, obtuſa, neruis ſeptem alternis obſoletis percurſa, mutica aut ſub apice bifido ariſta breui, vix vnquam gluma longiori inſtructa. Gluma interior paulo minor, apice indiuiſa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

In ſolo fertiliori culmi tri-quadripedales; folia latiora; panicula pedalis, ramoſiſſima, multiflora, apice demum cernua et ſpiculae e pluribus floſculis compoſitae. — Variat quoque, ſed rarius, ramis vel baſi vel ſuperiori parte ſquamula ſuffultis.

10. BROMVS *aſper*, panicula nutante, ſpiculis lineari-lanceolatis compreſſis pubeſcentibus, floſculis demum remotiuſculis, ariſtis rectis gluma breuioribus, foliis villoſis ſcabris.

Bromus aſper. *Murr. Gott.* p. 42. *Linn. Suppl.* p. 111. *Syſt. Veget.* ed. 14. p. 119. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 432. (excl. ſyn. Pollich.) *Hoſt. Gram.* 1. p. 6. *Koel. Gram.* p. 230. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 293. *Ejusd. Britan.* 1. p. 133. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 109. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 136. (excl. ſyn. Pollich.) — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt.*

Bromus ramoſus. *Syſt. Veget.* ed. 13. p. 102.

Bromus hirſutus. *Curt. Lond.*

Bromus nemoroſus. *Villars. Delph.* 2. p. 117.

Bromus altiſſimus. *Web. Holſat.* n. 94.

Bromus montanus. *Scop. Carn.* n. 117. *Pollich. Palat.* n. 116. *Koel. Gram.* p. 210. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 141. *Retz. Obſ.* 2. p. 7. *Moench. Haſſ.* n. 90.

Poa panicula nutante, laxa, ſpicis oblongis, multifloris, ſaepe ariſtatis. *Gmel. Sibir.* 1. p. 110. (fide Smithii).

Gramen bromoides, montanum, hirſutum, panicula minus ſparſa, corniculata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 263.

Gramen auenaceum dumetorum iuba longiore ſpica diuiſa. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1172. *Gmel. l. c. t.* 21.
Hoſt. l. c. t. 7. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 16.
Curt. l. c. faſc. 18. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 27.
Mart. l. c. t. 126.

Germ. Rauhe Treſpe.

In ſiluis, nemoribus, ad ſepes; locis tam ſiccis quam humidis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix e fibris tortuoſis, rigidis compoſita, vnum alterumue culmum ſuſtinens. Culmi tri-quadripedales, altiores, erecti, teretes, ſtriati, pilis breuibus, rigidulis ſcabriuſculi, vix vnquam glabri, geniculis 3 vel 4, plus minus pubeſcentibus. Folia lineari-lanceolata, acuminata, plana, longiſſima, ſcabra, vtrinque et ad oras, praecipue vero baſin verſus, villoſa: ſupremo nudiuſculo vel pilis rarioribus inſperſo. Vaginae teretes, ſtriatae, ſcabriuſculae, pilis, in ſuperioribus paucioribus et breuioribus, veſtitae. Ligula breuis, obtuſa, plerumque fuſceſcens. Panicula ſemipedalis, pedalis, nutans, multiflora, rachi ramisque flexuoſis, angulatis, ſcabris. Rami elongati, tenues, ramoſi et ſimplices; inferiores bini vel terni, reliquis ſolitariis; omnes ſub antheſi patentes, contracti ante et poſt antheſin. Spiculae lineari-lanceolatae, acutae, dein compreſſae, virides vel e viridi et purpuraſcente variae, ex flosculis 7 aut 9 compoſitae, primo imbricatis, dein remotiuſculis. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, compreſſae, vt corollina exterior, margine membranaceae et pilis breuibus appreſſis, imprimis verſus marginem et ſuperiorem partem tectae, carina et ſecundum neruos admodum ſcabrae: altera maiori, trinerui; altera minori, vnico

tantum neruo diſtincta. Gluma corollina exterior lineari-lanceolata, ſubcompreſſa, ſuperne carinata, neruis quinque ſcaberrimis notata, quorum intermedius paulo infra apicem bifidum in ariſtam exit gluma ſua breuiorem, rectam. Interior gluma paulo minor, apice plerumque integerrima, obtuſa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

11. BROMVS *giganteus*, panicula apice nutante, ſpiculis lanceolatis compreſſis nudis, floſculis imbricatis, ariſtis flexuoſis gluma longioribus, foliis nudis.

Bromus giganteus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 435. *Hoſt. Gram.* 1. p. 6. *Koel. Gram.* p. 212. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 140. *Pollich. Palat.* n. 115. *Leers. Herborn.* n. 86. *Schreb. Gram.* 1. p. 88. *Weig. Obſ.* p. 11. — *Curt. Lond.*

Bromus triflorus. *Flor. Dan.*

Feſtuca gigantea. *Villars. Delph.* 2. p. 110. *Smith. Britan.* 1. p. 120.

Bromus glaber, locuſtis quadrifloris, nutantibus, ariſtis longiſſimis. *Hall. Helv.* n. 1510.

Gramen ſyluaticum, glabrum, panicula recurua. *Vaill. Par.*

Gramen bromoides, aquaticum latifolium, panicula ſparſa, tenuiſſime ariſtata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 264.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 6.
Curt. l. c. faſc. 58.
Schreb. l. c. t. 11.
Flor. Dan. t. 440.
Leers. l. c. t. 10. *f.* 1.
Weig. l. c. t. 1. *f.* 5.
Vaill. l. c. t. 18. *f.* 3.
Scheuchz. l. c. t. 5. *f.* 17.

Germ. Groſse Treſpe, (Futtertreſpe).

In ſiluis, nemoroſis, ad ſepes, praecipue ſolo humidiuſculo.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix fibroſa, fibris duriuſculis. Culmi tripedales circiter, erecti, teretes, ſtriati, glabri, geniculis 4-5 pluribusue, glabris. Folia enſiformia, acuminata, ad oras et ſuperiorem coſtae partem ſcaberrima, firma, plana, baſin verſus, praecipue in iunioribus, carinata, apice nutantia, pedem et vltra longa. Vaginae teretiuſculae, ſtriatae, glabrae, aut parum ſcabrae; inferioribus ſaepe purpuraſcentibus. Ligula breuis-

ſima, truncata, cartilaginea, fuſceſcens. Panicula elongata, pedalis, laxa, apice nutans. Rachis inferne ſemiteres, ſtriata, glabra; ſuperiori parte cum ramis triquetra, flexuoſa et ſcabra. Rami elongati, laxi, nutantes, in plures ramulos diuiſi; inferiores binati vel ternati, reliquis ſolitariis. Spiculae e minoribus, lanceolatae, acutae, virides; primo teretiusculae, dein compreſſae floſculis quinque vel ſeptem, remotis. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, margine membranaceae, carina apicem verſus ſcabriuſculae, inaequales: maiori neruis tribus notata; minori neruo vnico diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acuta, margine membranacea, dorſo conuexa, ſuperne carinata, ſcabra, neruis quinque obſoletis percurſa, neruo intermedio infra apicis fiſſuram in ariſtam tenuiſſimam, flexuoſam, gluma ſua duplo triploue longiorem deſinente. Interior gluma exteriori paulo minor, apice plerumque indiuiſa, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

In locis ſiccioribus culmi humiliores, folia anguſtiora et panicula vix ſemipedalis. — Variat quoque foliis vtrinque et ad oras ſcaberrimis.

12. BROMVS *tectorum*, panicula apice nutante, ſpiculis compreſſis foliisque pubeſcentibus, floſculis demum remotiuſculis, ariſtis rectis glumam aequantibus.

Bromus tectorum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 434. (excl. ſyn. Raji, Pluk. et Moris.) *Hoſt. Gram.* 1. p. 13. *Koel. Gram.* p. 226. (excl. plur. ſynon.) *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 139. *Pollich. Palat.* n. 114. *Leers. Herborn.* n. 85. *Linn. Svec.* ed. 2. n. 98. — *Ehrh. Gram.*

Bromus grandiflorus. *Weig. Obſ.* p. 9. β.

Bromus hirſutus, panicula nutante, pauciflora, locuſtis quinquefloris, hirſutis, glumis acute lanceolatis. *Hall. Helv.* n. 1508.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 15. *Leers. l. c. t.* 10. *f.* 2.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 37.

Germ. Dach-Treſpe.

In tectis, muris, ruderatis, collibus, ad vias frequens. Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrofa. Culmi pedales circiter, erecti, aut bafi tantum procumbentes, teretes, ftriati, glabri, fuperne faepe pubefcentes, geniculis tribus vel quatuor. Folia linearia, acuminata, plana, vtrinque villo breui pubefcentia, ad oras bafin verfus, vt vaginae orificium, pilis longioribus ciliata. Vaginae teretes, ftriatae, pubefcentes; fuprema cum folio fuo nudiufcula vel faltem pilis rarioribus infperfa. Ligula breuis, obtufa, demum lacinulata. Panicula palmaris; primo erectiufcula, contracta, dein apice nutans et fecunda. Rachis vt rami, magis vel minus pubefcens, rarius nuda et fcabriufcula; inferne teretiufcula, ftriata; reliqua parte flexuofa, angulata. Rami plures, filiformes, teretiufculi, ramofi immixtis nonnullis fimplicibus. Spiculae lineares, acutae, nitidae, plus minus pubefcentes, rarius nudae, virides, aut e viridi et purpurafcente variae; primo fubteretes, dein compreffae flosculis remotiufculis. Flosculi quinque vel feptem: vltimo faepe imperfecto et fterili. Glumae calicinae lanceolatae, acutae, compreffae, vt corollina exterior margine membranaceae: altera maiori, trinerui, apice plerumque bifida; altera longe minori, acutiori, vnico neruo diftincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acuminata, compreffa, carina vix fcabra, feptemneruis, neruo intermedio fub apicis fiffura in ariftam, gluma fua vix longiorem, rectam definente; interior minor anguftiorque, apice fubbifida, ad flexurae angulos pilis tenuiffimis ciliata.

Synonyma *Raji*, *Plük*. et *Moris*. in *Spec. Plant.* fub hac fpecie citata, fecundum *Smithium* ad *Brom. madritenfem* amandanda funt.

13. BROMVS *fterilis*, panicula apice nutante, fpiculis fcabris lineari-lanceolatis dein flosculorum remotione compreffis et fuperne latioribus, ariftis rectis gluma longioribus, foliis pubefcentibus.

Bromus fterilis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 433. *Hoft. Gram.* 1. p. 13. *Koel. Gram.* p. 228. *Smith. in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 295. *Ejusd. Britan.* 1. *p.* 134. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 137. *Pollich. Palat.* n. 112. *Leers. Herborn.* n. 83. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Mart. Flor. Ruft. Ehrh. Gram.*

Bromus grandiflorus. *Weig. Obf.* p. 9. *α*.

Bromus panicula nutante, locustis septifloris, glumis argute lanceolatis, lineatis, subhirsutis. *Hall. Helv.* n. 1505.

Gramen auenaceum, panicula sparsa, locustis maioribus et aristatis. *Scheuchz. Agrost.* p. 258.

Festuca graminea annua sterilis, spicis dependentibus. *Moris. Hist.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1030. *Leers. l. c. t.* 11. *f.* 4.
Host. l. c. t. 16. *Scheuchz. l. c. t.* 5. *f.* 14.
Curt. l. c. fasc. 4. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 11.
Mart. l. c. t. 125.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 27.

Germ. Unfruchtbare Trespe.

Ad vias, in muris, tectis, agris; etiam in nemorosis et dumetis.

Annua. Flor. a Iunio ad Septembrem.

Radix fibrosa. Culmi pedales, sesquipedales, erecti, graciles, teretes, striati, glabri, vsque ad apicem fere vaginati, geniculis pluribus, glabris. Folia linearia, acuminata, plana, flaccida, mollia, pubescentia, ad oras, praecipue basin versus, pilis longioribus obsessa. Vaginae teretes, striatae, pubescentes, pilis magis minusue deflexis, superne rarioribus et minoribus. Ligula breuis, obtusa; iuuenilis integra, adultior in lacinias plures, inaequales fissa. Panicula semipedalis, laxa, apice plerumque nutans. Rachis striata: inferne semiteres, glabra; reliqua parte flexuosa, angulata et ad angulos scabra. Rami elongati, tenues, flexuosi, compresso-angulati, rarius ramosi; sub antheli patentes; florescentia peracta patentissimi. Spiculae nudae, scabrae, e viridi et purpurascente variae; primo, vt in praecedente et duobus sequentibus, teretiusculae, flosculorum dein remotione compressae et superne sensim latiores. Flosculi . ad 9: vno alteroue terminali plerumque sterili. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, compressae, margine membranaceae, carina scabrae, valde inaequales: maiori neruis tribus, minori neruo vnico notata. Gluma corollina exterior lanceolata, acuminata, compresso-angulata, margine membranacea, neruis septem scabris, per dorsi medium longitudinaliter decurrentibus distincta, ceterum glabra

aut pilis breuibus appreſſis inſperſa, infra apicem bifidum ariſtata, ariſta gluma ſua longiori, recta, ſuperne plerumque purpuraſcente. Interior gluma minor anguſtiorque, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Nemora et dumeta inhabitanti gramini culmi altiores, panicula maior, rami plures ramoſi, ſpiculae virides et e pluribus floſculis conſtantes.

14. BROMVS *madritenſis*, panicula erecta, ſpiculis ſcabris lineari-lanceolatis dein floſculorum remotione compreſſis et ſuperne latioribus, floſculis bi-triandris, ariſtis rectis gluma breuioribus, foliis nudiuſculis.

Bromus madritenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 437. *Hoſt. Gram.* 1. p. 14. *Vahl. Symbol.* 2. p. 23. *Linn. Amoen. Acad.* 4. p. 265.

Bromus diandrus. *Curt. Lond.* — *Smith in Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 296. *Ejusd. Britan.* 1. p. 135. — *Engl. Bot.*

Bromus gynandrus. *Roth in Roem. et Vſter. Diar. Botan.* faſc. 10. p. 20. *Ejusd. Catal.* 1. 15.

Feſtuca madritenſis. *Desfont. Atlant.* 1. p. 91.

Gramen bromoides, pumilum, locuſtis erectis, maioribus, ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 260.

Bromus ſterilis, erecta panicula maior. *Barrel. Ic.*

Gramen ſ. Feſtuca auenacea ſterilis, ſpicis erectis. *Pluk. Alm.* p. 174.

Feſtuca auenacea ſterilis, pediculis breuioribus et ſpicis erectis. *Moris. Hiſt.* 3. p. 212. n. 13. et

Feſtuca graminea annua ſpicis erectis. *Ejusd.* (fide Smithii).

Ic. *Engl. Bot. t.* 1006. *Barrel. l. c. t.* 76. *f.* 1.
Hoſt. l. c. t. 17. *Pluk. Phyt. t.* 299. *f.* 2. mala.
Curt. l. c. ſaſc. 70. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 13.

Germ. Madritiſche Treſpe.

In Litorali ad vias, vineas, in muris vetuſtis (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio.

Radix fibroſa. Culmi pedales, quandoque paulo altiores, erecti aut baſi procumbentes, teretes, ſtriati, glabri. Folia praecedentis, ſed minus pubeſcentia, ſubinde fere glabra. Vaginae teretes, ſtriatae, pariter pubeſcentes, pilis ſuperne paucioribus et breuioribus;

ſaepius glabriuſculae. Ligula breuis, obtuſa; iuuenilis integra; adultior lacinulata. Panicula bi-triuncialis, faſtigiata, ſemper erecta; primo contracta, dein patens. Rachis ſtriata: ima parte teretiuſcula, glabra; reliqua parte, vt rami, angulata et ſcabra. Rami plures, tenues, apice incraſſati, plerumque ſimplices, ſpiculis breuiores. Spiculae lineari-lanceolatae, acutae, nitidae, ſcabrae, virides vel e viridi et purpuraſcente variae; primo ſubteretes, dein compreſſae ſloſculis remotis. Floſculi quinque, rarius plures; in aliis diandri, triandri in aliis. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, compreſſae, margine membranaceae, carina ſaepius ſcabrae, inaequales: maiori neruis tribus; minori acutiori, vnico tantum neruo diſtincta. Gluma corollina exterior lanceolata, acuminata, ſubcompreſſa, margine membranacea, ſeptemneruis, ad neruos ſcabra, apice bifida. Ariſta infra apicem prouenit gluma longior, tenuiſſima, recta, ſuperiori parte plerumque purpuraſcens. Interior gluma exteriori longe minor anguſtiorque, apice ſaepius bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

In ſolo ſteriliori culmi humiliores, vix ſemipedales, panicula pauciflora et rami breuiores.

15. BROMVS *rigidus*, panicula erecta, ſpiculis ſcabris lanceolatis dein floſculorum remotione compreſſis et ſuperne latioribus, floſculis diandris, ariſtis rectis gluma longioribus, foliis pubeſcentibus.

Bromus rigidus. *Roth. in Roem. et Vſter. Diar. Botan.* faſc. 10. p. 21. *Ejusd. Catal.* 1. p. 17. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 437.

Bromus rubens. *Hoſt. Gram.* 1. p. 15.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 18.

Germ. Steife Treſpe.

In Litorali ad vias, in vineis, alibique haud infrequens (*Hoſt*, *Wulfen*).

Annua. Flor. Maio.

Praecedenti nimis affinis, diuerſus tamen panicula minori, ſemper contracta; ramis ſimpliciſſimis, breuioribus; ſpiculis lineari-lanceolatis, tumidiuſculis, floreſcentia peracta ex toto rubeſcentibus; floſculis

diandris, vix vnquam triandris; glumis, imprimis calicina ac corollina exteriori, longe maioribus et duplo vel triplo latioribus; ariſtis gluma ſua longioribus nec non villo molli, quo rachis ramique (in *madritenſi* ſemper nudi et ſcabri) ac reliquae plantae partes, pro ſoli et aetatis diuerſitate, magis vel minus conſperſi reperiuntur. — Etiam culta planta praeter magnitudinem characteres immutatos conſeruat.

Variat ſpiculis nudis et pubeſcentibus.

Bromus rubens CAVANILL. *Ic.* 1. p. 34. t. 45. f. 2., a Cl. *Hostio* allatus, dubia mihi planta videtur. *Bromus rubens* LINN. noſtro *rigido* omnino affinis, ſed diuerſus.

Bromum ſiluaticum, *pinnatum* et *diſtachium* ad Feſtucam, quacum omnibus characteribus conueniunt, retuli.

63. AVENA Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 122. Iuſſ. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 108.

Cal. biualuis, multiflorus. *Cor* biualuis, valuulis lanceolatis: exteriori dorſo ariſtata. *Sem.* corolla plerumque corticatum.

†. *Paniculatae.*

1. AVENA *ſtrigoſa*, panicula ſecunda, ſpiculis ſubtrifloris, floſculis calicem aequantibus triariſtatis: ariſta dorſali longiſſima geniculata, reliquis duabus terminalibus breuibus rectis, radice fibroſa annua.

Auena ſtrigoſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 446. *Smith. Britan.* 3. p. 1399. *Hoſt. Gram.* 2. p. 41. *Koel. Gram.* p. 285. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 107. *Retz. Obſ.* 1. p. 11. *Schreb. Spic.* p. 52. — *Engl. Bot.* *Ehrh. Gram.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 1266. *Hoſt. l. c. t.* 56.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 38.

Germ. Rauchhafer, Purhafer, Sandhafer.

Inter ſegetes, ad ſepes, vias, in ſiluaticis Circ. auſtriaci (*Hoſt*), Princip. Baruthini (*Delavigne*), Com. Wert-

hemensis (*Wibel*), Wetteraviae (*G. M. S.*), Hassiae (*Moench*), Com. Pyrmontani (*Flügge*), Hercyniae pr. Ilfeldt (*Sr.*) — prope Hannoveram (*Ehrhart*) — Duc. Bremensis (*Roth*) — prope Hamburgum (*Hayne*, *Bueck*) — Duc. Megapolitani (*Timm*), Saxoniae prope Barby (*Scholler*), Wittebergam (*Schkuhr*), Lipsiam (*Schreber*), Lusatiae (*Oettel*), Silesiae (*Mattuschka*).

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrosa. Culmi plures, bi-tripedales, erecti, vel ad vnum alterumue geniculum infracti, teretes, striati, glabri. Folia lineari-lanceolata, acuminata, plana, plus minus scabra, subinde, vt vaginae et reliquae plantae partes, glaucescentia. Vaginae teretes, striatae, glabrae, ad vaginae exortum plerumque pilis longis inspersae. Ligula breuis, obtusa, serrulata, demum fissa. Panicula secunda, erecta aut apice tantum cernua; sub anthesi horizontaliter patens; in spicam contracta ante et post anthesin. Rachis subflexuosa; inferne teretiuscula, striata, glabra; superne angulata, scabra. Rami plures, filiformes, angulati, scabri, simplices et in ramulos diuisi. Spiculae lanceolatae, teretiusculae, bi-rarius triflorae, directione variae; flosculis dein parum remotis, subcompressis, calicem aequantibus. Glumae lanceolatae. Calicinae acuminatae, subcompressae, neruosae, neruis 5-7, superiori carinae parte scabrae, inaequales: inferiori paulo minori. Gluma corollina exterior neruis 6 vel 7 distincta, superne scabra, apice bifida, laciniis in aristam breuem, rectam attenuatis; e medio dorso emittens aristam duplo longiorem, primo rectam, dein geniculato-retrofractam. Gluma interior minor, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Axis sub flosculis pilis paucis, breuissimis obsessus.

2. AVENA *breuis*, panicula secunda, spiculis breuibus subbifloris, flosculis calicem aequantibus obtusis apice bidentatis, arista dorsali geniculata, radice fibrosa annua.

Auena breuis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 445. *Host. Gram.* 3. p. 29. *Koel. Gram.* p. 293. *Roth. Abhandl.* p. 42. *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 1. p. 108.

Ic. *Host. l. c.* t. 42.

Germ. Kurzer Hafer.

Inter ſegetes Circul. Auſtriaci (*Hoſt*), et in ſimilibus locis, imprimis ſolo arenoſo, in Duc. Bremenſi (*Roth*).

Annua. Flor. Iulio.

Radix fibroſa, vnicum aut plures culmos ſuſtinens. Culmi erecti, teretes, ſtriati, glabri; alii bipedales, alii tripedales, aliqui altiores. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae, ad ligulae exortum plerumque pilis ſparſis obſeſſae. Ligula breuis, truncata, crenulata. Panicula erecta, ſecunda; primo contracta, dein patula. Rachis ſubflexuoſa; inferiori parte ſubteres, ſtriata, glabra; ſuperne angulata ac ſcabriuſcula. Rami plures, filiformes, angulati, ſcabri, ramoſi: ſuperiores ſenſim breuiores et minus diuiſi. Spiculae ouato-lanceolatae, teretiuſculae, bi- rarius triflorae; flosculis omnibus ariſtatis, ſubcompreſſis, calicem aequantibus. Glumae ouato-lanceolatae. Calicinae acutae, ſubcompreſſae, neruis 7 ad 9 diſtinctae, apicem verſus compreſſae et ſcabriuſculae: inferiori paulo minori. Corollinae obtuſae; exterior neruis ſeptem notata, ſuperiore parte ſcabra et plerumque pilis longis inſperſa, apice biſida aut bidentata, ſupra dorſi medium ariſtam exſerens triplo fere longiorem, dein geniculato-retrofractam. Gluma interior paulo minor, emarginata, ad flexurae angulos ciliata. Axis ſub flosculis ſuperioribus pilis breuibus veſtitus.

Variat colore glauceſcente.

3. AVENA *ſterilis*, panicula ſecunda, ſpiculis ſubquinquefloris, flosculis calice minoribus: inferioribus ariſtatis et piloſis, ſuperioribus muticis glabrisque, radice fibroſa annua.

Auena ſterilis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 449. *Hoſt. Gram.* 2. p. 42. — *Iacq. Ic. Rar.* 1.
Auena macrocarpa. *Moench. Method.* p. 196.
Aegilops mauritanica, ariſtis longioribus binis. *Pet. Gaz.*
Ic. *Hoſt. l. c. t.* 57. *Pet. l. c. t.* 38. *f.* 7.
Jacq. l. c. t. 23.

Germ. Tauber Hafer.

In Iſtriae maritimis inter ſegetes (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrofa. Culmi bi- aut tripedales, erecti, teretes, ftriati, ad genicula plerumque pilis fparfis obfeffi, ceterum glabri. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, fcabra. Vaginae teretes, ftriatae, inferne pilofae, reliqua parte glabrae. Ligula breuis, obtufa. Panicula fecunda, erecta aut apice tantum nutans; fub anthefi patens, contracta ante et poft anthefin. Rachis fubflexuofa; inter ramos inferiores teretiuscula, ftriata, glabra; inter reliquos angulata, fcabra. Rami fimplices, filiformes, angulati, fcabri: inferiores binati aut ternati: infimo bafi pilofo; fuperiores folitarii. Spiculae quam in congeneribus maiores, lanceolatae, nutantes, teretiufculae, e flofculis a quatuor ad quinque conftantes. Flosculi dein remotiufculi, fubcompreffi, calice paulo minores. Glumae lanceolatae, acuminatae. Calicinae fubaequales, neruis 7 ad 9 diftinctae, apicem verfus compreffae et carina fcabrae. Corollina gluma exterior apice bifida et neruis fcabris notata; in flosculis duobus inferioribus a bafi verfus medium villis longis obfeffa, dorfo ariftata, arifta longiffima, tortili, geniculata; in reliquis flosculis glabra, mutica, minus bifida et paucioribus neruis diftincta. Gluma interior duplo minor, apice bifida, margine vtrinque inflexa et ad flexurae angulos ciliata.

4. AVENA *orientalis*, panicula fecunda contracta, fpiculis bifloris calice minoribus: altero mutico, radice fibrofa annua.

Auena orientalis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 446. *Hoft. Gram.* 3. p. 31. *Schreb. Spic.* p. 52.

Auena panicula heteromalla, calyce flore maiori, locuftis bifloris, gluma maiori cartilaginea. *Hall. in Nov. Comm. Gott.* 6. p. 18.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 44. *Hall. l. c. t.* 4. *f.* 33. 34.

Germ. Türkifcher Hafer.

Inter fegetes et ad vias Circ. Auftriaci (*Hoft*) et in Wetteravia (*Borckhaufen*).

Annua. Flor. Iulio.

Radix fibrofa. Culmi tri-quadripedales, erecti, teretes, ftriati, glabri. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, fcabra, laxa. Vaginae teretes, ftriatae, glabrae.

Ligula breuis, obtuſa; primo integra, dein lacinulata. Panicula ſecunda, contracta, erecta tota vel apice nutans. Rachis ſtriata; inferne ſemiteres vel teretiuſcula, glabra et magis vel minus flexuoſa; ſuperne compreſſo-angulata atque ſcabra. Rami plures, ramuloſi, ſubcompreſſi, baſi laeuiuſculi, reliqua parte, vt ramuli, ſcabri. Spiculae lanceolatae, teretiuſculae, biflorae; primo erectae, dein horizontaliter patentes, demum pendulae. Floſculi matureſcentes remotiuſculi, ex tereti compreſſi, calice minores. Glumae lanceolatae. Calicinae ſubaequales, acuminatae, apicem verſus compreſſae, 9-11 neruis notatae, glabrae. Floſculi inferioris gluma corollina exterior acutiuſcula, apice inaequaliter bitrifida, dorſo conuexa, ſcabra, ſeptemneruis, neruo intermedio ſupra medium in ariſtam gluma ſua longiorem, rectam aut parum flexuoſam deſinente; interior minor, magis oblonga, apice bifida, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Floſculus ſuperior in omnibus minor, muticus et ſaepe baſi amplectens pedicellum, tertii floſculi rudimentum conſtituens. Axis glaber.

In ſolo minus fertili floſculus ſuperior quandoque abortit.

5. AVENA *nuda*, panicula aequali, ſpiculis ſubtrifloris calicem excedentibus, floſculis baſi nudis, radice fibroſa annua.

Auena nuda. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 447. *Hoſt. Gram.* 3. p. 30.

Auena calyce flore minori, locuſtis glabris bifloris, ariſtatis, gluma minori bifida. *Hall. in Nov. Comm. Gott.* 6. p. 19.

Auena nuda. *Lob. Ic.* 1. p. 32. *Tabern. Kräuterb.* p. 642. c. ic. *C. Bauh. Theatr.* p. 471. c. ic. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 433. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 43.
Hall. l. c. t. 24. *f.* 34-36.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 7. *f.* 4.
I. Bauh. l. c. mala.
C. Bauh. l. c.
Tabern. l. c.
Lob. l. c.

Germ. Nackter Hafer.

Inter ſegetes Circ. Auſtriaci (*Hoſt*).

Annua. Flor. Iulio.

Radix e fibris pluribus, tenacibus compoſita. Culmi bipedales circiter, erecti, teretes, ſtriati, glabri. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, in lacinulas plures inaequales diuiſa. Panicula aequalis, patentiuſcula, erecta; poſt antheſin contracta et magis vel minus cernua. Rachis ſtriata, imprimis ante antheſin valde flexuoſa; inferne ſemiteres, glabra; ſuperne, aeque ac rami, compreſſo-angulata atque ſcabra. Rami filiformes: inferiores plures, ramoſi immixtis nonnullis ſimplicibus; reliquis omnibus indiuiſis et minoribus. Spiculae lineari-lanceolatae, teretiuſculae, dein floſculorum remotione compresſae: florentes patentes; fructiferae nutantes vel pendulae. Floſculi plerumque tres, calicem excedentes: vltimo ſ. terminali ſaepe ſterili. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, parum inaequales, ſuperne compreſſae, neruis ſeptem ſcabris vel ſcabriuſculis notatae. Corolla membranacea, nec, vt in plurimis congeneribus, tenacioris ſubſtantiae. Gluma exterior calici conformis, dorſo conuexiuſcula, ſuperiori parte compreſſa, apice bifida, ſeptemneruis, neruo intermedio paulo infra fiſſuram in ariſtam deſinente gluma vix longiorem, primo rectam, dein geniculatam et tortilem; tota ſuperficie glabra aut ſecundum neruos tantum ſcabra. Gluma interior multo minor, magis oblonga, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. Floſculus terminalis reliquis minor, muticus et neruis paucioribus diſtinctus. Axis glaber. Semen in hac corolla tectum, nec corticatum.

Hallero obſeruante ſpiculae quandoque bi- et quadriflorae obſeruantur.

6. AVENA *fatua*, panicula aequali, ſpiculis ſubtrifloris, floſculis calice minoribus baſique piloſis, radice fibroſa annua.

Auena fatua. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 447. *Hoſt. Gram.* 2. p. 42. *Koel. Gram.* p. 286. *Smith. Britan.* 1. p. 139. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 104. *Pollich. Palat.* n. 123. *Leers. Herborn.* n. 90. *Schreb. Gram.* 1. p. 109. — *Mart. Fl. Ruſt.* *Ehrh. Gram.*

Auena triantha, locuftis patulis, folliculis villofis. *Hall. Helv.* n. 1495.

Gramen auenaceum vtriculis lanugine flauefcentibus. *Scheuchz. Agroft.* p. 239.

Auena erratica pilofa, ariftis intortis. *Moris. Hift.* 3.

Aegilops quibusdam ariftis recuruis, f. auena pilofa. *I. Bauh. Hift.* 2. p. 433. c. ic.

Aegilops. *Dodon. Cereal.* p. 173.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 58.
Schreb. l. c. t. 15.
Mart. l. c. t. 81.
Leers. l. c. t. 9. *f.* 4.
Scheuchz. l. c. t. 5. *f.* 1.
Moris. l. c. fect. 8. *t.* 7. *f.* 5.
I. Bauh. l. c.
Dodon. l. c. c. ic.

Exf. *Ehrh. l. c.* n. 28.

Germ. Wilder Hafer.
Inter fegetes, ad vias.
Annua. Flor. aeftate.

Radix fibrofa, plures culmos variae altitudinis proferens. Culmi .-.pedales, teretes, ftriati, glabri; erecti toti, aut geniculis inferioribus declinati. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, fcabra, quandoque pilis fparfis obfeffa. Vaginae teretes, ftriatae, glabrae; ligula breui, obtufa, denticulata, dein fiffa. Panicula aequalis; florens diffufa et erecta, fructifera fecunda atque plerumque cernua. Rachis inferiori parte teretiufcula, ftriata, glabra; fuperiori parte fubflexuofa, angulata, fcabra. Rami plures, filiformes, angulati, fcabriufculi, magis vel minus diuifi. Spiculae lanceolatae, teretiufculae, nutantes, fubtriflorae; flosculis demum remotiufculis, fubcompreffis, ariftatis. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, flosculis paulo longiores, fubaequales, neruis 7-9 diftinctae, dorfo conuexiufculae, apice compreffae et carina fcabrae. Corollina gluma exterior calici conformis, apice bifida, neruis 5-7 fcabris notata, e dorfo medium verfus exferens ariftam gluma ipfa duplo longiorem, tortilem, geniculatam; infra medium pilofa, pilis in flosculis fuperioribus rarioribus. Gluma interior minor, magis oblonga, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. Axis pilofus.

Variat fubinde vaginis inferioribus pubefcentibus.

7. **AVENA** *tenuis*, panicula aequali, ſpiculis ſubtrifloris, floſculis calicem excedentibus: inferiori apice vniariſtato, reliquis apice ariſtis duabus breuibus et vnica dorſali geniculata inſtructis, radice fibroſa annua.

Auena tenuis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 448. *Hoſt. Gram.* 2. p. 40. *Moench. Method.* p. 195.

Auena dubia. *Wib. Werthem.* p. 121. *Flor. Wetter.* n. 158. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 108. *Moench. Enum.* n. 96. *Leers. Herborn.* n. 89.

Ventenata bromoides et auenacea. *Koel. Gram.* p. 273 et 274.

Holcus biariſtatus. *Web. Holſ.* n. 776.

Bromus triflorus. *Pollich. Palat.* n. 119.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 55. *Moench. Enum. l. c. t.* 2. *Leers. l. c. t.* 9. *f.* 5.

Germ. Zarter Hafer.

In collibus montanis, apricis, arvis ſterilibus aliisque locis ſiccis Moraviae, Auſtriae (*Hoſt*), Com. Werthemenſis (*Wibel*), Palatinatus (*Pollich*, *Koch*), Wetteraviae (*G.M.S.*), Naſſoviae (*Leers*), Haſſiae (*Moench*), Holſatiae (*Weber*).

Annua. Flor. Iunio.

Radix fibroſa. Culmi pedales, ſeſquipedales, erecti toti aut geniculis inferioribus procumbentes, plerumque ſimplices, tenues, teretes, ſtriati, ſcabri. Folia linearia, acuminata, plana, ſiccata conuoluta, margine et ſuperiori carinae parte ſcabra, quandoque tenuiſſime pubeſcentia. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula elongata, acutiuſcula, dein bifida vel lacinulata. Panicula aequalis, erecta aut apice cernua; ante antheſin contracta, poſt antheſin patens; rachi ramisque angulatis, ſcabris. Rami binati aut ternati, filiformes, longi, flexuoſi, in ramulos diuiſi: ſuperiores ſolitarii, breuiores, ſimplices et ſubdiuiſi. Spiculae lanceolatae, teretiuſculae, apicem verſus alternatim ramis appreſſae, ſubſeſſiles. Calix bi-triflorus, glumis lanceolatis, acuminatis, ad neruos ſcabris, inaequalibus: inferiori minori, neruis ſeptem; ſuperiori maiori neruis nouem diſtincta. Floſculi demum remotiuſculi, ſubcompreſſi, calicem excedentes: inferiori, vt in congeneribus, ſeſſili, reliquis

pedicellatis. Corollina gluma exterior lanceolata, ſcabra, neruis quinque notata, margine, vt glumae calicinae, albo-membranacea; in flosculo inferiori apice attenuata in ariſtam vnicam, rectam, corolla vix longiorem; in flosculis ſuperioribus paulo ſupra dorſi medium ariſtam geniculatam, tortilem, valuula ſua duplo fere longiorem emittens, atque apice inſuper terminata ariſtis duabus, breuibus, rectis. Interior duplo minor, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Axis ſub flosculis ſuperioribus pedicellatis piloſus.

Variat culmis humilioribus nec non vaginis, praeſertim inferioribus, leui purpura ſuffuſis.

Eſt vera huius generis ſpecies, nec a congeneribus disiungenda, cum ariſtarum numerus et inſertio in diuerſis diuerſus reperitur. *Ventenata bromoides*, excluſis tamen ſynonymis Linn. Schrank. aliorumque, omnino etiam huc pertinet, cum Cl. Koelerus ſub hoc nomine *Bromum triflorum* Pollich. deſcribat, qui, ſecundum ſpecimina ab amiciſſimo *Kochio* mecum communicata, isdem eſt cum *Auena tenui* *Moenchii*.

8. AVENA *ſemperuirens*, panicula aequali, ſpiculis ſubquadrifloris, flosculis calicem excedentibus baſique piloſis, foliis rigidis, radice fibroſa perenni.

Auena ſemperuirens. *Villars. Delph.* 2. p. 140. *Hoſt. Gram.* 3. p. 28.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 41. *Villars. l. c. t.* 5.

Germ. Immergrüner Hafer.

In ſaxoſis, rupeſtribus alpium Auſtriacarum; copioſe in ſic dictis *Breineralpen* (*Hoſt*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix ceſpitoſa. Culmi ſeſquipedales, bipedales, geniculis inferioribus procumbentibus, ceterum erecti, teretes, ſtriati, ſcabriuſculi. Folia linearia, acuminata, rigida, ſaepe glauceſcentia, ad oras tantum ſcabra, facie imprimis ſtriata, primo inuoluta, dein planiuſcula margine tamen magis vel minus inuo-

luto: fafciculorum longiffima anguftioraque. Vaginae teretes, ftriatae, glabrae. Ligula fecundum *Hostium* oblonga, in meis fpeciminibus breuiffima et truncata. Panicula aequalis, erectiufcula aut apice nutans; contracta ante et poft anthefin. Rachis flexuofa, ftriata; inferne femiteres, glabra; fuperne angulata, fcabriuscula. Rami filiformes, compreffo-angulati, hifpiduli: inferiores binati et ternati, fubdiuifi et fimplices; fuperiores folitarii, fimplices et breuiores. Spiculae oblongae, fubcompreffae, tri- rarius quadriflorae, nitidae, ex flauo, purpurafcente et viridi variae. Flosculi ad bafin pilis ftipati. Glumae calicinae flosculis paulo breuiores, oblongo-lanceolatae, acutae, compreffae, carina fcabrae, inaequales: minori neruo vnico; maiori neruis tribus diftincta. Gluma corollina exterior glumae calicinae maiori conformis, fubcompreffa, apice bifida, fcabra, margine obfolete ciliata, feptemneruis, neruo intermedio fupra dorfi medium in ariftam gluma fua paulo longiorem, primo rectam, dein geniculatam et infra geniculum tortilem, excurrente. Interior gluma minor, oblonga, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Flosculus terminalis plerumque imperfectus, multo minor, bafi faepe amplectens pedicellum capitellatum, flosculi quarti rudimentum conftituentem. Axis pilofus.

In fpeciminibus ab amiciffimo *Flüggio* in Pyrenaeis lectis culmos glabros obferuo.

9. AVENA *flauefcens*, panicula aequali, fpiculis fubtrifloris, flosculis calicem excedentibus, gluma corollina exteriori quinquenerui, radice fubrepente.

Auena flauefcens. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 449. *Hoft. Gram.* 3. p. 26. *Koel. Gram.* p. 282. *Smith. Britan.* 1. p. 142. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 106. *Pollich. Palat.* n. 124. *Schreb. Gram.* 1. p. 76.

α. Spiculis minoribus.

Auena flauefcens. *Roth.* l. c. β.

Auena flauefcens. *Engl. Bot.* *Curt. Lond.* *Leers. Herborn.* n. 93. — *Ehrh. Gram.*

Auena triantha, locuftis teretibus, calycina gluma altera minima, petiolo villofo. *Hall. Helv.* n. 1497.

Gramen auenaceum pratenſe elatius, panicula flaueſcente, locuſtis paruis. *Raj. Syn.* p. 407. *Scheuchz. Agroſt.* p. 223.

Gramen auenaceum, ſpica ſparſa flaueſcente, locuſtis paruis. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 38. *Engl. Bot. t.* 952. *Curt. l. c. faſc.* 35. *Leers. l. c. t.* 10. *f.* 5. *Schreb. l. c. t.* 9. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 42. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 18.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 56.

β. Spiculis maioribus.

Auena flaueſcens. *Roth.* l. c. α. *Schreb.* l. c. β.

Gramen auenaceum, pratenſe, elatius, panicula denſa flaveſcente, locuſtis maioribus, villoſum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 225.

Ic. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 19.

Germ. Gelblicher Hafer, Goldhafer.

In pratis, paſcuis aliisque locis graminoſis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio et altera vice Septembri.

Radix fibroſa, pro vario ſolo magis vel minus repens. Culmi ſeſquipedales, in β. bipedales et altiores, teretes, ſtriati, ſub geniculis ſaepe villoſi, reliqua parte glabri, plerumque ſimplices, erecti aut geniculis inferioribus tantum declinati. Folia linearia, acuta, plana, margine ſcabra, nunc facie, nunc dorſo et facie pilis breuibus mollibus inſperſa. Vaginae teretes, ſtriatae: inferiorum praecipue pubeſcentes. Ligula breuiſſima, truncata, ciliata. Panicula aequalis, erecta, aut cernua; ſub antheſi horizontaliter patens; in ſpicam contracta ante et poſt antheſin. Rachis ſtriata, glabra vel ſcabriuſcula; inter ramos inferiores ſemiteres; inter ramos ſuperiores ſubflexuoſa, angulata. Rami ramuloſi, capillacei, flexuoſi, angulati, ſcabri: inferiores plures; ſuperiores pauciores ac breuiores. Spiculae paruae, oblongae, lanceolatae, compreſſae, nitidae, bi-triflorae, in β. quadriflorae; ex viridi flauae, quandoque ex viridi, aureo et purpuraſcente eleganter variae. Floſculi demum remoti, compreſſi, calicem excedentes, baſi pilis breuiſſimis ſtipati. Glumae calicinae lan-

ceolatae, acuminatae, compreſſae, carinatae et carina apicem verſus ſcabrae, inaequales: ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta; inferiori duplo minori, neruo vnico notata. Gluma corollina exterior lanceolata, acuta, compreſſa, apice bifida, laciniis acuminatis ariſtaeformibus, dorſo ſcabra, ſubinde pilis breuibus inſperſa, quinqueneruis, neruo intermedio ſupra dorſi medium in ariſtam gluma ſua duplo longiorem, primo rectam, dein geniculatam excurrente. Corollina interior vix minor, ſed anguſtior, apice parum bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos obſolete ciliata. Axis pilis breuibus obſeſſus.

Flores quandoque viuipari. Variat etiam culmis baſi ramoſis.

10. AVENA *alpeſtris*, panicula aequali, ſpiculis tri-quadrifloris, floſculis calicem excedentibus, gluma corollina exteriori quinquenerui, radice fibroſa perenni.

Auena alpeſtris. *Hoſt. Gram.* 3. p. 27.

Auena ſeſquitertia. *Hoſt. Syn.* p. 60.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 39.

Germ. Alpen-Hafer.

In alpibus Circ. Auſtriaci (*Hoſt*).

Perennis. Flor. a Iulio ad Septembrem.

Radix fibroſa, plures culmos foliorumque faſciculos, in denſum ceſpitem vnitos, ſuſtinens. Culmi a triunciali ad ſemipedalem altitudinem adſcendentes, tenues, erecti, teretes, ſtriati, pilis breuiſſimis, ſparſis obſeſſi, adultiori aetate plerumque nudi. Folia linearia, acuta, vtrinque pube breui veſtita, margine pilis longioribus ciliata; primo carinata, dein plana. Vaginae teretes, ſtriatae, pubeſcentes. Ligula breviſſima, truncata, denticulata. Panicula fere praecedentis, at minus patens. Rachis magis flexuoſa et plerumque ſcabriuſcula. Spiculae plerumque tri-quadriflorae et ex purpuraſcente, flauo et viridi variae, in reliquis *A. flaueſcentis* ſpiculis ſimiles. Glumae calicinae minus inaequales. Differt quoque gluma corollina exteriori apice in duos vel quatuor breues dentes diuiſa.

11. AVENA *breuifolia*, panicula aequali, ſpiculis bifloris, flosculis calice minoribus, gluma corollina exteriori quinquenerui, radice repente.

Auena breuifolia. *Hoſt. Gram.* 3. p. 28.
Ic. *Hoſt. l. c. t.* 40.

Germ. Kurzblättriger Hafer.

In Tyrolis alpibus leontinis (*Andr. Ortner*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens, gracilis. Culmi ſemipedales circiter, tenues, teretes, obſolete ſtriati, in paniculae vicinia tantum ſcabriuſculi, plerumque inferiori parte procumbentes, et ex geniculis terrae appreſſis radices atque ramos agentes. Folia breuia, linearia, acuta, duriuſcula, pube breuiſſima obſeſſa, ad oras ſcabra, apice calloſa et compreſſa: iuniora carinata; adultiora magis plana. Vaginae teretes, glabrae. Ligula breuiſſima, truncata. Panicula aequalis, erecta, pauciflora; ſub antheſi patens, contracta ante et poſt antheſin. Rachis gracilis, valde flexuoſa, inferne teretiuſcula, ſuperne angulata et parum ſcabra. Rami graciles, angulati, ſcabriuſculi: inferiores binati, rarius ternati, ſubdiuiſi et ſimplices; ſuperiores ſolitarii, breuiores, indiuiſi. Spiculae fere praecedentis, at biflorae et plerumque ex albo, flaueſcente et viridi variae. Flosculi calice minores, pilis pluribus, inaequilongis, glumam corollinam interiorem aequantibus ſtipati. Glumae calicinae lanceolatae, acuminatae, compreſſae, carina ſcabrae, trinerues, inaequales. Gluma corollina exterior lanceolata, compreſſa, apice bifida, ad oras obſolete ciliata, ſcabra, quinqueneruis, neruo intermedio ſupra dorſi medium in ariſtam deſinente gluma ſua duplo longiorem; interior minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

12. AVENA *diſtichophylla*, panicula aequali, ſpiculis ſubtrifloris, flosculis calicem ſubaequantibus, gluma corollina exteriori vninerui, foliis diſtichis, radice repente.

Auena diſtichophylla. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 452. *Hoſt. Gram.* 2. p. 39. *Villars. Delph.* 2. p. 144.

Auena disticha. *Lamarck. Encyclop.* 1. p. 330.

Auena diantha, foliis planis patulis, petiolis floralibus villosis. *Hall. Helv.* n. 1489. *Ejusd. App. ad Scheuchz.* 2. p. 57. n. 59.

Ic. *Host. l. c. t.* 53. *Villars. l. c. t.* 4. *f.* 4.

Germ. Fächerblättriger Hafer.

In alpinis, subalpinis Carnioliae, Carinthiae et Tyrolis (*Host*).

Perennis. Flor. Iulio.

Radix repens. Culmi et foliorum fasciculi plures in cespitem coniuncti, pedales, sesquipedales altioresue, tenues, simplices vel ramosi, geniculis inferioribus plerumque procumbentes, dein erecti, tenues, teretes, striati, glabri, subinde ad genicula tenuissime villosi. Folia disticha, patentia, linearia, acuta, margine et superiori carinae parte scabra, saepius glaucescentia. Vaginae teretes, striatae, glabrae. Ligula breuissima, truncata, ciliata. Panicula aequalis, erecta, pauciflora; sub anthesi patens, contracta ante et post anthesin. Rachis subflexuosa, angulata; inferne glabriuscula, superne magis scabra. Rami breues, flexuosi, scabri, magis vel minus diuisi; inferiores bini vel terni; superiores solitarii. Spiculae ac in tribus praecedentibus; bi-triflorae, ex viridi flauae, vel ex viridi, flauo et purpurascente variae. Flosculi demum remoti, compressi, calicem vix excedentes. Glumae calicinae lanceolatae, compressae, carinatae, carina apicem versus scabriusculae: inferiori minori, neruo vnico; superiori maiori, neruis tribus distincta. Corollina exterior neruo vnico scabro notata, apice, vt in *flauescente*, bifida, sed laciniae breuiores, et paulo infra fissuram aristam exserens duplo fere longiorem, tenuem, primo rectam, dein geniculatam; interior vix minor, sed angustior apice parum bifida, ad flexurae angulos fere glabra. Axis pilosus, pilis longis, albis, sericeis.

Variat foliis vaginisque plus minus pubescentibus.

13. AVENA *planiculmis*, panicula aequali, spiculis subquinquefloris, flosculis calicem excedentibus, culmis vaginisque compressis, radice repente.

Ic. *Nostr. t.* 6. *f.* 2.

Germ. Platthalmiger Hafer.

In humidis montis Schneeberg in Comit. Glazenſi Sileſiae (*Seliger*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix repens. Culmi bi-tripedales, erecti, compreſſi, profunde ſtriati, vltra medium foliorum vaginis tecti; vel tota ſuperficie glabri, aut in paniculae vicinia tantum ſcabri. Folia latiuſcula, plana, mucronulata, margine et ſuperiori carinae parte ſcabra: culmea ſuperiora ſenſim breuiora, obtuſiora, carinata. Vaginae compreſſae, laxae, profunde ſtriatae, ſcabrae. Ligula acuta, demum lacinulata; in vaginis culmeis longior et acutior. Panicula aequalis, erecta, dein apice plerumque cernua. Rachis ſubflexuoſa; inferne ſemiteres, ſtriata, glabra; ſuperiori parte, aeque ac rami, ad angulos ſcabra. Rami quaterni vel quini, breues, capillacei; vnus vel alter ex inferioribus ſubdiuiſus, reliqui ſimplices et vnicam ſpiculam ferentes; omnes ſub antheſi horizontaliter patentes, rachi appreſſi ante et poſt antheſin. Spiculae lanceolatae, teretiuſculae, dein compreſſae, nitidae, flosculos a quatuor ad quinque continentes. Flosculi ſubcompreſſi, calicem excedentes: terminali ſemper imperfecto. Glumae lanceolatae, tenuiſſimae, diaphanae, ex viridi et flaueſcente, vel ex dilute viridi, flaueſcente ac purpuraſcente variae. Calicinae acuminatae, compreſſae, carina ſcabrae, trinerves: inferiori minori. Corollina exterior ſcabra et neruis quinque notata, apice lacinulata vel inaequaliter bi-tridentata, e dorſo ſupra medium exſerens ariſtam, valuula ſua duplo longiorem, primo rectam, dein geniculatam. Corollina interior multo minor, apice ſubbifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Axis pilis breuibus obſeſſus.

14. AVENA *pubeſcens*, panicula aequali, ſpiculis ſubtrifloris, floſculis calicem excedentibus, foliis pubeſcentibus, radice ſubrepente.

Auena ſesquitertia. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 448. *Hoſt. Gram.* 2. p. 37. *Koel. Gram.* p. 277. *Smith. Britan.* 1. p. 140. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 105. *Pollich. Palat.* n. 126. *Leers. Herborn.* n. 91. — *Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Auena ſesquitertia. *Linn. Mant.* 1. p. 34. excl. ſyn. Scheuchzeri (ſecundum Smithium).

Auena triantha, locuſtis teretibus erectis, petiolis ſericeis, gluma exteriori lacera. *Hall. Helv.* n. 1498.

Gramen auenaceum 7, ſeu glabrum (potius hirſutum) panicula purpuro-argentea ſplendente. *Raj. Syn.* p. 406.

Gramen auenaceum, panicula purpuro-argentea, ſplendente. *Scheuchz. Agroſt.* p. 226.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 50. *Flor. Dan. t.* 1203. *Leers. l. c. t.* 9. *f.* 2. *Raj. l. c. t.* 21. *f.* 2. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 20.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 7.

Germ. Kurzhaariger Hafer.

In pratis, paſcuis, pomariis, nemoroſis, ad ſepes.

Perennis. Flor. Maio ad Iulium.

Radix fibroſa, ſubrepens, denſum foliorum culmorumque ceſpitem ſuſtinens. Culmi erecti, teretes vel teretiuſculi, ſtriati, glabri, ſeſquipedales, bipedales, in ſolo fertiliori altiores; in aliis ſuperiori parte nudi, in aliis toti foliorum vaginis tecti. Folia obtuſiuſcula, plana, margine et apicem verſus ad carinam ſcabra, vtrinque molliter pubeſcentia: culmea ſuprema foliis faſciculorum latiora, breuiora et pilis rarioribus inſperſa. Vaginae ſubcompreſſae, ſtriatae: inferiores praecipue pilis breuibus, rigidulis, deorſum verſis obſeſſae. Ligula obtuſa cum acumine, primo crenulata aut denticulata, dein lacinulata; in foliorum faſciculis breuiſſima; in culmi vaginis ſuperioribus paulo longior; duplo longior et acutior in vagina ſumma. Panicula et ſpiculae fere praecedentis; ſed multo minores. Floſculi plerumque tres: terminali ſterili. Glumae lanceolatae, tenuiſſimae, diaphanae. Calicinae acutae, compreſſae, carina ſcabrae: inferiori minori, neruo vnico; ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta. Corollina exterior punctis ſcabris inſperſa, quinquenernis, apice inaequaliter 3-5dentata, e dorſi medio ariſtata, ariſta valuula ſua longiori, primo recta, dein geniculato-retrofracta. Interior paulo minor, apice ſubbifida vel tenuiſſime lacinulata, ad flexurae angulos glabra. Axis piloſus, pilis floſculo vicinis longioribus.

Auena pubeſcens β. SCHLEICH. *Plant. Rar.* Cent. 3. n. 19. refert varietatem vaginis foliiſque minus pubeſcentibus.

Auena ſesquitertia LINN., ex SMITHII obſeruatione eadem cum *pubescente*, a pluribus autoribus male intellecta. *A. ſesquitertia* WILLDENOWII eſt *diſtichophyllae* varietas; KROCKERI, (*Flor. Sileſ.* p. 180.) quoad deſcriptionem habitu magis ad *ſatiuam* vel *ſtrigoſam* accedit; planta vero, quam pro *A. ſesquitertia* habent GMELINUS, LEYSSERUS, MOENCHIUS, NONNE aliique ſpecie a *flaueſcente* vix differt.

†† *Subracemoſae.*

15. AVENA *verſicolor*, racemo ſubſimplici, ſpiculis ſubquinquefloris, floſculis calicem excedentibus, foliis glabriuſculis, radice fibroſa perenni.

Auena verſicolor. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 452. *Koel. Gram.* p. 294. *Lamarck. Encyclop.* 1. p. 330. *Villars. Delph.* 2. p. 142.

Auena Scheuchzeri. *Hoſt. Gram.* 2. p. 38. *Allion. Pedem.* n. 2259.

Auena petiolis ramoſis, locuſtis teretibus, quinquefloris, baſi pubeſcentibus. *Hall. Helv.* n. 1500.

Gramen auenaceum, paniculatum, alpinum, locuſtis varicoloribus, maioribus ariſtatis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 231. et *Prodr.*

Feſtuca auenacea, humilior, alpina, locuſtis varicoloribus, maioribus ariſtatis. *Scheuchz. Itin.* 6. p. 455.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 52. *Scheuchz. Prodr. t.* 3.
Villars. l. c. t. 4. *f.* 5. *Ejusd. Itin. l. c. t.* 19.

Germ. Bunter Hafer.

In alpibus Styriae, Carinthiae, Tyrolis (*Hoſt*), Princip. Salisburgenſis (*Floerke*, *Hoppe*).

Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa. Culmi pedales, ſeſquipedales, erecti aut geniculis inferioribus tantum declinati, tenues, teretes vel ex tereti compreſſi, ſtriati, glabri, apicem verſus ſaepe ſcabri, infra medium foliorum vaginis tecti. Folia linearia, acutiuſcula, margine et ſuperiori carinae parte ſcabra. Folia faſciculorum lon-

giora, anguſtiora, minus ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae; ligula elongata, acuta. Racemus ſubſimplex, aequalis, erectus aut parum cernuus; ſub antheſi patens; in ſpicam contractus ante et poſt antheſin. Rachis, vt rami, gracilis, ſubflexuoſa, magis vel minus ſcabra; inferne ſemiteres, reliqua parte angulata. Rami breues, capillacei, angulati, vel omnes vnicam ſpiculam ferentes, aut inferiores ſubdiuiſi et reliqui ſimplices. Spiculae lanceolatae, primo teretiuſculae, dein compreſſae, nitidae, ex viridi, purpureo et flaueſcente variae, 4-5florae, flosculis ſubcompreſſis, calicem excedentibus. Flosculus terminalis plerumque ſterilis. Glumae vt in duabus praecedentibus lanceolatae, tenuiſſimae, diaphanae. Calicinae acutae, compreſſae, carina ſcabriuſculae, inaequales: inferiori minori, neruo vnico notata; ſuperiori maiori, neruis tribus diſtincta. Corollina exterior obſolete quinquenerus, ſcabra, apice bifida aut 3-4dentata, dentibus inaequalibus, lacinulatis; vltra dorſi medium ariſtam exſerens gluma ſua duplo fere longiorem, ſub geniculo tortilem, ſcabram. Corollina interior minor, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Axis pilis quam in praecedente breuioribus obſeſſus.

6. AVENA *pratenſis*, racemo ſimplici, ſpiculis ſubquinquefloris, flosculis calicem excedentibus, foliis ſcabris: faſciculorum anguſtiſſimis complicatis, radice fibroſa perenni.

Auena pratenſis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 451. *Hoſt. Gram.* 2. p. 38. *Koel. Gram.* p. 279. *Smith. Britan.* 1. p. 141. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 107. *Pollich. Palat.* n. 124. *Leers. Herborn.* n. 92. — *Engl. Bot. Ehrh. Gram.*

Auena bromoides. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 453. *Koel. Gram.* p. 291. (ſecundum Smithium).

Auena petiolis breuibus vnifloris, loculiis teretibus quinquefloris, baſi pubeſcentibus. *Hall. Helv.* n. 1499.

Gramen auenaceum montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recuruis. *Raj. Syn.* p. 405.

Gramen auenaceum, anguſtifolium, alpinum, ſpicata panicula ex purpureo, viridi et argenteo variegata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 230.

Gramen auenaceum, alpinum, glabrum, angustifolium, locustis aristatis, in spicam dispositis. *Scheuchz. Agrost.* p. 228.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1204. *Raj. l. c. t.* 21. *f.* 1.
Host. l. c. t. 51. *Scheuchz. l. c. t.* 4. *f.* 21. 22.
Leers. l. c. t. 9. *f.* 1.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 117.

Germ. Wiesenhafer.

In pratis, pascuis, collibus.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibrosa, plures foliorum fasciculos et culmos variae altitudinis proferens. Culmi erecti, stricti, teretes, glaberrimi; infra medium foliosi; reliqua parte nudi ac profundius striati. Folia linearia, acutiuscula, breuia, plana, carinata, margine serrulato-scabra, carina scabriuscula: fasciculorum longiora, angustiora, complicata, rigidula, varie flexa. Vaginae subcompressae, striatae, superne praecipue scabrae, rarius glabrae; ligula elongata, acuta, compressa, carina scabra. Racemus aequalis, erectus; rachi striata, scabra, vno latere conuexa, altero concaua. Rami breuissimi, alterni, angulati, scabri, vnicam plerumque spiculam ferentes; florentes patuli; peracto florescentiae negotio rachi iterum appressi. Spiculae et glumae praecedentis, sed paulo maiores. Flosculi quatuor vel quinque, subcompressi: vltimo imperfecto. Glumae calicinae acuminatae, compressae, carina scabrae, trinerues: inferiori minori. Gluma corollina exterior acuminata, quinqueneruis, scabra, apice bi-trifida, laciniis inaequalibus, saepe lacinulatis; vltra medium aristata, arista gluma longiori, geniculato-retrofracta. Interior minor, apice subbifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. Axis vt in priori.

††† *Spicatae.*

17. AVENA *fragilis*, spica articulata fragili.

Auena fragilis. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 450. *Host. Gram.* 2. p. 40. *Koel. Gram.* p. 295. *Schreb. Gram.* 2. p. 19. — *Schleich. Plant. Rar.*

Gramen loliaceum lanuginosum, spica fragili articulata, glumis pilosis, aristatum. *Scheuchz. Agrost.* p. 32.

Gramen loliaceum spurium hirsutum aristis geniculatis minus, medium seu vulgare maximum. *Barrel. Ic.*

Ic. *Host. l. c. t.* 54. *Barrel. l. c. t.* 905.
Schreb. l. c. t. 24. *f.* 3.

Exs. *Schleich. l. c. Cent.* 3. n. 18.

Germ. Zerbrechlicher Hafer.

In siccis, sterilibus Istriae (*Host*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa. Culmi pedales, sesquipedales, teretes, glabri, superne praecipue striati, erecti aut basi decumbentes, ad genicula hinc inde infracti; rarius simplices, plerumque ex geniculis inferioribus ramos et radices agentes. Folia linearia, acuta, plana, margine scabra; in aliis vtrinque, in aliis tantum facie pilis sparsis obsessa. Vaginae subcompressae, striatae, superiori parte praecipue pilosae. Ligula breuis, obtusa, saepius denticulata. Spica 3-4uncialis, erecta; rachi flexuosa, articulata, fragili, margine scabriuscula, alternatim altero latere conuexiusculo, altero plano. Spiculae solitariae, alternae, sessiles, lanceolatae, dein compressae, virides, vel ex viridi et purpurascente variae, 5-6florae. Flosculi subcompressi, calicem excedentes: terminali plerumque sterili. Glumae lanceolatae. Calicinae margine membranaceae, inaequales: altera maiori, obtusa, dorso conuexiuscula, neruis circiter sex notata; altera duplo minori, acutiori, carina scabra, neruis duobus aut tribus distincta. Gluma corollina exterior obsolete quinquenervis, margine tenuissime ciliata, sub apice saepius bifido aristam emittens valuula sua duplo longiorem, tenuem, primo rectam, dein geniculatam. Interior paulo minor, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos obsolete ciliata. Axis glaber.

64. SECALE Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 127. Iuſſ. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 107. Gaertn. Fruct. 2. p. 9. t. 81.

Cal. oppoſitus, biualuis, biflorus, valuulis aequalibus, muticis v. ariſtatis. *Cor.* biualuis: exteriori longiſſime ariſtata. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. SECALE *villoſum*, ſpiculis ſubtrifloris, calicis glumarum coſtis ciliatis.

Secale villoſum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 471. *Hoſt. Gram.* 2. p. 35.

Gramen ſpicatum ſecalinum, glumis villoſis in ariſtas longiſſimas deſinentibus. *Tourneſ. Inſt.* p. 518.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 48.

Germ. Haariger Roggen.
In Iſtria, Litorali inter ſegetes, ad ſepes (*Hoſt*).
Annua. Flor. a Maio ad Iunium.
Radix fibroſa. Culmi plures, bipedales et altiores, erecti, teretes, ſtriati, glabri. Folia lineari-lanceolata, plana, plus minus pubeſcentia, ad oras praecipue ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae: ſuprema dilatata. Ligula breuiſſima, truncata, crenulata. Spica erecta, diſticha, viridis, vncialis vel ſesquiuncialis. Rachis articulata, articulis compreſſis, ad oras piloſis. Spiculae ſeſſiles, compreſſae, ariſtatae, ſubtriflorae: floſculis duobus inferioribus ſeſſilibus; tertio, ſi adeſt, pedicellato, ſterili. Glumae calicinae aequales, corolla minores, margine membranaceo, albido, ſaepius pubeſcente auctae, dorſo virides et coſtis duabus vel tribus eleuatis, piloſis notatae, apice in ariſtam gluma ſua multo longiorem, rectam deſinentes. Gluma corollina exterior lanceolata, compreſſa, quinqueneruis, dorſo depreſſa, ad ſuperiorem carinae partem piloſiuſcula, apice ariſtata, ariſta validiori ac longiori quam in glumis calicinis. Interior gluma vix minor, ſed longe anguſtior, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Floſculus intermedius ariſta breuiori munitus, quandoque ſubmuticus. Semen liberum, corolla tectum.

65. TRITICVM.

Cal. oppoſitus, biualuis, ſolitarius, multiflorus, valuulis ſubaequalibus. *Cor.* biualuis, valuulis lanceolatis, muticis vel apice ariſtatis. *Sem.* corollae adnatum.

† *Spica diſticha.*

. TRITICVM *caninum*, glumis calicinis breuius ariſtatis trineruibus ſubquinquefloris, floſculis ariſtatis, radice fibroſa perenni.

Triticum caninum. *Hoſt. Gram.* 2. p. 20. *Smith. Britan.* 1. p. 159. *Schreb. Spic.* p. 51.

Elymus caninus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 469. *Koel. Gram.* p. 333. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 151. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 56. *Pollich. Palat.* n. 131. *Leers. Herborn.* n. 96. — *Ehrh. Phyt.*

Triticum radice fibroſa, foliis hirſutis, locuſtis quinquefloris, ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1429.

Triticum radice perenni, ſpiculis ſolitariis, longiſſime ariſtatis. *Gmel. Sibir.* 1. p. 122.

Gramen ſpica triticea compacta, ariſtis longioribus. *Scheuchz. Agroſt.* p. 10.

Gramen caninum ariſtatum, radice non repente. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 25. *Leers. l. c. t.* 12. *f.* 4. II.
Gmel. l. c. t. 27. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 1. *f.* 2.
Schkuhr. l. c. t. 19.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 72.

Germ. Hunds-Weizen.

n ſiluis, dumetis, ad ſepes.

Perennis. Flor. Iunio ad Auguſtum.

Radix fibroſa, ceſpitoſa. Culmi bi-tripedales, erecti, ad geniculum vnum alterumue ſaepe infracti, teretes, obſolete ſtriati, glaberrimi. Folia linearia aut lineari-lanceolata, acuta, plana, rigidula, viridia, dorſo et ad oras ſcabra, facie plerumque pubescentia. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae. Ligula breuiſſima, truncata, denticulata. Spica bi-triuncialis et longior, diſticha; primo erectiuſcula, dein apice magis vel

minus nutans. Rachis flexuoſa, ad oras hiſpida, alternatim hinc conuexiuſcula et ſtriata, inde concauiuſcula et laeuis. Spiculae ſeſſiles, ſolitariae, oblongo-lanceolatae, ariſtatae, quatuor vel quinque circiter flosculos ecarinatos continentes. Glumae membranaceae, calicinae vt in ſequentibus ſubaequales, oblongo-lanceolatae, breuius ariſtatae, dorſo connexae, trinerues, ſcabrae. Corollina exterior lanceolata, ſuperiori parte neruis quinque ſcabriuſculis percurſa, apice in ariſtam, gluma ſua duplo fere longiorem, ſubflexuoſam et ſaepe purpuraſcentem attenuata. Interior corollina exteriorem longitudine aequans, oblongo-linearis, apice bifida, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Variat quandoque culmi geniculis ſubpiloſis et vaginis ſcabris.

A ſequente, cui habitu haud disſimile et quocum haud raro confunditur, differt radice fibroſa, nunquam repente; ſpica demum apice nutante; glumis calicinis ſemper in ariſtam breuem attenuatis et tribus tantum neruis notatis; gluma corollina exteriori nunquam mutica, ſed ariſta, gluma ſua duplo longiori, terminata; aliisque notis, vtriusque ſpeciei comparatione facile apparentibus.

2. TRITICVM *repens*, glumis calicinis ſubquinqueneruibus 4-8-floris flosculisque muticis ariſtatisue, radice repente.

Triticum repens. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 481. *Hoſt. Gram.* 2. p. 17. *Koel. Gram.* p. 346. *Smith. Britan.* 1. p. 158. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 148. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 63. *Pollich. Palat.* n. 133. *Leers. Herborn.* n. 95. *Schreb. Gram.* 2. p. 24.

α. Flosculis acutis vel acuminatis.

Triticum repens. *Engl. Bot. Plenk. Plant. Med. Blackw. Herb.*

Triticum repens. *Roth. Germ.* α.

Triticum radicibus repentibus vaginoſis, foliis hirſutis, locuſtis quinquefloris. *Hall. Helv.* n. 1426.

Gramen caninum aruenſe ſ. Gramen Dioſcoridis. *Scheuchz. Agroſt.* p. 5.

Gramen caninum vulgatius. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen caninum aruenſe ſ. primum ſ. gramen Dioscoridis et offic. *C. Bauh. Theatr.* p. 9. c. ic.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 21.
Engl. Bot. t. 909.
Plenk. l. c. t. 49.
Flor. Dan. t. 748.
Schkuhr. l. c. t. 20.
Leers. l. c. t. 12. *f.* 3.
Schreb. l. c. t. 26. *f.* I-III. 1-3.
Blackw. l. c. t. 537.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 1. *f.* 8.
C. Bauh. l. c.

β. Flosculis plus minus ariſtatis.

Triticum repens. *Spec. Plant.* l. c. β. *Roth. Germ.* l. c. β. γ.

Triticum dumetorum. (*Honk.*) *Verzeichniſs deutſcher Gewächſe.* 1. n. 314.

Gramen ariſtis longis donatum. *Mont. Prodr.* p. 41.

Gramen loliaceum radice repente ſ. gramen officinarum ariſtis donatum. *Vaill. Paris.* p. 81.

Graminis ſpica Triticea repentis vulgaris varietas, cum ſpica ariſtata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 9. n. 6.

Gramen ſpica Triticea compacta, hirſutum, ariſtatum. *Scheuchz. Agroſt.* p. 9. n. 7.

Gramen auenaceum dumetorum ſpicatum. *Dill. Gieſſ.* p. 117. App. p. 170.

Ic. *Schreb. l. c. f.* 4-8.
Schkuhr. l. c. t. 20.
Vaill. l. c. t. 17. *f.* 2.
Mont. l. c. f. 26.
Dill. l. c. t. 15.

γ. Spiculis inferioribus geminis ternisue.

Elymus dumetorum. *Hoffm. Germ.* p. 64.

Elymus caninus. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 151. β.

Elymi canini var. *Leers. Herborn.* p. 47.

Gramen latifolium ſpica triticea compacta. *C. Bauh. Prodr.* p. 17. *Moris. Hiſt.* 3.

Gramen triticea ſpica compacta latifolium. *C. Bauh. Theatr.* p. 131. c. ic.

Ic. *Leers. l. c. t.* 12. *f.* 4. I.
Schreb. l. c. f. IV.
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 1. *f.* 1.
C. Bauh. Theatr. l. c.
Ejusd. Prodr. l. c.

Germ. Quecken-Weizen.

In cultis, ruderatis, ad ſepes, vbique.

Perennis. Flor. a Iunio ad Septembrem.

Radix longe lateque repens. Culmi bi-tripedales, in ſolo fertiliori multo altiores, erecti toti aut geniculis inferioribus infracti, teretes, ſtriati, glabri. Folia linearia, ſubinde lineari-lanceolata, acuminata, plana, rigidula, viridia, dorſo glabra, facie et ad oras ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, glabrae: inferiores quandoque ſubuilloſae. Ligula breuiſſima, truncata, tenuisſime denticulata. Spica bi-quadriuncialis, diſticha, erecta. Rachis flexuoſa, margine hiſpida, apicem verſus compreſſa, reliqua parte alternatim hinc convexa et ſtriata, inde concauiuſcula et laeuis. Spiculae ſeſſiles, ſolitariae, inferioribus ſubinde geminis ternisue, oblongo-lanceolatae, flosculis a 4-9 compoſitae, virides vel e viridi purpuraſcentes; in aliis approximatae, remotae in aliis. Glumae vt in praecedente membranaceae. Calicinae lanceolatae, quinque rarius 7 neruis, imprimis ſuperiori parte ſcabris, diſtinctae, aeque ac gluma corollina exterior vel acutae vel in ariſtam variae longitudinis deſinentes apiceque carinatae. Gluma corollina exterior calici conformis, apicem verſus neruis vt plurimum quinque ſcabris notata; interior paulo minor, oblongolanceolata, retuſa, marginibus inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

γ. nec diſtinctam ſpeciem conſtituit, neque ad *Triticum caninum* referenda eſt, ſed pro ſola *Tr. repentis* varietate habenda, vti etiam ſpicae directio et glumarum ſtructura iconis Leerſianae luculenter oſtendit.

Variat inſuper pro vario ſolo 1. Colore glauceſcente; 2. Foliis vel nonniſi facie vel vtrinque ſubuilloſis; 3. Spicularum magnitudine et 4. Glumis pubeſcentibus.

3. TRITICVM *rigidum*, glumis calicinis ſubſeptemneruibus obtuſiſſimis multifloris, flosculis muticis, rachi hiſpida, radice ſubrepente.

Triticum rigidum. *Schrad. Semin. Hort. Gotting.* 1803. p. 23.

Triticum elongatum. *Hoſt. Gram.* 2. p. 18. — *Schleich. Plant. Rar.*

Triticum iunceum β. giganteum. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 135.

Triticum radice repente, culmo duro, foliis hirſutis, locuſtis quinquefloris. *Hall. Helv.* n. 1428.

Gramen anguſtifolium tritici ſpica muticae ſimili. *C. Bauh. Prodr.* p. 17. c. ic. *Ejusd. Theatr.* p. 132. c. ic. *Moris. Hiſt.* 3. *Scheuchz. Agroſt.* p. 7.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 18. *C. Bauh. Theatr. l. c.* *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 1. *f.* 5. *Ejusd. Prodr. l. c.*

Exſ. *Schleich.* l. c. n. 23.

Germ. Steifer Weizen.

In Litoralis maritimis (*Wulfen, Hoſt*) — in arenoſis, collibus, aſperis Auſtriae (*Flügge*), Bohemiae prope *Salſeſel* (*Schkuhr*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Species quaſi media *Triticum repens* inter et *iunceum*, habitu tamen poſteriori proxime affinis. Differt a priori radice ſubrepente, plures culmos et foliorum faſciculos in denſum ceſpitem vnitos ſuſtinente; culmis firmioribus; foliis acutioribus, facie profundius ſtriatis et magis ſcabris; adultiori ſtatu margine ſubinuolutis; ſpiculis maioribus, obtuſis, nunquam ariſtatis; glumis calicinis ſulcatis, obtuſiſſimis, haud raro fere truncatis et retuſis; corollinis pariter obtuſioribus; et denique tota planta rigidiori et ſemper magis vel minus glauceſcente. A ſequente eſt diverſa culmis plerumque altioribus, firmioribus et magis erectis, ſaepe ſcabriuſculis, nunquam glaberrimis; foliis latioribus, rigidioribus, minus inuolutis; vaginis, imprimis ad oram, interdum pilis ſparſis obſeſſis; racheos margine hiſpido; ſpiculis, in fertiliori ſolo, e 7 - 11 et pluribus floſculis (in *iunceo* rariſſime numerum quinarium ſuperantibus) compoſitis; glumis calicinis 6 - 7 circiter neruos continentibus, et inter neruos profundius ſulcatis; floſculis minoribus, carina hiſpidis; colore minus glauco. — Folia facie quidem ſcabra, ſed non vt in ſequente ſpecie et *Elymo arenario* inter ſtrias hiſpidula.

In locis aſperis et ſaxoſis ſubinde tota ſuperficies villoſa vel hirſuta et folia magis inuoluta. Spiculae etiam in hoc ſtatu vt plurimum tantum 4-5florae; a *iunceo* vero haec varietas rachi hiſpida et reliquis allatis characteribus facile dignoſcitur.

Triticum iunceum Host. *Gram.* 2. p. 18. t. 18. (in Tom. 3. p. 23. *intermedium* dictum), habitu et colore glaucescente *rigido* haud dissimile videtur, reliquis vero partibus, imprimis radice valde repente, *Trit. repenti* proximum est.

4. TRITICVM *iunceum*, glumis calicinis subnouemneruibus obtusis 4-5floris, flosculis muticis, rachi laeui, radice repente.

Triticum iunceum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 480. (excl. syn. Hall. Gmel. Vaill. Scheuchz. Moris. Bauh.) *Host. Gram.* 3. p. 23. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 134. (excl. varietate). *Ejusd. Germ.* T. 2. P. 2. p. 566. (excl. varietate). *Smith. Britan.* 1. p. 157. *Schousb. Marocc. ed. germ.* p. 39. *Desfont. Atlant.* 1. p. 114. *Lidbeck. in Act. Holm.* 1795. 16. p. 197. (fide speciminis ab O. Swartzio mihi missi). — *Engl. Bot. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc.*

Bromus truncatus. *Scop. Carn.* n. 121. (fide Wulfenii).

Ic. *Host. l. c. t.* 33. *Flor. Dan. t.* 916.
Engl. Bot. t. 814.

Exs. *Dicks. l. c. fasc.* 6. n. 9.

Germ. Binsen - Weizen.

In arenosis maritimis Istriae (*Host*) — ad litora maris balthici prope *Dusternbrock* (*Weber*), Warnemünde (*Timm*) — ad sinum maris septentrionalis prope Dangast (*Trentepohl*) — ad Albim prope Cuxhaven (*Mertens*).

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Tota glauca. Radix repens. Culmi sesquiunciales, biunciales, et subinde altiores, teretes, striati, glabri, saepe leui purpura suffusi; primo basin versus procumbentes, dein magis erecti. Folia linearia, acuminata, rigida vel rigidula, dorso glabra, facie profunde striata, inter strias hispidula et insuper pube tenui adspersa; fasciculorum complicata, culmea planiuscula, demum vero, et imprimis apicem versus, magis minusue inuoluta. Vaginae teretes, striatae, glaberrimae. Ligula breuissima, saepe vix exserta, truncata, tenuissime denticulata. Spica bi - triuncialis, disticha, modo erecta, modo incuruata. Rachis vt in duabus praecedentibus, sed margine laeuis et

in ſpica fructifera facile in articulos ſecedens, qua nota haud difficile a *rigido* diſtinguitur. Spiculae remotiuſculae, rarius approximatae, ſeſſiles, ſolitariae, oblongo-lanceolatae, muticae, ſubquinqueflorae. Glumae, vt in praecedente et ſequente, tenacioris ſubſtantiae. Calicinae oblongo-lanceolatae, dorſo conuexae, 9 circiter neruis diſtinctae, inter neruos ſtriatae, ſuperne compreſſae et carina ſcabriuſculae, apice obtuſae et ob neruum intermedium paulo prominentem quaſi bi- vel tridentatae, quandoque tamen, vt in praecedente, obtuſiores et retuſae. Gluma corollina calici conformis, ſed minus obtuſa et neruis tantum quinque, nonniſi apicem verſus conſpicuis, notata, margine excepto plerumque glaberrima; interior anguſtior, parum minor, apice retuſa, ad flexurae angulos ciliata.

Hostii icon refert plantam omnibus partibus maiorem, forte varietatem cultura ortam. — *Triticum iunceum*, a *Trentepohlio* ad ſinum maris ſeptentrionalis lectum, ſecundum ſpecimina a *Trentepohlio* mecum communicata, omnino eſt vera Linneana planta, quicquid etiam contra moneat Cl. *Roth.* (*N. Beytr.* l. c. p. 134).

Omnia excluſa ſynonyma *Tritico rigido* potius adnumeranda eſſe, cuique, facta comparatione, facile patebit. Ad eandem ſpeciem procul dubio *Trit. iunceum Villars.* aliorumque recentiorum pertinet. Cl. *Koelerus* (*Gram.* p. 350.) ſub *Tr. iunceo* vtramque ſpeciem confudit.

†† Spica ſecunda.

5. TRITICVM *loliaceum*, glumis calicinis trineruibus acutis multifloris, floſculis muticis, radice fibroſa annua.

Triticum loliaceum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 488. *Smith. Britan.* 1. p. 159. — *Engl. Bot.*

Triticum vnilaterale. *Hoſt. Gram.* 3. p. 21. (excl. ſyn.)

Gramen exile duriuſculum maritimum, foliolis circumvolutis veluti iunceis breuibus. *Pluk. Phyt.*

Gramen paruum marinum ſpica loliacea. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 27. *Pluk. l. c. t.* 32. *f.* 7.
Engl. Bot. t. 221. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 1. *f.* 6.

Germ. Lolchartiger Weizen.

In Litorali ad vias, ſepes, alibique (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix e fibris tenuiſſimis compoſita, plures culmos foliorumque faſciculos, in ceſpitem coniunctos, proferens. Culmi a ſesquiunciali ad ſemipedalem altitudinem adſcendentes, ex procumbente magis vel minus erecti, rigidi, teretes, ſubinde teretiuſculi, obſolete ſtriati, glaberrimi, plerumque ramoſi. Folia linearia, acuminata, rigidula, facie imprimis ſtriata; primo carinata, dein planiuscula, ſiccitate vero involuta. Vaginae teretiuſculae, ſtriatae, glabrae. Ligula breuis, tenuiſſime lacinulata. Spica pro varia culmi altitudine ſemuncialis, vncialis et ſesquiuncialis longitudinis, erecta, ſecunda, rigida. Rachis flexuoſa, alternatim hinc excauata et ad margines hiſpida, inde conuexiuſcula et glabra. Spiculae paruae, approximatae, pedicello breuiſſimo incraſſato inſidentes, lanceolatae, muticae, multiflorae; ſuperiores ſolitariae, inferiores binatae et ternatae, vel omnes (quod in minoribus indiuiduis obſeruatur) ſolitariae. Glumae calicinae ouato-lanceolatae, acutae, compreſſae, trinerues, ad ſuperiorem carinae partem ſcabrae. Gluma corollina exterior oblongo-ouata vel oblongo-lanceolata, obtuſiuſcula, dorſo conuexa, neruis tribus ſcabriuſculis diſtincta; interior paulo minor, acutior, marginibus inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Folia quandoque facie et ad oras ſcabra, dorſo vt plurimum glabra. Variat quoque culmis modo ſupra medium, modo ad paniculae exortum vaginis foliorum incluſis.

Triticum verum *vnilaterale* Linn., pluribus botanicis haud ſatis cognita et a *loliaceo* valde diuerſa planta, in Germania, quantum ſcio, adhuc nullibi obſeruata eſt.

Conuenit cum praecedentibus ſpiculis alternis, primo teretiusculis, dein compreſſis.

66. LOLIVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 126. Iuſſ. Gen. p. 31. Vent. Tabl. 2. p. 105.

Cal. lateralis, vniualuis, fixus, ſolitarius, multiflorus. *Cor.* biualuis, valuulis lanceolatis: exteriori ſub apice ariſtata v. mutica. *Sem.* corolla corticatum.

1. LOLIVM *perenne*, ſpica mutica, ſpiculis calice longioribus, radice perenni.

Lolium perenne. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 461. *Koel. Gram.* p. 359. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 153. *Schreb. Gram.* 2. p. 79.

α. Vulgare.

Lolium vulgare. *Hoſt. Gram.* 1. p. 20. *Smith. Britan.* 1. p. 148. *Roth. Germ.* l. c. *Pollich. Palat.* n. 129. *Leers. Herborn.* n. 97. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Lolium radice perenni, locuſtis contiguis, octifloris. *Hall. Helv.* n. 1416. α. et δ.

Gramen loliaceum, anguſtiore folio et ſpica. *Scheuchz. Agroſt.* p. 26.

Gramen loliaceum latifolium, ſpica anguſtiore. *Scheuchz. Agroſt.* p. 127. et *Ejusd.*

Gramen loliaceum, radice repente, locuſtis teretiuſculis, muticis. p. 28.

Gramen loliaceum ſpica ſimplici vulgare. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 25. *Leers. l. c. t.* 12. *f.* 1.
Engl. Bot. t. 315. *Schreb. l. c. t.* 37.
Mart. l. c. t. 4. *Scheuchz. l. c. t.* 1. *f.* 7. A - C.
Flor. Dan. t. 747. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 2. *f.* 2.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 11. n. 4. *Ehrh. l. c.* n. 94.

β. Tenue.

Lolium tenue. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 462. et omnium fere Scriptorum Florae German.

Lolium perenne. *Smith. Britan.* 1. p. 149. β.

γ. Compoſitum.

Lolium perenne. *Smith.* l. c. δ. *Roth.* l. c. β. *Willd. Berol.* n. 188. β.

Lolium radice perenni etc. *Hall.* l. c. γ.

Gramen loliaceum, ſpica lata ex plurimis ſpicis duplici verſu diſpoſitis conſtante. *Scheuchz. Agroſt.* p. 29. *Ejusd. Prodr.* p. 16.

Ic. *Scheuchz. Agroſt. t.* 1. *Ejusd. Prodr. t.* 2. *f.* 7. D.

δ. Ramoſum.

Lolium perenne. *Smith.* l. c. γ. *Roth.* l. c. γ. *Pollich.* l. c. β. *Leers.* l. c. β.

Gramen multiplici ſpicata panicula. *Moris.* l. c.

Ic. *Leers. l. c. t.* 12. *f.* 1. †. *Moris. l. c.*

ε. Viuiparum.

Germ. Ausdaurender Lolch.

In pratis, pascuis, vineis; ad vias, margines agrorum, ſolo tam ſicco quam humido.

Perennis. Flor. a Iunio ad Auguſtum.

Radix repens. Culmi et foliorum faſciculi plures in ceſpitem denſum vniti, pedales, ſesquipedales, oblique adſcendentes, ſubcompreſſi, ſtriati, glabri, ſimplices, in fertiliori ſolo ex geniculis terrae appreſſis radices atque ramos agentes. Folia linearia, acuminata, patentia: culmea planiuſcula vel leuiter carinata, ad oras et ſuperiorem coſtae partem ſcabra; faſciculorum anguſtiora, carinata, glabra. Vaginae compreſſae, ſtriatae, glabrae, ligula breui, truncata. Spica erectiuſcula, compreſſa, diſticha, ſimplex, in δ. ramoſa. Rachis flexuoſa, compreſſa, glabra, alternatim ſcrobiculata ad ſpiculas recipiendas. Spiculae alternae, ſeſſiles, oblongo-ouatae vel lanceolatae, acutiuſculae, muticae, compreſſae, ſimplices, in γ. compoſitae, plerumque 7 ad 9 flosculos continentes, in β. tantum 3-4-florae. Flosculi diſtichi, calicem excedentes; primo imbricati, dein remotiuſculi. Calix monophyllus (terminalis ſpiculae diphyllus, ſubaequalis), gluma lineari-lanceolata, acutiuſcula, glabra, margine membranacea, dorſo connexa, neruis ſeptem notata, racheos ſcrobiculo, alterius glumae vicem gerenti, oppoſita. Glumae corollinae calice minores, ſubaequales, oblongae, obtuſiuſculae, muticae: exteriori margine membranacea, depreſſa, quinquenerui, neruis 3 interioribus medio obſoletis; interiori ad flexurae angulos obſolete ciliata. Semen, vt in ſequentibus, corolla corticatum.

Variat 1. Racheos angulis ſcabris; 2. Spiculis e viridi purpuraſcentibus; et 3. Flosculis breuiſſime ariſtatis.

β. praeter ſpiculas paucifloras inſuper differt culmis ſubſolitariis et omnium partium habitu tenuiori.

Gramina tria Scheuchzeriana allata huius loci eſſe, nullum dubium ſupereſſe poteſt, quoniam SCHEUCHZERUS in duobus poſterioribus p. 27 et 28 deſcriptis, radicem repentem dicit, quod omnino noſtro Lolio conuenit. Gramen loliaceum anguſtiore folio et ſpica SCHEUCHZ. *Agroſt.* p. 25, a LINNAEO citatum, dubium mihi videtur.

2. LOLIVM *aruenſe*, ſpica ſubmutica, ſpiculis calicem aequantibus, radice annua.

Lolium aruenſe. *With. Britan.* 3. p. 168. *Smith. Britan.* 1. p. 150. *Hoſt. Gram.* 3. p. 17. — *Engl. Bot.*

Lolium annuum. *Bernh. Semin. Hort. Erford.* 1801.

Lolium verum Gesneri. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 25. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 2. *f.* 1. *Engl. Bot. t.* 1125.

Germ. Acker-Lolch.

In aruis, ſed rarius.

Annua. Flor. Iunio, Iulio.

Medium inter *perenne* et *temulentum.* Cum priori conuenit habitu, ſuperficie et culmis ſaepe pluribus in ceſpitem coniunctis, ſed differt radice fibroſa, annua; culmis erectis, teretibus aut teretiuſculis; vaginis teretibus; calice ſpiculam aequante vel eo paulo minori et flosculis breuiſſime ariſtatis. A ſequente, cui proximum eſt, diſtinguitur radice ſubceſpitoſa, vaginis foliisque glabris, vix vnquam ſcabris; ſpiculis calice plerumque paulo longioribus, imprimis vero flosculis breuiſſime ariſtatis. — Diſtinctam ſpeciem, nec ſequentis varietatem eſſe, repetita per plures annos cultura confirmare poſſum.

Superior culmi pars et rachis ſaepius glabra, ſubinde vero et ſcabra reperitur.

Lolium remotum SCHRANK. *Bavar.* n. 254. huc pertinere videtur, forte etiam *Lolium multiflorum* KOEL. *Gram.* p. 366, excluſ. vero plurib. ſynonymis.

3. LOLIVM *temulentum*, ſpica ariſtata, ſpiculis calice minoribus, radice annua.

Lolium temulentum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 462. *Hoſt. Gram.* 1. p. 20. *Koel. Gram.* p. 363. *Smith. Britan.* 1. p. 150. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 154. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 55. *Pollich. Palat.* n. 130. *Leers. Herborn.* n. 98. *Schreb. Gram.* 2. p. 74. — *Engl. Bot. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Bromus temulentus. *Bernh. Erford.* p. 49.

Craepalia temulenta. *Schrank. Bavar.* n. 255.

Lolium annuum, locuſtis diſſitis. *Hall. Helv.* n. 1420.

Gramen loliaceum, ſpica longiore, ariſtas habens. *Mont. Prodr.* p. 39.

Lolium gramineum ſpicatum caput tentans. *I. Bauh. Hiſt.* 2. p. 437. c. ic.

Gramen loliaceum ſpica longiore ſeu Lolium Dioscoridis. *C. Bauh. Theatr.* p. 121. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 31.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1124. *Schreb. l. c. t.* 36.
Hoſt. l. c. t. 26. *Mont. l. c. f.* 18.
Schkuhr. l. c. t. 18. *Scheuchz. l. c. t.* 1. *f.* 7. E. F.
Leers. l. c. t. 12. *f.* 2. *I. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 160. *C. Bauh. l. c.*

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 29.

Germ. Betäubender Lolch.

In aruis, praecipue inter Triticum, Avenam et Hordeum; rarius Lino immixtum.

Annua. Flor. Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa. Culmi ſubſolitarii, bi-tripedales, erecti, firmi, teretes, ſtriati, ſuperne tantum ſcabri, geniculis 4 vel 5 intercepti. Folia lineari-lanceolata, acuminata, plana, laxa, modo vtrinque, modo tantum facie et ad oras ſcabra. Vaginae teretes, ſtriatae, ſaepius glabrae, ſubinde, imprimis ſuperiorum, ſcabriuſculae. Ligula breuiſſima, truncata, crenulata. Spica *L. perennis*, ſed recta et paulo rigidior, rachi latiori, ſcabra. Spiculae oblongo-ouatae, minus compreſſae, ariſtatae, e quinque vel ſeptem flosculis compoſitae. Flosculi calicem aequantes, vel eo paulo minores. Calix terminalis ſpiculae diphyllus, glumis ſubaequalibus, lineari-lanceolatis, acutiuſculis, fere planis, margine membranaceis, apicem verſus

plus minus ſcabris, 6-7-neruibus; reliquorum monophyllus, quandoque etiam, praeprimis inferiorum, diphyllus, gluma interiori duplo minori, obtuſa, ſaepius bifida et neruis paucioribus diſtincta. Glumae corollinae calice duplo fere minores, longitudine aequales, oblongo-ouatae: exteriori margine membranacea, dorſo depreſſa, neruis quinque, medio obſoletis notata, ſub apice ariſtam exſerente duplo longiorem, rectam, ſcabram; interiori acutiori, mutica, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata.

Spica, vt in *L. perenni*, pro ſoli diuerſitate, nunc breuior nunc longior apparet. — Floſculi etiam, quamvis rariſſime, ſubmutici occurrunt.

67. ELYMVS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 128. Iuſſ. Gen. p. 31. Vent. Tabl. 2. p. 105.

Cal. lateralis, biualuis, geminus aut ternus: ſingulis bi-trifloris. *Cor.* biualuis, valuulis lanceolatis: exteriori acuminata, mutica v. apice in ariſtam deſinente. *Sem.* corolla corticatum.

1. ELYMVS *arenarius*, ſpiculis pubeſcentibus, floſculis muticis, foliis inuolutis rigidis.

Elymus arenarius. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 467. *Koel. Gram.* p. 330. *Smith. Britan.* 1. p. 152. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 152. *Schreb. Gram.* 2. p. 85. — *Mart. Fl. Ruſt. Viborg. Ic. Flor. Dan. Hopp. Herb.*

Triticum radice perenni, ſpiculis binis lanuginoſis. *Gmel. Sib.* p. 119.

Gramen caninum maritimum, ſpica triticea noſtras. *Scheuchz. Agroſt.* p. 6.

Ic. *Schreb. l. c. t.* 40. *Flor. Dan. t.* 847.
Mart. l. c. t. 31. *Gmel. l. c. t.* 25.
Viborg. l. c. t. 2.

Exſ. *Hopp. l. c. Cent.* 2. n. 14.

Germ. Sand-Haargras.

Ad litora marina, in arenoſis prope Ratisbonam (*Hoppe*) — Palatinatus (*Koch*) — pr. Hamburgum (*Bueck*) — Holſatiae (*Weber*), Duc. Megapolitani (*Timm*), Pomeraniae (*Weigel*) — pr. Berolinum (*Willdenow*), Dresdam (*Gerlach, Schkuhr*) — Luſatiae (*Oettel*).

Perennis. Flor. Iulio, Augusto.

Radix longe lateque repens. Culmi tri-quadripedales, erecti, rigidi, teretes, striati, glaberrimi, geniculis pluribus intercepti, simplices, aut vno alteroue ramulo ad basin aucti. Folia erecta, stricta, rigida, acuminato-pungentia, planiuscula, saepius canaliculata, demum inuoluta; facie sulcata, scabriuscula, glauca; dorso striata, glabra, virescentia. Vaginae teretes, striato-sulcatae, glabrae, glaucescentes, ligula breuissima, truncata, ciliata. Spica semipedalis, pedalis, stricta, compressa, glauca, rachi flexuosa, alternatim hinc planiuscula et laeui, inde conuexa et striata, ad angulos pubescente. Spiculae rachin arcte tegentes, rigidae, lanceolatae, acutae, compressae, tri- rarius quadriflorae, longitudine calicis vel parum longiores; inferiores et superiores geminae, intermediae plerumque ternae. Flosculus inferior cuiusvis spiculae sessilis, reliqui, quorum terminalis plerumque masculus est, axi pubescenti insident. Glumae calicinae singularum spicularum binae, corolla maiores, subaequales, lanceolatae, acuminatae, subcompressae, superne ad carinam scabrae, pubescentes, neruis 4 vel 5, dorsi medium longitudinaliter percurrentibus notatae. Glumae corollinae subaequales: exteriori maiori, glumae calicinae conformi, sed latiori, pube densiori adspersa et neruis quinque vel septem distincta; interiori longe angustiori, planiuscula, apice bifida, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata. Semen, vt in sequente, corolla corticatum.

Variat quandoque spiculis glabriusculis.

Huic affinis, at in Germania huc vsque haud obseruata, species est *Elym. geniculatus* Smith. *Britan.* 1. p. 153, cui culmi altiores, graciliores; folia angustiora; spicae sesquipedales, bipedales, laxae; spiculae remotae; glumae calicinae lineari-setaceae flosculis longiores.

2. ELYMVS *europaeus*, spiculis scabris, flosculis aristatis, foliis planis flaccidis.

Elymus europaeus. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 470. *Host. Gram.* 1. p. 22. *Smith. Britan.* 1. p. 154. *Roth. Germ.* T. 2. P. 2. p. 152. — *Engl. Bot. Ehrh. Phyt.*

Cuviera europaea. *Koel. Gram.* p. 328.

Hordeum cylindricum. *Murr. Gotting.* p. 43.

Hordeum ſpicis rigidis cylindricis, calycinis glumis ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1537.

Gramen hordeaceum montanum, ſpica ſtrigoſiore, breuius ariſtata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 16. *Ejusd. Prodr.* p. 14.

Ic. *Engl. Bot.* t. 1317. *Scheuchz. Prodr.* t. 1. *Hoſt. l. c. t.* 28.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 3.

Germ. Europäiſches Haargras.

In ſiluis montanis et ſubalpinis.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Radix fibroſa. Culmi bipedales, erecti, ſimplices, rigidi, teretes, ſtriati, glabri, ſubinde ſcabriuſculi, geniculis tribus vel quatuor. Folia acuminata, plana, flaccida, ſcabra: inferiora anguſtiora, baſin verſus pilis breuibus inſperſa; ſuperiora latiora, nudiuſcula. Vaginae teretes, ſtriatae, pilis deorſum verſis villoſae. Ligula breuiſſima, truncata, glabra, ſaepius crenulata. Spica ſesquiuncialis, biuncialis, erecta, teres, viridis. Rachis flexuoſa, ſcabriuſcula, haud ſtriata; hinc convexa, inde planiuſcula, angulis obſolete pubeſcentibus. Spiculae, vt in priori, rachin tegentes, pedicellatae, ternae (excepta terminali ſolitaria), lanceolatae, acutae, compreſſae, vni- vel biflorae. Glumae calicinae cuiusuis ſpiculae binae, lineari-lanceolatae, obſolete trinerues, ſcabrae, rigidae, in ariſtam breuem, rectam attenuatae. Glumae corollinae lanceolatae, inaequales; exteriori maiori, acutiori, ſcabra, margine membranacea, dorſo conuexa, neruis quinque obſoletis notata, apice ariſtata, ariſta gluma ſua multo longiori; interiori minori, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Variat 1. Foliis omnibus nudis et 2. Foliis nonniſi ad oras et ſuperiorem coſtae partem ſcabris.

Ab Hordeo, cui, *Murrayo* praeeunte, nunc a nonnullis recentioribus adnumeratur, omnino ſpiculis plerumque bifloris recedit. Obſtat etiam ſumma eius cum aliis Elymi ſpeciebus affinitas.

68. HORDEVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 129. Juff. Gen. p. 32. Vent. Tabl. 2. p. 106. Gaertn. Fruct. 2. p. 10. t. 81.

Cal. lateralis, biualuis, vniflorus, ternus: flosculo intermedio hermaphrodito, lateralibus masculis vel neutris. *Cor.* valuula exteriori apice ariftata. *Sem.* corolla corticatum.

1. HORDEVM *murinum*, glumis calicinis intermediis lineari-lanceolatis ciliatis: exterioribus fetaceis fcabris.

Hordeum murinum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 474. *Hoft. Gram.* 1. p. 25. *Koel. Gram.* p. 322. *Smith. Britan.* 1. p. 155. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 149. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 59. *Pollich. Palat.* n. 132. — *Curt. Lond. Mart. Fior. Ruft. Flor. Dan. Dicks. Hort. Sicc. Ehrh. Gram.*

Hordeum fpicis craffis, longe ariftatis, calycinis glumis ariftatis. *Hall. Helv.* n. 1536.

Gramen fecalinum vulgatiffimum viarum. *Moris. Hift.* 3.

Gramen hordeaceum minus et vulgare. *C. Bauh. Theatr.* p. 134. c. ic. *Scheuchz. Agroft.* p. 14.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 32. *Schkuhr. l. c. t.* 19.
Curt. l. c. fafc. 55. *Moris. l. c. fect.* 8. *t.* 6. *f.* 4.
Mart. l. c. t. 43. *C. Bauh. l. c.*
Flor. Dan. t. 629.

Exf. *Dicks. l. c. fafc.* 13. n. 10. *Ehrh. l. c.* n. 47.

Germ. Mauer-Gerfte.

Ad vias, muros, in ruderatis vbique.

Annua. Flor. aeftate.

Radix fibrofa, plures culmos fuftinens. Culmi pedales, fesquipedales, erectiufculi, bafi procumbentes, teretes, ftriati, glaberrimi, faepe ad apicem vsque vaginati. Folia linearia aut lineari-lanceolata, patentia, ad oras et fuperiorem coftae partem fcabra, vtrinque, praecipue in inferioribus, pilis breuibus confperfa, rarius nuda. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, glabrae, laxae: fuperiori fubuentricofa. Ligula breviffima, truncata, crenulata, glabra. Spica biuncialis circiter, difticha, viridis; primo erecta, dein in-

clinata. Rachis articulata, fragilis, flexuoſa, compreſſa, margine ſcabra. Flores diſtichi, imbricati, terni: intermedio ſubſeſſili, hermaphrodito; lateralibus minoribus, breuiter pedicellatis, maſculis v. neutris. Glumae calicinae hermaphroditi lineari-lanceolatae, trinerues, ciliatae, apice in ariſtam, gluma ſua multo longiorem, deſinentes. Maſculorum exteriores ſetaceae, ſcabrae, haud ciliatae; interiores hermaphroditi glumis ſimiles, ſed anguſtiores et nonniſi interiori margine ciliatae. Glumae corollinae longitudine fere aequales, lanceolatae: exteriori dorſo glabra, ſubcarinata, neruis quinque obſoletis diſtincta, apice ariſtata, ariſta, imprimis hermaphroditi floris, validiori ac longiori, quam in glumis calicinis. Gluma corollina interior anguſtior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. Semen corolla corticatum.

Vaginae inferiores quandoque pilis breuibus conſperguntur.

2. HORDEVM *pratenſe*, glumis calicinis omnibus ſetaceis ſcabris.

α. Spiculis nudis.

Hordeum pratenſe. *Hudſ. Angl.* ed. 2. p. 56. *Smith. Britan.* 1. p. 156. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt. Ehrh. Gram.*

Hordeum ſecalinum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 475. *Hoſt. Gram.* 1. p. 26. *Koel. Gram.* p. 324. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 150. *Ejusd. N. Beytr.* 1. p. 125. *Schreb. Spic.* p. 148.

Hordeum nodoſum. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 126. excl. ſyn. Raj. (ſecund. Smithium). *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 474. (excl. pariter ſyn. Raj.)

Hordeum murinum. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 126. β.

Hordeum maritimum. *Flor. Dan.*

Hordeum ſpicis diſtichis, folliculo breui, glumis calycinis ariſtatis. *Hall. Helv.* n. 1538.

Gramen ſpicatum, ſecalinum minus. *Vaill. Paris.* p. 83. *Scheuchz. Agroſt.* p. 17.

Gramen ſecalinum, ſpicatum, minus. *Mont. Prodr.* p. 60.

Gramen ſecalinum minus pratenſe. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Host. l. c. t.* 33. *Vaill. l. c. t.* 17. *f.* 6.
Engl. Bot. t. 409. *Mont. l. c. f.* 96.
Mart. l. c. t. 108. *Moris. l. c. sect.* 8. *t.* 2. *f.* 6.
Flor. Dan. t. 630.

Exs. *Ehrh. l. c.* n. 57.

β. Spiculis pubescentibus.

Hordeum pratense. *Roth. N. Beytr.* 1. p. 124. (excl. syn.)
Hordeum maritimum. *Koel. Gram.* p. 326. (excl. syn. praeter Rothii). *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 150. (excl. syn.)

Germ. Wiesen-Gerste.

In pratis, pascuis, ad vias; solo tam sicco, quam humido.

Perennis. Flor. Iunio, Iulio.

Affine praecedenti, sed pluribus notis praeter durationem diuersum. Culmi altiores, graciliores, magis erecti et superne nudi. Vaginae teretes: superioribus minime dilatatis aut ventricosis. Spicae angustiores, plerumque purpurascentes vel e fuscescente virides. Glumae calicinae omnes aequales, angustissimae, setaceae, scabrae, nec ciliatae. Flores laterales paulo longius pedicellati, aristis vero breuioribus terminati.

Variat 1. Radice subbulbosa; 2. Foliis vaginisque nudis et pubescentibus; et 3. Spicis viridibus.

Flores laterales, qui in α. scabri et plerumque neutri, in β. pubescentes et masculi sunt. Posterioris varietatis spica vtplurimum etiam viridis apparet. Hae vero differentiae minus sufficiunt ad distinguendam speciem, praesertim cum et spicarum color et florum lateralium superficies secundum soli diuersitatem variat. Vtraque varietas duratione certe conuenit, et α. minime annua est, vt perperam putat Cl. *Rothius* (*N. Beytr.* l. c.) — *Hudsoni* et *Smithii* synonyma ad variet. α., nec β., amandanda esse credidi, quoniam in descriptione *H. pratensis*, a *Smithio* in Flora Britannica data, florum lateralium superficiei pubescentis non mentio est facta, et quoniam flosculi omnes in *Engl. Bot.* nudi repraesentantur.

3. HORDEVM *maritimum*, glumis calicinis omnibus scabris: interiori flosculorum lateralium gluma semilanceolata, reliquis setaceis.

Hordeum maritimum. *With. Britan.* ed. 3. p. 172. *Vahl. Symb.* 2. p. 25. *Smith. Britan.* 1. p. 156. *Hoſt. Gram.* 1. p. 27. *Roth. N. Beytr.* p. 127. — *Engl. Bot. Mart. Flor. Ruſt.*

Hordeum rigidum. *Roth. Catal.* 1. p. 24. *Koel. Gram.* p. 327.

Hordeum geniculatum. *Allion. Pedem.* n. 2274.

Hordeum marinum. *Hudſ. Angl.* ed. 2. p. 57. — *Dicks. Hort. Sicc.*

Gramen ſpicatum, ſecalinum, maritimum, minus. *Mont. Prodr.* p. 60. *Scheuchz. Agroſt.* p. 18.

Gramen ſecalinum maritimum minus. *Moris. Hiſt.* 3.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1205. *Hoſt. l. c. t.* 35. *Mart. l. c. t.* 44. *Allion. l. c. t.* 91. *f.* 3. *Mont. l. c. f.* 93. *Moris. l. c. ſect.* 8. *t.* 6. *f.* 5.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 5. n. 4.

Germ. Meerſtrands-Gerſte.

Ad litora marina Ducat. Oldenburgenſis (*Trentepohl*), Dynaſt. Jeveranae (*Jürgens*), Holſatiae (*Mohr*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Duratione et ſpicarum colore *H. murino*, ſpiculis brevius ariſtatis et glumis calicinis ſcabris *H. pratenſi* conuenit. Ab vtroque diſcernitur culmis digitalibus, ſesquidigitalibus, rarius altioribus, ad genicula infractis, plerumque procumbentibus; foliis minoribus; ſpica duplo minori, rigidiori, vix e folii ſuperioris vagina egrediente et florum lateralium glumis interioribus ſemilanceolatis, qua nota etiam, vt et germine non fungiformi, ab *Hord. Hyſtrice* Roth. diſtinguitur.

In *Willdenowii Spec. Plant. edit.* T. 1. p. 475. eſt *H. maritimum* cum praecedentis variat β. confuſum.

69. AEGILOPS Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 1572. Iuſſ. Gen. p. 30. Vent. Tabl. 2. p. 103. Gaertn. Fruct. 2. p. 467. t. 175.

Cal. oppoſitus, biualuis, tri-quadriflorus, ventricoſus, coriaceus, truncatus, corollaque apice ariſtatus, ariſtis variis. *Cor.* biualuis. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. AEGILOPS *ouata*, ſpica ouata, glumis calicinis tri-quadriariſtatis.

Aegilops ouata. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 316. *Hoſt. Gram.* 2. p. 5. *Koel. Gram.* p. 356. *Roth. in Vſt. Annal. Bot.* faſc. 4. p. 41.

Phleum Aegylops. *Scop. Carn.* n. 78.

Gramen ſecalinum, ſpica ex duobus tantum vel tribus locuſtis duris, et craſſis congeſta. *Mont. Prodr.* p. 61.

Gramen ſpicatum durioribus et craſſioribus locuſtis, ſpica breui. *Scheuchz. Agroſt.* p. 11.

Feſtuca graminea annua ſiue Aegilops capitulis duris. *Moris. Hiſt.* 3.

Feſtuca, ſiue Aegilops altera capitulis duris. *C. Bauh. Theatr.* p. 151. c. ic.

Aegylops peregrina. *Tabern. Kräuterb.* p. 545. c. ic.

Aegylops narbonenſis. *Lob. Hiſt.* p. 20. c. ic.

Feſtuca ſiue Aegylops narbonenſis. *Lob. Ic.* 1. p. 34.

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 5. *C. Bauh. l. c.*
Mont. l. c. f. 89. *Tabern. l. c.*
Scheuchz. l. c. t. 1. *f.* 2. *Lob. Hiſt. l. c.*
Moris. l. c. ſect. 8. *t.* 7. *f.* 10. *Ejusd. Ic. l. c.*

Germ. Eiförmiger Walch.

In cultis Litoralis, Iſtriae, Foriiulii (*Scopoli, Hoſt*).

Annua. Flor. Maio.

Radix fibroſa. Culmi plures, in ceſpitem coniuncti, ſemipedales, pedales, ad genicula inferiora infracti, ceterum erecti, teretes, ſtriati, glabri, ſimplices et ramoſi ſimplicibus immixti. Folia linearia, acuta, baſi carinata, dein plana, ad oras et ſuperiorem coſtae partem ſcabra, modo vtrinque, modo facie tantum pilis breuibus inſperſa, cum vaginis et reliquis plantae partibus ex glauco- vel pallide viridia. Vaginae laxae, teretes, ſtriatae, glabrae aut magis vel minus piloſae. Ligula breuiſſima, truncata, pilis longis ciliata. Spica ouata, e tribus vel quatuor ſpiculis compoſita. Rachis breuis, ſubflexuoſa, lata, alternatim latere altero (cui ſpiculae appreſſae) plana et flaueſcens, altero ſ. exteriori conuexiuſcula et neruis ſcabris, albidis notata. Spiculae ouatae, ventricoſae, alternae, ſeſſiles, appreſſae, ſolitariae, tri-, rarius quadriflorae. Floſculi duo inferiores hermaphroditi;

tertius masculus; quartus (ſi adeſt) pariter ſterilis. Spicula terminalis plerumque tantum biflora, flosculo altero hermaphrodito, altero masculo. Glumae calicinae aequales, coriaceae, dorſo conuexae, ſcabriuſculae, pubeſcentes, virides, neruis pluribus, eminentibus, albidis diſtinctae, apice truncatae atque ariſtis tribus, rarius quatuor, vnciam et vltra longis, rectis inſtructae. Corolla calice paulo maior, glumis duabus, ſubaequalibus, tenuioribus: exterior dorſo conuexa, obſolete pubeſcens et neruis paucioribus et minus eminentibus percurſa, apice pariter truncata et bi- rarius triariſtata, ariſtis flosculorum fertilium calicinas fere aequantibus, ſterilium multo minoribus. Interior gluma anguſtior, albida, apice bifida, dorſo plana, vtrinque inflexa, ad flexurae angulos viridis et ciliata. Semen corolla tectum.

Aegilops geniculata Roth. *Abhandl.* p. 45. eſt procul dubio eadem cum *A. ouata.* Haec enim, aeque ac *triuncialis* in Europa auſtrali radice annua gaudet; in noſtris vero regionibus cultae, potius biennes videntur.

2. AEGILOPS *triuncialis*, ſpica cilindracea, glumis calicinis bi-triariſtatis.

Aegilops triuncialis. *Spec. Plant. ed. Reich.* 4. p. 316. *Hoſt. Gram.* 2. p. 6. *Schkuhr. Handb.* 3. p. 529. *Schreb. Gram.* 1. p. 80. — *Kniph. Origin. ed. Tramp.*

Aegilops elongata. *Koel. Gram.* p. 358.

Gramen ſpicatum durioribus et craſſioribus ariſtis, ſpica longiſſima. *Scheuchz. Agroſt.* p. 12. *Vaill. Par.*

Ic. *Hoſt. l. c. t.* 6. *Schreb. l. c. t.* 10. *f.* 1.
Schkuhr. l. c. t. 344. *Vaill. l. c. t.* 17. *f.* 1.

Ect. *Kniph. l. c. Cent.* 11. n. 1.

Germ. Langgranniger Walch.

In agris, vineis, ad vias Iſtriae prope Pola, Dignano, alibique (*Hoſt*).

Annua. Flor. Iunio.

Habitus praecedentis. Culmi altiores; ſpicae maiores, cilindraceae, quinque ad ſeptem ſpiculas continentes, aeque ac rachis, magis ſcabrae. Ligula breuiſſima, crenulata, haud ciliata. Spiculae oblongae, triquadriflorae. Flosculi duo inferiores ſubſeſſiles, her-

maphroditi; tertius pedicello f. axi pubefcenti infidens, plerumque masculus; vltimus (fi adeft) flosculi tantum rudimentum conftituens. Glumae calicinae bi- aut triariftatae, arifta intermedia faepe minori. Corollae maiores: gluma exteriori flosculorum inferiorum et fertilium ariftis duabus breuibus et vnico plerumque dente laterali armata; in tertio flosculo gluma exterior minor, anguftior et breuius ariftata.

Spicula vna alterave inferiorum quandoque imperfecta et fterilis reperitur.

70. ROTTBOELLIA Linn. fil.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 1573. Iuff. Gen. p. 31. Vent. Tabl. 2. p. 103.

Cal. lateralis, vni-biualuis, vni-biflorus. *Cor.* biualuis. *Sem.* corolla corticatum. Flores racheos articulorum fcrobiculis infidentes.

1. ROTTBOELLIA *incuruata*, calice biualui, fpiculis vnifloris muticis.

Rottboellia incuruata. *Linn. Suppl.* p. 114. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 463. *Hoft. Gram.* 1. p. 18. *Smith. Britan.* 1. p. 151. *Desfont. Atlant.* 1. p. 110. *Cavan. Ic.* 3. p. 7. — *Engl. Bot. Flor. Dan.*

Aegilops incuruata. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 1490.

Gramen loliaceum, maritimum, fcorpioides. *Scheuchz. Agroft.* p. 42.

Gramen loliaceum maritimum fpicis articulatis. *Moris. Hift.* 3. *Mont. Prodr.* p. 43.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 23. — *Mont. l. c. f.* 29.
Engl. Bot. t. 760. — *Scheuchz. l. c. t.* 2. *f.* 1. A. B.
Cavan. l. c. t. 213. — *Moris. l. c. fect.* 8. *t.* 2. *f.* 8.
Flor. Dan. t. 938.

Germ. Einwärtsgebogene Rottboellie.

In Iftriae maritimis (*Hoft*).

Annua. Flor. Maio.

Radix fibrofa, plures culmos variae altitudinis fuftinens. Culmi fubcompreffi, laeuiffimi, nitidi, geni-

culati, ad geniculos infracti, baſi procumbentes, ſuperiori parte adſcendentes, ramoſi, in ſteriliori ſolo minus diuiſi et humiliores. Folia linearia, acuta, breuia, patentia, plana, dorſo glabra, facie et ad oras ſcabra. Vaginae tumidiuſculae, compreſſae, ſtriatae, glabrae, ligula breuiſſima, truncata. Spica ſubulata, teres, glabra, plerumque incurnata. Rachis glabra, ſtriata, articulata, articulis alternatim excauatis. Spiculae acutae, muticae, vniflorae: ſingulae ſingulis articulorum ſcrobiculis exceptae. Calicis glumae duae, foueam ſ. ſcrobiculum arcte claudentes, ſub antheſi vero patentes, cartilagineae, ſubaequales, lanceolatae, acutae, margine membranaceae, trinerues, inter neruos ſtriatae, glabrae, ſubinde ſcabriuſculae. Glumae corollinae minores, membranaceae, lanceolatae, acutae, glabrae, inaequales: exteriori maiori, dorſo conuexa, vnico neruo notata: interiori minori, anguſtiori, apice bifida, ad flexurae angulos tenuiſſime ciliata. Semen corolla corticatum.

Varietatem ſpicis craſſioribus et rigidioribus, in Gallia lectam, communicauit Cl. *Flügge*.

2. ROTTBOELLIA *monandra*, calice vniualui, ſpiculis vni-bifloris ariſtatis.

Rottboellia monandra. *Cavan. Icon.* 1. p. 27.

Nardus ariſtata. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 315. *Villars. Delph.* 1. p. 58.

Gramen exile arundinaceum minimum, acumine reflexo. *Bocc. Muſ.* 2. p. 74. c. ic. *Scheuchz. Agroſt.* p. 41.

Gramen iunceum nodoſum minimum capillare. *Barrel. Ic.*

Ic. *Cavan. l. c. t.* 39. *f.* 1. *Bocc. l. c. t.* 57.
Villars. l. c. t. 2. *Barrel. l. c. t.* 117. *f.* 1.
Scheuchz. l. c. t. 1. *f.* 7. K.

Germ. Einfädige Rottboellie.

In apricis, ſiccis Iſtriae circa Petinam et Piſinum (*Hoſt*).

Annua. Flor. Maiò, Iunio.

Culmi quam in praecedente tenuiores, magis erecti et teretes. Folia anguſtiora, glabra. Vaginae teretes, pariter glabrae. Spicae graciliores, longiores; primo erectae, dein flexuoſae, apice plerumque recuruato.

Rachis ſcabra, vt in praecedente alternatim excavata ad ſpiculas recipiendas. Spiculae acuminatae, ariſtatae, biflorae, exceptis terminalibus vnifloris, ſubinde nonniſi vna vel altera inferiorum biflora, reliquis omnibus vnifloris. Floſculi monandri: altero ſ. inferiori maiori, ſeſſili; altero, ſi adeſt, minori, pedicellato. Calicis gluma vnica, ouata, acuta, floſculis multo minor. Glumae corollinae ſubaequales, lanceolatae, acuminatae: exteriori maiori, compreſſa, ad ſuperiorem carinae partem ſcabra, vninerui, apice ariſtata, ariſta gluma ſua paulo breuiori, recta, ſcabra; interiori anguſtiori, mutica, margine vtrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Culmi a triunciali ad ſemipedalem fere altitudinem variant.

Hanc cum *R. incurvata* KOELERUS in *Graminum Deſcriptione* p. 314. ſub *Nardo ariſtato* confundit et radicem in vtrisque ſpeciebus omnino annuam, perperam perennem dicit.

71. LAPPAGO Schreb.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 131.

Cal. biualuis, vniflorus, valuula exteriori maiori, cartilaginea, echinata; interiori minutiſſima, nuda. *Cor.* biualuis nuda. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1. LAPPAGO *racemoſa.*

Lappago racemoſa. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 484. *Hoſt. Gram.* 1. p. 28.

Cenchrus racemoſus. *Linn. Spec. Plant.* ed. 2. p. 1487. *Schreb. Gram.* 1. p. 45.

Phalaris muricata. *Forsk. Deſcr.* p. 202.

Tragus. *Hall. Helv.* n. 1413. *Koel. Gram.* p. 379.

Gramen caninum, maritimum, ſpica echinata. *Scheuchz. Agroſt.* p. 76.

Gramen caninum maritimum ſpicatum echinatis glumis. *Barrel. Ic.*

Gramen caninum maritimum aſperum. *C. Bauh. Prodr.* p. 2. c. ic.

Ic. *Host. l. c. t.* 36.
Schreb. l. c. t. 4.
Scheuchz. l. c. t. 2. *f.* 7.
C. D.
Barrel. l. c. t. 718.
C. Bauh. l. c.

Germ. Traubenblüthiges Stachelgras.

In asperis, ad sepes, vias Litoralis, Istriae, Foriiulii (*Host*).

Annua. Flor. Maio, Iunio.

Radix fibrosa, plures culmos in cespitem coniunctos sustinens. Culmi subcompressi, striati, glaberrimi, simplices vel ramosi, ad genicula infracti, procumbentes, tri-quadriunciales, in solo fertiliori altiores et magis erecti. Folia firma, linearia, acuminata, facie et dorso scabriuscula, ad oras pilis breuibus, rigidulis ciliata, plana, immixtis saepe nonnullis vndulatis: media longiora; inferiora et superiora breuiora. Vaginae laxae, subcompressae, striatae, glabrae: suprema longissima, dilatata. Ligulae loco pilorum series. Racemus, erectus, purpurascens, semuncialis vel vncialis longitudinis, inferiori parte plerumque vagina vestitus. Rachis flexuosa, angulata, ad angulos pilis breuibus rigidulis pubescens. Rami alterni, breues, simili villo, vt rachis, conspersi: terminales vtplurimum tres tantum, reliqui quatuor vel quinque flores gerunt. Flores singulorum ramorum primo quasi in spiculam, rachi appressam, conniuent, dein secedunt et horizontaliter patent. Calicis gluma exterior ouato-lanceolata, acuta, cartilaginea, purpurascens, dorso conuexa, 5-7-neruis, neruis eleuatis et aculeis vncinatis, plerumque simplicibus obsessis; interior exteriori fere conformis, sed longe minor, vnineruis, glabra, alba, basi sua basin glumae maioris amplectens. Corolla e glumis duabus, lanceolatis, membranaceis, diaphanis: exteriori glumae calicinae maiori opposita, eiusdem fere longitudinis, compressa, vninerui, ad superiorem carinae partem scabriuscula, ceterum glabra; interiori minori, obtusiori, dorso conuexa, tota glabra, in sinu glumae calicinae maioris latitante. Semen corolla tectum.

Variat quandoque culmis et vaginis, praesertim inferioribus, magis vel minus purpurascentibus.

III. TRIGYNIA.

72. MONTIA Mich.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 133. Iuff. Gen. p. 313. Vent. Tabl. 3. p. 261. Gaertn. Fruct. 2. p. 220. t. 129.

Cal. diphyllus. *Cor.* monopetala, irregularis. *Capſ.* vnilocularis. triualuis, triſperma.

1. MONTIA *fontana.*

Montia fontana. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 487. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 158. *Hall. Helv.* n. 301.

α. Minor.

Montia fontana. *Smith. Britan.* 1. p. 161. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 63. *Pollich. Palat.* n. 134. — *Engl. Bot. Curt. Lond. Flor. Dan. Ehrh. Gram.*

Montia aquatica, minor. *Mich. Gen.* p. 18.

Cameraria aruenſis et minor. *Dill. Gieſſ.* p. 46. et *App.* p. 114.

Alſinoides annua verna. *Vaill. Par.*

Alſineformis paludoſa tricarpos, flosculis albis inapertis. *Pluk. Phyt.*

Ic. *Engl. Bot. t.* 1206. *Mich. l. c. t.* 13. *f.* 2.
Curt. l. c. faſc. 32. *Dill. l. c. t.* 6.
Flor. Dan. t. 131. *Vaill. l. c. t.* 3. *f.* 4.
Schkuhr. l. c. t. 20. *Pluk. l. c. t.* 7. *f.* 5.

Exſ. *Ehrh. l. c.* n. 72.

β. Maior.

Montia aquatica, maior. *Mich. Gen.* p. 18.

Ic. *Mich. l. c. t.* 13. *f.* 1.

Germ. Quell-Montie.

Ad fontes, ſcaturigines, riuulos, alibique in locis humidis. Perennis. Flor. a vere ad autumnum.

Planta ſucculenta, glabra. Caules plures, tenues, ramoſiſſimi, teretes, folioſi, in locis minus aquoſis procumbentes et radicantes fibris e geniculis terrae immiſſis, in aquis profundioribus erecti et magis elongati. Folia oblongo-obouata, fere ſpatulata, obtuſa, integerrima. Pedunculi ex axillis ſuperioribus et caulis ſummitate prouenientes, vniflori, bractea minuta ſuffulti. Flores parui, albi; ſub antheſi erecti, poſt antheſin nutantes. Foliola calicina ouata, concaua, obtuſa. Corolla quinquepartita, laciniis

inaequalibus. Capſula matura cernua, ſubglobofa, calice perſiſtente obuoluta. Semina ſubreniformia, tuberculato-ſcabra, nigra.

β. vix, niſi magnitudine omnium partium diuerſa.

Variat calice triphyllo et ſtaminibus quinque.

73. HOLOSTEVM Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 136. Iuſſ. Gen. p. 299. Vent. Tabl. 3. p. 237. Gaertn. Fruct. 2. p. 231. t. 130.

Cal. pentaphyllus. *Pet.* 5. *Capſ.* vnilocularis, apice ſexualuis, polyſperma.

1. HOLOSTEVM *vmbellatum.*

Holoſteum vmbellatum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 489. *Smith. Britan.* 1. p. 161. *Roth. Germ.* T. 2. P. 1. p. 157. *Schkuhr. Handb.* 1. p. 64. *Krock. Siles.* n. 197. *Pollich. Palat.* n. 135. — *Engl. Bot.* *Flor. Dan.*

Ceraſtium vmbellatum. *Dicks. Hort. Sicc.*

Alſine floribus vmbellatis, petalis ſerratis. *Hall. Helv.* n. 879.

Holoſteum, quae Alſine verna glabra, floribus vmbellatis. *Dill. Gieſſ.* p. 41. et *App.* p. 130.

Caryophyllus aruenſis vmbelliferus. *I. Bauh. Hiſt.* 3. p. 361. c. ic.

Ic. *Gaertn. l. c. t.* 130. *Krock. l. c. t.* 31.
Engl. Bot. t. 27. *Dill. l. c. t.* 6.
Flor. Dan. t. 1204. *I. Bauh. l. c.*
Schkuhr. l. c. t. 20.

Exſ. *Dicks. l. c. faſc.* 2. n. 5.

Germ. Doldenförmige Spurre.

In aruis, agris, muris, ruderatis vbique.

Annua. Flor. Martio, Aprili.

Radix parua, fibroſa, plures caules variae altitudinis proferens. Caules adſcendentes, dein magis erecti, ſimplices, teretes, folioſi; nunc toti, nunc apicem verſus pubeſcenti-viſcidi. Folia integerrima, acutiuſcula, parum ſucculenta, glabra, glaucefcentia: radicalia plura in petiolum attenuata; caulina rariora, oppoſita, oblonga vel ex oblongo lanceolata. Vmbella ſimplex, terminalis, e 3 ad 7 pedunculis compoſita. Pedunculi inaequales, teretes, pubeſcenti-viſcidi, bracteati: floriferi erecti; fructiferi elongati et ad vnum latus retrofracti. Calix perſiſtens. Flores

albi, quandoque rofei coloris. Petala aequalia, apice crenulata vel incifa. Capfula oblongo-ouata, vnilocularis, apice fexualuis. Semina numerofa, fubouata, compreffo-trigona, tuberculofo-fcabra, rufefcentia. Stamina et ftili fubinde quatuor vel quinque obferuantur.

74. POLYCARPON Linn.

Gen. Plant. ed. Schreb. n. 138. Iuff. Gen. p. 299. Vent. Tabl. 3. p. 237. Gaertn. Fruct. 2. p. 224. t. 129.

Cal. pentaphyllus. *Pet.* 5, minima ouata. *Capf.* vnilocularis, triualuis. *Sem.* plurima.

1. POLYCARPON *tetraphyllum.*

Polycarpon tetraphyllum. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 490. *Smith. Britan.* 1. p. 162. *Desfont. Atlant.* 1. p. 115. *Krock. Silef.* n. 198. — *Engl. Bot. Dicks. Hort. Sicc.*

Anthyllis Alfinefolia polygonoides maior. *Barrel. Ic.*

Paronychia Alfinefolia incana. *I. Bauh. Hift.* 3. p. 366. c. ic.

Paronychia altera. *Dalech. Hift.* p. 1213. c. ic.

Ic. *Engl. Bot. t.* 1031. *I. Bauh. l. c.*
Krock. l. c. t. 32. *Dalech. l. c.*
Barrel. l. c. t. 534.

Exf. *Dicks. l. c. fafc.* 17. n. 6.

Germ. Vierblättriges Nagelkraut.

In agris, arenofis, vineis Litoralis (*Hoft*), Silefiae (*Krocker*).

Annua. Flor. aeftate.

Radix parua. Caulis teres, glaber, foliofus, ramofiffimus, ramis dichotomis, diffufis, erectis vel procumbentibus. Folia obouata, obtufa, in petiolum attenuata, integerrima, fubcarnofa, glabra; plerumque quaterna, in ramulis exteriobus tantum oppofita. Stipulae et bracteae acuminatae, fcariofae, albae, integrae vel lacerae. Flores parui, numerofi, paniculato-corymbofi, terminales. Foliola calicina perfiftentia, acuta, carinata, albo-marginata. Petala calice minora, alba, fugacia, rarius emarginata. Capfula parua, ouata, vnilocularis, triualuis, valuulis poft dehifcentiam margine inuolutis. Semina plura, minutiffima, fcabra.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 9. OLEA *europaea*, ſynonymis adde: *Wulf. Plant. Rar.* p. 1.

— 32. VERONICA *officinalis*, lin. 16. loco repens, lege: fibroſo-ramoſa.

— 53. PINGVICVLA *flaueſcens*, loco natali adde: Tyrolis (*Schoepfer*).

— 67. SALVIA *Sclarea*, ſynonymis adde: *Wulf. Plant. Rar.* p. 2.

— 68. — — ad finem lin. 13: — Secundum *Wulfenium Salv. haematodes Scop. Carn.* n. 36. eſt forte eadem cum *Sclarea*.

— 71 – 73. LEMNAE ſpecierum ſynonymis adde: *Wolff. Comm. de Lemn.*

— 75. CLADIVM *germanicum*, ſynon. et icon. adde: Schoenus Mariscus *Hoſt. Gram.* 3. p. 37. t. 53.

— 83. lin. 8. 9. loco *Holcus odoratus* et *repens*, lege: *Holcus auſtralis* et *borealis*.

— 99. CROCVS *vernus*, locis natalibus adde: Tyrolis (*Schoepfer*).

— 113. SCHOENVS *nigricans*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 37. t. 54. et Melanoſchoenus paluſtris, anguſtifolius, iunci facie, lithoſpermi ſemine. *Zannich. Iſt.* p. 183. t. 41.

— 116. CYPERVS *auſtralis*, ſynon. et icon. adde: Cyperus glomeratus Hoſt. Gram. 3. p. 48. (excl. Linn. ſyn.) t. 71. — Locis natalib. adde: Tyrolis (*I. Vaena*). — lin. 22. loco perennis, lege: annua.

— 117. CYPERVS *flaueſcens*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 48. t. 72.

— 118. CYPERVS *fuſcus*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 49. t. 73.

— 119. CYPERVS *eſculentus*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 50. t. 75.

Pag. 121. CYPERVS *longus*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 51. t. 76.

— 123. SCIRPVS *ceſpitoſus* α., ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 40. t. 59.

— 125. SCIRPVS *Baeothryon* α., ſynon. et icon. adde: Scirpus pauciflorus *Hoſt. Gram.* 3. p. 40. t. 58.

— 127. SCIRPVS *paluſtris* α., ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 38. t. 55.

— 129. SCIRPVS *ouatus*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 38. t. 56. — Locis natal.: Moraviae et Bohemiae (*Hoſt*).

— 130. SCIRPVS *acicularis*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 41. t. 60.

— 132. SCIRPVS *caricinus*, ſynon. et icon. adde: Scirpus caricis *Hoſt. Gram.* 3. p. 39. t. 57.

— 134. SCIRPVS *lacuſtris* α., ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 41. t. 61. fig. dextr.

— 135. SCIRPVS *Holoſchoenus* α., ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 42. t. 62.

— 137. SCIRPVS *ſetaceus*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 44. t. 65.

— 138. SCIRPVS *ſupinus*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 43. t. 64. et *Hopp. in Bibl. Bot. Soc. Ratisb.* 1804. p. 357. cum icone. — Loc. natal. ſequent. modo emend.: In vliginoſis et inundatis Auſtriae (Hoſt), prop. Ratisbonam verſus Heiſing (Sternberg et Düval) et Marchiae Brandenburgicae prope Prenzlow (Müller).

— 140. SCIRPVS *triqueter*, ſynon. et icon. adde: Scirpus mucronatus *Hoſt. Gram.* 3. p. 44. (excl. ſyn.) t. 66.

— 143. ante *Scirp. maritimum* inſerendum:

15 b. SCIRPVS *annuus*, culmo ſubtriquetro, vaginis foliiferis, cyma terminali ſimplici et compoſita involucro 2-3phyllo cincta, ſpiculis ſolitariis oblongo-ouatis, glumis mucronatis, fructu coſtato.

Scirpus annuus. *Allion. Pedem.* n. 2371. *Bellard.* in *Act. Taurin.* 5. p. 211. *Desfont. Atlant.* 1. p. 51. *Host. Gram.* 3. p. 42.

Scirpo-Cyperus aquaticus annuus minimus, capitulis ferrugineis, femine ftriato pulchro. *Mich. Gen.* p. 49.

Ic. *Host l. c. t.* 63. *Allion. l. c. t.* 88. *f.* 5.

Germ. Jährige Binfe.
In humidis Tyrolis calidioris (*I. Vaena*).
Annua. Flor. Augufto, Septembri.
Radix fibrofa. Culmi plures, 5-6 unciales, tenues, erectiufculi, fubtriquetri, ftriati, glabri, inferne vaginati, ceterum nudi. Folia linearia, anguftiffima, acuta, laxa, primo canaliculata, dein planiufcula, inferne, vt vaginae, pilis breuibus, fparfis obfeffa, ad oras fcabra. Vaginae tenuiffimae, ftriatae. Involucrum conftituunt folia duo aut tria, reliquis conformia, inaequalia, quorum vnicum multo maius, cymam fuperat. Cyma terminalis, fimplex et compofita. Pedunculi inaequilonges, compreffo-triquetri, ftriati, glabri, ochrea laxa, pilofiufcula, rufefcente vaginati: alii, et quidem longiores, cymam partialem gerentes; alii fimplices, breuiores, vnica tantum fpicula terminati; vel omnes fimplices et fpiculas folitarias gerentes. Spiculae, excepta vnica centrali feffili, pedunculatae, fquamula parua, acuminata fuffultae; primo ouatae, dein oblongo-ouatae. Glumae lato-ouatae, nitidae, ferrugineae, neruo dorfali viridi, in mucronem breuem definente, percurfae: fuperioribus fenfim minoribus, obtufioribus. Stamina tria, fubinde duo. Stigmata tria. Nux minutiffima, obouata, fubtrigona, rugofula, longitudinaliter coftata, pallide fufca, nitida. Setae nullae. — Variat culmis humilioribus et cyma fimplici pauciflora.

Pag. 143. SCIRPVS *maritimus*, fynon. et icon. adde: *Host. Gram.* 3. p. 45. t. 67.

— 145. SCIRPVS *filuaticus*, fynon. et icon. adde: *Host. Gram.* 3. p. 46. t. 68.

— 147. SCIRPVS *michelianus*, fynon. et icon. adde: *Host. Gram.* 3. p. 47. t. 69.

— 171. ALOPECVRVS *agreftis*, fynon. et icon. adde: *Host. Gram.* 3. p. 9. t. 12.

Pag. 174. ALOPECVRVS *vtriculatus*, ſynon. et icon. adde: Phalaris vtriculata *Hoſt. Gram.* 3. p. 6. t. 7.

— 182. PHLEVM *pratenſe* α., ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 7. t. 9.

— 184. PHLEVM *alpinum*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 8. t. 10.

— 185. Ad finem lin. 17. adde: — Huic proxime accedit *Phleum echinatum*, (racemo ſpicato ſubouato, calicibus truncatis mucronato - ariſtatis, ariſtis calice longioribus, radice annua) *Hoſt. Gram.* p. 8. t. 11. in Dalmatia creſcens et primo vere florens.

— 193. POLYPOGON *monspelienſis* α., ſynon. et icon. adde: Agroſtis panicea *Hoſt. Gram.* 3. p. 32. t. 46. — lin. 19. loco in agro Tergeſtino, lege: In Iſtriae incultis.

— 194. MILIVM *lendigerum*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 17. t. 24.

— 195. MILIVM *multiflorum*, ſynon. et icon. adde: Agroſtis miliacea *Hoſt. Gram.* 3. p. 31. t. 45. — Loco natali: in ſiluaticis Tyrolis calidioris (*I. Vaena*).

— 196. MILIVM *paradoxum*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 16. t. 23.

— 197. MILIVM *effuſum*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 16. t. 22.

— 200. TRICHODIVM *alpinum*, ſynon. et icon. adde: Agroſtis alpina *Hoſt. Gram.* 3. p. 34. t. 49.

— 201. TRICHODIVM *rupeſtre*, ſynon. et icon. adde: Agroſtis rupeſtris *Hoſt. Gram.* 3. p. 34. t. 50.

— 203. AGROSTIS *Spica venti*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 32. t. 47.

— 204. AGROSTIS *interrupta*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 33. t. 48. — Loco natali p. 205. lin. 2.: et ad vias agri Vindobonenſis (*Hoſt*).

Pag. 227. ad finem defcriptionis *Sachari cilindrici* inferatur:

2. SACHARVM *Ravennae*, panicula ramofiffima, foliis canaliculatis, corolla triualui.

Andropogon Ravennae. *Spec. Plant. ed. Willd.* 1. p. 323.

Sacharum Ravennae. *Hoft. Gram.* 3. p. 1.

Arundo farcta alpium Ravennae. *Seguier. Veron.* 1. p. 361.

Arundo farcta vallium Ravennae, Zanoni. *Moris. Hift.* 3. p. 221.

Gramen arundinaceum, plumofum, album. *C. Bauh. Prodr.* p. 14. *Ejusd. Theatr.* p. 95. *Scheuchz. Agroft.* p. 136. *Zannon. Ift.* p. 126.

Ic. *Hoft. l. c. t.* 1. *Scheuchz. l. c. t.* 3. *f.* 7. *A. B.* *Zannon. l. c. t.* 52. *f.* 2.

Germ. Ravenna - Zuckerrohr.

In arenofis infularum maris adriatici, Foriiulii et locorum adiacentium (*Hoft*).

Perennis. Flor. Julio, Augufto.

Radix craffa, lignefcens, fibris copiofis aucta. Culmi 3-4pedales, firmi, teretes, ftriati, glabri, medulla fpongiofa farcti. Folia longiffima, firma, linearia, acuminata, bafi attenuata, ftriata, fcabra, ad oras hifpida, cofta fupra alba, fubtus viridi et prominente longitudinaliter vsque fere ad apicem percurfa: iuniora anguftiora; adultiora breuiora, latiora, magis plana. Vaginae fubcompreffae, ftriatae, pilofae. Panicula pedalis et vltra longitudinis, ramofiffima, ftricta, fub anthefi patens, contracta ante et poft anthefin. Rachis inter ramorum infertionem hinc conuexa, inde canaliculata, fuperiori tamen parte magis angulata. Rami, vt fuperior racheos pars, fcabri, ramulofi, prope bafin et ad ramulorum exortum pilis longis ftipati. Ramuli magis fcabri et infuper pilis infperfi. Flofculi ariftati, purpurei, dein pallefcentes, pedicellis breuibus pilofis fuffulti. Glumae calicinae margine interiori et carina fcabrae, plerumque trinerues, a bafi ad medium pilis calicem vix fuperantibus veftitae: exteriori acuminata; interiori breuius ariftata. Corolla e glumis tribus, inaequalibus, calice tenuioribus, compofita. Glumae

duae exteriores tertiam minorem includentes, carina ſcabrae, margine interiori ciliatae, in ariſtam inaequalis longitudinis, calicem vero excedentem attenuatae. Gluma tertia mutica, ſuperne obſolete ciliata, apice bifida. Germen, obſeruante Cl. *Hostio*, ſquamis duabus truncatis cinctum. Reliqua vt in *Sach. cilindrico*.

Pag. 231. STIPA *capillata*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 4. t. 5.

— 232. ANDRPOGON *diſtachyos*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 2. t. 2. — lin. 6. a fine loco in graminoſis agri fluminenſis, ponatur: In herbidis Litoralis, inſularum maris adriatici (*Hoſt*).

— 242. PANICVM *hirtellum*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 36. t. 52.

— 245. PANICVM *crus galli*, ad finem lin. 6. ab infra adde: — Specie etiam vix differre videtur *Panicum ſtagninum Host. Gram.* 3. p. 35. t. 51.

— 252. HOLCVS *borealis*, ſynon. et icon. adde: Holcus repens *Hoſt. Gram.* 3. p. 3. t. 3.

— 256. AIRA *glauca*, locus natalis ſequenti modo emendandus: In arenoſis prope Ratisbonam (*Hoppe*) — in Haſſia pr. Rotenburgum (*Conſtantini*) — prope Wittebergam (*Schkuhr*).

— 277. SESLERIA *echinata*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 6. t. 8.

— 291. POA *laxa*, lin. 3. loco ſubpente, lege: ſubrepente.

— 292. POA *laxa*, ad finem lin. 5. adde: — Variat ſubinde ſpiculis 5-6floris.

— 292. pone lin. 10. inferatur:

11. b. POA *ceniſia*, panicula diffuſa nutante, ſpiculis oblongis 5-7floris, floſculis baſi villo connexis, ligula breui, radice fibroſa.

Poa ceniſia. *Allion. Auctar.* p. 40. *Hoſt. Gram.* 3. p. 11. Ic. *Hoſt. l. c. t.* 16.

Germ. Cenifiſches Riſpengras.
In Carinthiae alpibus *auf dem Tauern zu Heiligenblut* (*Hoſt*).
Perennis. Flor. Iulio, Auguſto.
Medium tenet locum inter *Poam laxam* et *alpinam.* A priori, cui proxima eſt, differt culmis duplo altioribus, ſuperne teretibus; ligula breui; panicula 2-3unciali, multiflora, diffuſa et nonniſi ante et poſt anthelin contracta; ſpiculis maioribus, oblongis, 5-7floris. A poſteriori praeter alias notas imprimis diſtinguitur panicula nutante, ſpiculis oblongis et floſculis liberis.

Pag. 295. POA *ſudetica*, ſynon. et icon. adde: *Hoſt. Gram.* 3. p. 9. t. 13.

— 299. POA *ſerotina*, ſynon. et icon. adde: Poa fertilis *Hoſt. Gram.* 3. p. 10. t. 14.

— 343. FESTVCA *gracilis*, lin. 5. ab infra loco remotius-erectis, lege: remotiuſculis erectis.

— 358. BROMVS *erectus*, lin. 13. ad finem adde: — Bohemiae (*Schmidt*).

— 382. AVENA *planiculmis*, ad finem lin. 2. adde: inque Moravia (*Schott*).

— 392. TRITICVM *rigidum.* — Synon. adde: Triticum iunceum *Schoepf. Tyrol.* 1. p. 25. (excl. ſyn.) — Loc. natali addatur: in Tyroli (*Schoepfer*) et prope Moguntiam (*Koeler*).

— 394. TRITICVM *rigidum*, ad finem lin. 5. adde: Cl. KOELER hanc ſpeciem in deſcriptione et ſynonymis allatis cum vero *iunceo* confudit.

EXPLICATIO ICONVM.

TAB. I.

Fig. 1. SCIRPVS SVPINVS.

a. Planta mediae magnitudinis, magn. nat.

b. Squama cum genitalibus masculis et femineis, ab interiori parte viſa, magn. auct.

c. Piſtillum ſeorſim, magn. auct.

d. Squama a dorſo viſa, magn. valde auct.

e. Fructus, magn. valde auctus.

Fig. 2. PHLEVM MICHELII.

a. Panicula ſubſpicata, magn. nat.

b. Huius ramus cum racheos parte adhaerente, magn. auct.

c. Calix ſeorſim, magn. nat.

d. Idem magn. auct.

e. Corolla, magn. nat.

f. Eadem magn. auct.

g. Gluma corollina a dorſo viſa, vt ariſtae inſertio melius perſpiceretur, magn. auct.

h. Ariſta ſeorſim, magn. valde aucta.

Fig. 3. SCIRPVS RVFVS.

a. Planta, magn. nat.

b. Squama cum genitalibus, magn. paululum auct.

c. Genitalia ſeorſim, magn. paululum auct.

Fig. 4. SCOENVS FERRVGINEVS.

a. Planta mediae magnitudinis, magn. nat.

b. Spicula ſolitaria, magn. nat.

c. Huius ſquamae, magn. nat.

d. Nux ſetis et filamentis marceſcentibus cincta, magn. nat.

e. Eadem magn. auct.

TAB. II.

Fig. 1. AGROSTIS ALBA α.

a. Panicula florens, magn. nat.

b. Flos ſeorſim cum genitalibus exſertis, magn. nat.

c. Idem ſtaminibus incluſis, magn. auct.

d. Calix, magn. nat.

e. Idem auctus.

f. Corolla, a latere viſa. } vtraque magn. aucta.
f.* — a dorſo viſa. }

f.** Apex glumae corollinae exterioris, magn. valde auct.

g. Genitalia, magn. auct.

Fig. 2. AGROSTIS ALBA γ. (*Agroſt. gigantea* Roth.)

h. Flos, magn. nat.

i. Idem, magn. auct.

k. Corolla ariſtam breuem infra apicem emittens. } vtraque a dorſo viſa et magn. valde auct.
l. Corolla alia ariſta longiori inſtructa. }

Fig. 3. AGROSTIS VVLGARIS.

a. Panicula florens, magn. nat.

b. Flos ſeorſim cum genitalibus exſertis, magn. nat.

c. Idem absque genitalibus, magn. auct.

d. Calix, magn. nat.

e. Idem, magn. auct.

f. Corolla, a latere repraeſentata, vt in eius dorſo neruus intermedius, in var. $\beta - \delta$. in ariſtam deſinens, melius perſpici poſſet, magn. auct.

f.* Eadem, a dorſo viſa, magn. auct.

f.** Apex glumae corollinae exterioris, magn. valde auct.

g. Genitalia.

Fig. 4. AGROSTIS VVLGARIS VIVIPARAE paniculae ramus, magn. nat.

TAB. III.

Fig. 1. AGROSTIS VVLGARIS β.

a. Flos, magn. auct.

b. Corolla. } vtraque a latere visa et magn. valde auct.

c. Corolla alia cum arista paulo longiori.

Fig. 2. AGROSTIS PAVCIFLORA.

a. Paniculae ramulus. } magn. nat.

b. Flos seorsim.

c. Idem magn. auct.

d. Calix, magn. nat.

e. Idem magn. auct.

f. Corolla, a latere visa et magis auct.

g. Apex glumae corollinae maioris, magn. valde auct.

Fig. 3. TRICHODII CANINI varietas adhuc dubia. (*Agrostis vinealis* SCHLEICH.)

a. Flos, magn. nat.

b. Idem magn. auct.

c. Corolla, a dorso visa, vt aristae insertio melius perspiceretur. } magn. auct.

d. Corolla alia cum arista paulo longiori.

Fig. 4. TRICHODIVM ALPINVM.

a. Panicula integra plantae mediae magnitudinis, magn. nat.

b. Flos seorsim, magn. nat.

c. Idem magn. auct.

d. Calix, magn. nat.

e. Idem magn. auct.

f. Corolla, a latere visa et magn. auct.

g. Apex glumae corollinae exterioris, magn. valde auct.

Fig. 5. TRICHODIVM RVPESTRE.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.

b. Flos feorfim, magn. nat.

c. Idem magn. auct.

d. Calix, magn. nat.

e. Idem magn. auct.

f. Corolla, a latere vifa, vt ariftae infertio appareret, magis auct.

g. Apex calicis. } magn. valde auct.
h. — glum. corollinae exterior. }

Fig. 6. SYNTHERISMA GLABRVM.

a. Racemi pars fuperior, magn. nat.

b. Flos feorfim, a latere exteriori vifus, magn. nat.

c. Idem pariter a latere exteriori repraefentatus, vt gluma calicina infima f. minima melius perfpici poffet, magn. valde auct.

d. Flos a latere interiori vifus, magn. nat.

e. Idem magn. valde auct.

f. Calix a latere vifus, magn. nat.

g. Gluma corollina exterior. } magn. nat.
h. — — interior. }

i. — — exterior. } magn. auct.
k. — — interior. }

l. Corolla magis auct.

m. Semen, magn. nat.

Fig. 7. SYNTHERISMA CILIARE.

a. Racemi pars, magn. nat.

b. Flos feorfim a latere exteriori vifus, vt gluma calicina infima melius appareret.

c. Idem magn. valde auct.
* Gluma infima.

d. Flos a latere interiori repraefentatus.

e. Idem magn. valde auct., vt gluma interior f. altera (*) perfpiceretur.

f. Calix a latere viſus, magn. nat.

g. Gluma corollina exterior. } magn. nat.
h. — — interior. }

i. — — exterior. } magn. auct.
k. — — interior. }

l. Corolla magis auct.

m. Semen, magn. nat.

Fig. 8. PANICVM CRVS GALLI.

a. Flos ſolitarius, magn. nat.

b. Idem a latere viſus et explicatus, vt floſculus tam fertilis quam neuter melius appareret, magn. auct.

c. Calix ſeorſim, magn. auct.

d. Corolla floſculi fertilis et neutrius absque calice, magn. auct.

e. Piſtillum ſeorſim, magn. nat.

Fig. 9. DIGITARIA SARMENTOSA.

a. Spicae cum culmi apice, magn. nat.

b. Flos ſeorſim cum ſtaminibus exſertis, magn. nat.

c. Flos apertus cum genitalibus exſertis, magn. auct.

d. Calix ſeorſim, magn. auct.

e. Gluma corollina exterior ſeorſim delineata, magn. auct.

TAB. IV.

Fig. 1. ARVNDO EPIGEIOS.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.

b. Flos ſeorſim, magn. nat.

c. Idem magn. auct.

d. Calix, magn. nat.

e. Corolla pilis cincta, magn. parum auct.

f. Eadem ſine pilis, oblique a dorſo viſa. } vtraque figura magis auct.
g. Gluma corollina exterior, a latere viſa. }

h. Apex glumae corollinae interior. } vtraque figura magn. valde auct.
i. — — — exterior. }

Fig. 2. ARVNDO LITOREA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Idem magn. auct.
d. Calix, magn. nat.
e. Corolla pilis cincta, magn. parum auct.
f. Eadem absque pilis et oblique a dorſo viſa, magn. auct.
g. Eadem a latere interiori repraeſentata et magn. valde auct.
h. Apex glumae corollinae exterioris cum ariſtae parte, magn. valde auct.

Fig. 3. ARVNDO PSEVDOPHRAGMITES.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Idem 16 auct.
d. Calix, magn. nat.
e. Corolla ſine pilis et a latere viſa, 60 auct.

Fig. 4. ARVNDO CALAMAGROSTIS.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Idem 16 auct.
d. Calix, magn. nat.
e. Corolla ſine pilis, a latere viſa, 60 auct.
f. Eadem pilis cincta, 4 auct.

Fig. 5. ARVNDO STRICTA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos, magn. nat.
c. Idem 16 auct.
d. Corolla pilis cincta, 4 auct.
e. Eadem ſine pilis et oblique a dorſo repraeſentata, 60 auct.

Fig. 6. ARVNDO VARIA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Idem 16 auct.
d. Corolla pilis cincta, 4 auct.
e. Eadem ſine pilis et oblique a dorſo viſa, vt ariſtae humectatae inſertio melius perſpiceretur, 60 auct.
f. Ariſtae ſiccatae pars, magis auct.

Fig. 7. ARVNDO SILVATICA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat. b. Flos ſeorſim, magn. nat. c. Idem 16 auct.	vt in praecedente ſtatu ſicco depict.
d. Corolla cum pilis a latere repraeſentata, magn. nat. e. Eadem a latere interiori viſa, vt penicillus melius perſpiceretur, magn. auct. f. Gluma corollina exterior oblique a dorſo viſa, 60 auct. g. Penicillus, magn. auct.	ſtatu humido depict.

Fig. 8. ARVNDO SPECIOSA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Calix, 9 auct.
d. Corolla pilis cincta, 4 auct.
e. Eadem cum antheris et ariſta abſciſſa, 60 auct.

TAB. V.

Fig. 1. ARVNDO TENELLA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Idem, 16 auct.
d. Corolla a dorſo viſa, 16 auct.
e. Gluma corollina exterior a parte anteriori viſa, 60 auct.
f. Corolla a latere viſa cum antheris, 60 auct.

Fig. 2. ARVNDO ARENARIA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Calix, 4 auct.
d. Corolla, 9 auct.

Fig. 3. ARVNDO BALTICA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos ſeorſim, magn. nat.
c. Calix, 4 auct.
d. Corolla, 9 auct.

Fig. 4. ARVNDO PHRAGMITES.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Spicula florens, magn. nat.
c. Eadem magn. auct.
d. Calix cum flosculo infimo, magn. parum auct.
e. Flosculus infimus, magn. auct.
f. — infimum flosculum ſequens, magn. auct.
g. Gluma corollina interior, magn. parum auct.

Fig. 5. FESTVCA PVLCHELLA.

a. Paniculae ramus cum adhaerente racheos parte, magn. nat.
b. Spicula ſeorſim, magn. nat.
c. Eadem ſub antheſi et magn. auct.
d. Corolla cum genitalibus, magn. valde auct.
e. Piſtillum, magn. auct.

Fig. 7* SCIRPVS LITORALIS.

a. Superior culmi floriferi pars, magn. nat.
b. Spiculae ſquama cum genitalibus a dorſo viſa. } magn. auct.
c. Genitalia ſeorſim. }

Fig. 7** CLADIVM GERMANICVM.

a. Florum faſciculus. } magn. nat.
b. Flos ſeorſim. }
c. Glumae calicinae. } magn. auct.
d. Genitalia. }
e. Nux, magn. nat.
f. Eadem integra. }
g. — longitudinaliter diſſecta, vt putamen interius cum nucleo melius appareret. } figur. omnes magn. valde auct.
h. Putamen interius cum nucleo incluſo ſecundum ſectionem transuerſalem. }
i. Nucleus integer. }

TAB. VI.

Fig. 1. DACTYLIS MARITIMAE culmus floriferus ſupra radicem abſciſſus, magn. nat.

Fig. 2. AVENA PLANICVLMIS.

a. Panicula ſubcontracta ex indiuiduo mediae magnitudinis, magn. nat.
b. Spicula ſeorſim flosculis remotis, magn. parum auct.
c. Corolla genitalibus exſertis, magn. auct.

Fig. 3. BROMVS VELVTINVS.

a. Paniculae verticillus inferior cum racheos parte, magn. nat.
b. Corolla cum genitalibus oblique a dorſo viſa. Ariſta retrofracta eſt delineata, vt eius inſertio perſpici poſſet, magn. nat.
c. Piſtillum ſeorſim, magn. nat.

Fig. 4. SESLERIA TENVIFOLIA.

a. Racemus ſpicatus cum culmi apice. } magn. nat.
b. Spicula ſeorſim. }
c. Eadem magn. auct.
d. Corolla cum genitalibus, magn. valde auct.

Fig. 5. PHALARIS ARVNDINACEA.

a. Paniculae ramulus, magn. nat.
b. Flos, magn. nat.
c. Idem 16 auct.
d. Corolla a latere viſa, 4 auct.
e. Corolla interior, 60 auct.
f. Corollae exterioris gluma corollina exterior a latere viſa. }
g. Eadem a parte anteriori. } 60 auct.
h. Corollae exterioris gluma corollina interior. }

INDEX I.

GENERVM, SPECIERVM ET SYNONYMORVM.

C.

D.

R.

S.

T.

INDEX II.

NOMINA GENERICA GERMANICA COMPLECTENS.

Nachricht für den Buchbinder.

Die Charte wird dem Titel gegenüber gebunden.


1
a
b
c
d
e


2
a
d
f
g
h


3
a
c


4
a
e
d
b


1
2
4








1
2
4
5
3

